Universidad de Deusto
Biblioteca

Nebrissensis.

164

Collegii Complut. Societ. Jesu.

Universidad de Deusto
Biblioteca
Biblioteca de Loyola
Sala
Estante 22
Plúteo 1

rillen-

LVGDVNI,
Apud Simphorianum Beraud.
M. D. LXXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Biblioteca d
Sala
Estante
Plúteo

22.1

# VOCABVLARIVM IVRIS VTRIVSQVE.

Huic ſingulas à Lexico A. Nebriſſenſis collectas dictiones interiecimus.

*Quæ omnia exactiſſimè recognita ſunt.*

LVGDVNI,
Apud Simphorianum Beraud.
M. D. LXXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



IVRIS STVDIOSO S.

EA est erga vos, studiáque vestra mea amicitia, vt ea semper, & vbique promouere, assiduisque meis laboribus vestros leuare percupiam. Nam cùm verborum significatio, ac eorum vis latens Iurisconsulto pernoscenda sit, qui vtrumque doceant interpretes, eos euulgare in animum induxi meum ab ineunte ætate: Exit iterum in publicũ Vocabularium Iuris vtriusque ea diligentia recognitum, vt nihil desideres. Quæ enim perperam citata, deprauata, inuersáve erant, reponenda curauimus: Præterea (ne quid desiderares, quæ ad leuanda tua studia pertinere posse viderentur) dictiones singulas è Lexico Antonij Nebrissensis collectas, suis locis eidem interiecimus Vocabulario. Quæ autem ex Nebriss. lecta sunt, his notis A. Nebr. dignosces. Vale & nos ama.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## ADVERSVS INFANTES IVrisperitos verborum cultum non esse aspernandum.

VOcum proprietas, significatio ac interpretatio quanti in ciuili prudentia sit momenti, hoc ipso manifestum est: quòd Iurisconsulti ferè simul ac edictum aliquod propositum est: mox ad verborum interpretationem properant: nec in edictis modo id obseruant: sed in cæteris quoque ferè omnibus iuris tractatibus. Hinc Labeo Antistius, teste Gellio, iuris quidem ciuilis disciplinã principali studio exercuit: & consulentibus de iure publico responsitauit: cæterarúmque bonarũ artium non expers fuit: & in Grammaticam sese atque Dialecticam, literásque antiquiores penetrauerat: latinarúmq; vocum origines rationésque percalluerat: eáque præcipuè scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vtebatur. Hinc M. Fabius Quintilianus Romanæ togæ gloria: quem omnibus sine controuersia ingeniis anteponit I. Vallensis, exactissimi vir iudicij, quæstionem omnem iuris verborum proprietate, aut æqui disputatione, aut voluntatis coniectura cõtineri asserit. Sic quodam loco Cicero tantus ille vir, vt Romanum forum similem nunquam habuerit, proprietatem sermonis Iurisconsultorum peculiarem esse affirmat. Et planè Iurisconsulti omnes, qui inter manus versantur, hoc est, hi de quorum scriptis excerptæ sunt pandectæ (ne quid de priscis illis dicamus, quorum ad nos scripta non peruenerunt) nihil est mea sententia, inquit Valla, quod addi ad



di adimíve posse videatur, non tam eloquẽtiæ (quam quidem materia illa non magnopere patitur) quàm latinitatis atq; elegantiæ, sine qua cæca omnis doctrina est, & illiberalis, præsertim in iure ciuili. Vt enim Quintilianus inquit, omne ius, aut in verborum interpretatione positum est, aut in æqui prauíque discrimine. Quod igitur legulei isti dicunt, prudentiam in rerum esse cognitione, orationis facultatẽ nihil ad rem pertinere, videamus qualiter constitui possit. M. Tullius libro tertio de Oratore, de eloquentia loquens: Neque verò, inquit, hoc fugit sapientissimum Regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit (de Aristotele loquens) à quo eodẽ ille & agendi præcepta acciperet, & loquendi. Nunc siue quis volet eum Philosophum, qui copiam nobis rerum orationísque tradat, per me appellet oratorem licet: siue hunc oratorem, quẽ ego dicam sapientiam iunctam habere eloquẽtiæ Philosophum appellare malit, non impediam, dummodo hoc constet: neque infantiam eius, qui rem norit: sed eam explicare dicendo non queat: neque insciti am eius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam. Item in oratore perfecto, Res sic se habet, compositè & ornatè sine sententiis dicere, insania est: sententiosè autem sine verborum & ordine & modo, infantia: & rursus alibi, Illud verius, inquit, neque quenquam in eo disertũ esse posse, quod nesciat: neque si id optimè sciat, ignarúsque sit faciundæ ac poliendæ orationis: disertè ipsum quod sciat dicere posse. Phœnix itẽ apud Homerum ad Achillem loquẽs ita, inquit, Pater tuus Peleus cum

te primum ex Phthia patria ad Agamemnonem misit, paruulum adhuc & bellicarum rerũ ignarum, me tibi ideò adiunxit, vt vtroque in genere instituẽdum te susciperem. Censuit enim te & dicendi præcepta accipere debere & agendi. Vt iam manifestum sit, iungendam esse cum eloquentia rerum prudentiam, & contrà, si quis modo non aut infans, aut insanus dici velit. Proinde miramur nostri temporis iurisperitos tam ab eloquentia alienos, in quibus vel peculiare esse debuerat, disertè atque ornatè dicere, vt qui in maxima reipublicæ luce versantur, atque omnium oculis, qui se consultos, prudentes, peritos denique iuris dici volunt, dignósque solos, omnium literatorum hominum existimant, qui rerum humanarum diuinarúmque arbitrium disceptationémque habeant, quique viros principes & supra humanum fastigium euectos soluere & illigare legibus interpretationibus suis possint. Non me fugit quid Lactantius libro quinto sextóque de eloquentia disputarit, vir ipse loquendo lautissimus, sed nos de latinitate, & elegantia, & sermonis puritate loquimur, ne scilicet illotis manibus (quod Caius Iurisconsultus vetat) diuinarum humanarúmque rerum scientiam aggrediantur, sed latinitatis modo ac proprietatis verborum notitia instructi, non de diserta & oratoria eloquentia, quæ iuris studiosis nostro seculo necessaria non est tametsi olim vt quisque iuris erat peritissimus, ita etiam in dicendo præstantissimus. Sed nunc proh pudor, nullã isti verborum rationem habendam autumant, dum sensus assequantur: Sanguinem scilicet leg



legum, non autem (vt eorum verbis vtar) arbitrantur: non florem, sed frugem scientiæ consectandam autumant. Atque hæc ita dicũt, quasi aut verba rerũ imagines esse nesciãt, & sensuũ inuolucra, quæ quàm maximè effingi cõgruenter & accommodatè rebus debent, aut quasi Bart. & Bald. & reliqui eiusdẽ ordinis, quos isti verborũ contemptores pro numinibus colunt, & quorũ scripta inter sacrorũ vatũ oracula in lararijs habent, verba non ipsi appendere quasi ad Critolai librã soleant. Vt enim ille quadã solertia in altera libræ suę lance animi bona imponens, in altera cõrporis & externa, multũ ad modũ propendere illã animi lancẽ deprehẽdebat, sic isti iurisperiti vnũquodq; verbũ atq; adeò syllabã, in quibus cõmodum sit locis ad constituenda sua dogmata, ponderanda solerter admonentes, verborũ vires excutere se & scrupulari etiam differentia æstimare credi volunt. Quos se sibi imitandos isti (id quod fatentur) proposuerunt, nisi manifestè cum ratione insanire velint, sibíq; pugnare verba quoq; ipsi curent necessum est, non sensum modo, quandoquidẽ ex verbis eius dependent. In hoc enim comparatæ sunt voces, vt id ad quod sunt institutæ, & audientibus & legentibus insinuent, alioqui frustratoria esset verborũ institutio, si non suo munere fungantur, sed vel audientis vel legentis arbitrio deseruiant. Frustranei essent tituli illi integri de verb. sig. non in iure modo ciuili, sed etiam põtificio. Sed age, viuant isti suo more, & iniquissima tyrannide venerandã illã priscã maiestatẽ legũ cõculcent, opprimãt, euertãt: nos quod institutũ est nostrũ persequamur

recti fiducia subnixi. Nec enim debet ob hoc à virtute quis desistere, quòd paucior sit numerus eorũ, qui rectè viuunt, sed eo magis ad probitatem contendere. Hæc habui quæ huic Lexico præponerem, poscente loco, quo peruicaciam eorum refellerem, qui se verborum contemptores ex professo iactitant, ne quis verborum proprietatem ac significationem, quæ est huius libelli materia, negligendum, ab illis falsò persuasus, credat. Vale lector candidissime, & nostram diligentiam his quoque minutiis benigno fauore prosequere.

INCIP



# INCIPIT procœmium vocabularij vtriusque Iuris.

QVoniam iuri operam daturum prius nosse oportet vnde nomen iuris descendat. ff. de iustitia & iure. l. j. in princip. & (vt ait philosophus primo elenchorum) qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili paralogizantur, id est decipiuntur. Nisi enim nomen rei scieris, cognitio rerum perit, secundum Isido. Turpe etiam videtur patricio, & nobili viro, & causas oranti, ius, in quo versatur, ignorare. ff. de ori. iuris. l. ij. §. Seruius autem Sulpitius. & de hæreti. cum ex iniuncto. xxxviij. dist. sedulo. Ex quibus omnibus habetur, quòd nemo debet ignorare scientiam, in qua versatur. Quod attendens legislator Vlpianus dicit, Bene est, priusquã adverborum interpretationem perueniamus, pauca de ipsius significatione tituli referre. ff. si certum petatur. l. j. Ideirco quorundam terminorum, qui in iure vtroque maxime frequentantur: necessarium fore duxi descriptiones, & significationes clarius exponere tam ex summis Azo. & Goff. quàm aliunde collectorum propter iuuenes maximè iuris vtriusque alumnos. Et hoc breui & alphabetico ordine vt eo melius memoriæ commendentur, & citius inueniantur, perstringendo etiam cum allegationibus in locis suis: vt in iure modicum perfecti per ignota minimè procedentes, his cognitis principiis, & terminorum significationibus, accessum faciliorem habeant ad vtriusque iuris notitiam, quia omnium habere memoriam, & in nullo penitus peccare potius est diuinitatis, quàm mortalitatis. C. de veter. iur. enucle. l. ij. §. si quid autem, ver. quia omnium. Et notat Bern. de rescript. cap. cum adeò. in gloss. j. de confirma. vti. vel inuti. ea. porrecta. in gloss. ij. Ideóque si lector aliqua vocabula occurrerint, quorum expositio hic non inuenietur, de hoc non miretur, quia nec omnium memoria potuit occurrere.

## De litera A.

AQuando facit separationem, & quando includit, & quando excludit, not. Ioan. And. de præb. c. statutum. lib. vj. & Archid. de elect. cap. j. eodem lib. Et à, & ab, in simili not. Archidiac. xxxj. distinct. aliter. Et de a, in cap. prout. de dolo, & contu. Et etiam a, & ab, denotat separationem.

C. de nupt. l. à Caligato. & ibi per Cyn. in gloss. iij. l. ordinata. ff. de libe. cau. & ff. de duob. re. l. si ex duobus. vbi textus cum gloss. ff. de actio. empt. l. iij. §. fin. Item a, vel ab, est dictio significatiua primi termini à quo, sicut dictio vsque, termini ad quem. Hic autem terminus à quo, significat excluiuè vel incluiuè, de quo Bart. in l. patronus. ff. de leg. iij. vnde a, vel ab, significat excluiuè dicendo in statuto. A pulsu campanæ, de sero nullus vadat per vicos sub pœna tali. Nam hoc statutum intelligitur pulsata campana. Ideo si quis vadat quando pulsatur, non incidit in pœnam: incluiuè significat, ibi. A pulsu campanæ de mane quisque potest domum exire, quia statuës sic videtur intellexisse, &c. Et vide plenius de istis dictionibus per Ioannem de Ferra. in sua practica in forma capituli, quando testes producuntur ad æternam rei memoriam. Adde hic quòd aliquando hæc præpositio a, ponitur pro sine, vt lege. j. ff. de legatis iij. §. hi quibus. & ibi gloss. super versi. apolides. & glo. in l. quidam decedens. in princip. super verbo, alogistas. de administrat. tuto. & de ædili. edict. l. si quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem, super verbo asylum. Aliquando ponitur causatiuè. xxvij. quæstione ij. coniuges. & cano. coniunx. & c. fic. §. ex his. Aliquando pro ex. vt ff. de acquirendo rerum dominio. l. adeo. §. quod si ex vno. & xvj. quæstio. iij. post quingentos. §. item si de rebus. & can. si sacerdotes. Aliquando ponitur pro per. C. ad legem Fab. de plag. lege prima. ibi à quo, id est per quem. & l. seruo legato. §. primo, ff. de legatis j. Aliquando subauditur à iure, vt ff. de re militari. l. milites. ibi militia, id est, à militia. & de negotiis gestis. l. liberto. §. item, ibi, sententia, id est à sententia.

De istis dictionibus a, vel ab, an includant vel excludant: vide Bart. in l. patronus. §. j. in fin. ff. de legatis iij. & an separationē denotent. Barto. in l. meminisse. ff. de officio procon. & in l. si ex duobus. de duo. reis. ff.

Adde, quòd præpositio a, exponitur aliquando pro post. l. ij. §. quod ad magistratus. de orig. iur.

## De A ante B.

Ab, aliquando ponitur pro contra, vt l. commissa. ff. de publica. ibi ab heredibus, id est, contra heredes, ibi est ad, non ab. Aliquando ponitur pro ob. C. si quis impera. male. l. j. ibi, ab iniuria, id est, ob iniuriam. Aliquando pro per. extra de appe. ab eo, qui. libro sexto. Et differunt a, & ab, vt his versibus continetur.



Quod facit a facit. ab, sed in hoc differre videntur.

Ab cum vocali, reliquis vult a sociari.

De ab no. ff. de aquâ quot. & æsti. l. j. §. æstatem. & C. de temp. appellat. l. final. in princip. & lv. distinct. cap. qui partem. & lxxvij. distin. in veteri. xxxv. q. vj. ab isto. xxxvij. distin. c. à quibusdam. & per Archidia. xxxj. distinct. aliter.

Ab, aliquando denotat separationem: vt est gloss. expressa in cap. statutum. de præben. in vj. gloss. in l. si ex duobus. in verbo ab altero. ff. de duob. reis. & in l. iij. §. final. in verbo à Brundusio. ff. de actio. empt. & vendi. Bald. & Alexander de Imo. in l. prima. ff. si quis cautio. Ioan. de Imol. & Domin. in capitul. frequens. supra gloss. in ver. xv. arctatur tempus. de restit. spol. libro sexto, cum concor. ibidem positis.

Interdum ponitur pro post. gloss. in l. neminem. C. de decurio. quandoque pro sine, veluti cum dicitur ab re, id est sine causa. l. si quis. ad finem. C. de fur.

Abaces erant repositoria vasorum pretiosorum. l. heres. §. penultim. de leg. iij. Aleiat. tanem lib. Parer. iiij. capitul. ij. legit bases.

Abax, is, sine abacus abaci, tabula est, in qua escaria, & potoria vasa collocantur, quæ sunt mensæ ministerio parata. Iuuen. Lectus erat Codro procula minor, vrceoli sex, Ornamentum abaci. Ausonius Fictilibus fama est cœnasse Agathoclea regem, Atque abacos Samio sepæ onerasse lutu. Cice. v. Thuscu. quæst. Abacus complures ornauit auro & argento celato. Idem in Verrem: Abaci vasa omnia vt exposita fuerant sustulit. Sed abacus, id est ab eo quod est arachos Græcè, est inclinatum, quod teste Priscia. lib. vij. de octo partibus orationis, penultimā genitiui breuiauit, quod significat, præterea, vasa quædā viliora in quibus pretiosiora reponuntur, ataifor Pœni vocāt, de quibus Iauolenus Iurisconsultus lib. xxxij. Dig. qui est de legatis tertius. l. heres. §. pen. cui Corinthia, inquit, vasa legata essent, abaces huic quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi Trebatius respōdit. Pro quo in codicibus recētioribus mendosè baces, a litera dispuncta legitur. Accursius non ratione aliqua, sed verisimilitudine ductus, capsulas esse interpretatur baces. Quod, cùm sit nihili verbum, interpretamentum quoque erit inane. Philippus

Ber

Berualdus quodam in loco suarum cõmentationum, baseis legit vocem vulgi sequutus. Sed de hoc lege verbum. Corinthia vasa.

Abactor secundum Isid. libr. x. etymo. est fur iumentorum vel pecudũ, quẽ vulgò vocamus abigeum. Nã abigeus est qui crimẽ abigeatus cõmittit, & propriè ille qui pecora alicuius à pascuis, & armentis subducit, abigendi studio, hãc artem exercens, vt per aliquod signum quod facit ipsa animalia fugiant, separentur & dispergantur, & ea sic recipiat: scilicet cũ pãno rubeo, vel aliàs oues quasdã ad nemora fugãdo, vt alius accipiat, & deprædetur. Et est abigeatus crimen capitale. C. de abigeis. l. vnica. Et maximus orator apud Græcos Demosthenes differentiam ponit inter furem, & abigeum, dicens quòd ille, qui vnam solam pecudem furripit fur est: & vt fur coercebitur, sed qui totũ gregem subtrahit, abigeus est, & crimine abigeatus tenebitur. Et sine inscriptione recipitur huiusmodi criminis accusatio, vt d. l. vnica de abigeis.

Abactores ab oratoribus, & historicis appellantur, quos Iurisconsulti vocant abigeos. Ductum vtrunque nomẽ à verbo abigo, is, quod inter alios sensus significat etiã à grege, siue armẽto pecudẽ furto subducere: hinc abactores & abigei dicti huiusmodi fures. Quod genus hominum in Hispania maximè inuenitur, dicente Virgil. in 3. Geor. Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Quod Seruius interpretatur, abactores, & subdit: nam omnes ferè Hispani qui iidem sunt & Iberi, acerrimi abactores sunt. Apuleius 7. de asino aureo: Abactorẽ indubitatũ eruentúmque percussorẽ criminantes. Ambro. in sermone de hostibus carnalibus non metuendis. Armenta diripiet istud damnum abactorem tolerando iam didicit. Sed quẽadmodum diximus, à Iurisconsultis potius abigei dicuntur, de quibus tit. est lib. xlvij. dig. In cuius prima lege Vlp. his verbis scribit: Abigei propriè ij habentur, qui pecora ex pascuis, vel armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur abigẽdi studium quasi artem exercẽt oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes. Ceterum si quis oues aberrãtes aut alias quadrupedes abduxerit, nõerit reus crimine abigeatus, sed potius furti. Est enim abigeatus ipsũ abigei crimẽ, quod in Hispania grauius quàm alibi gentium debere puniri Hadrianus Cæsar procõsuli Beticę rescripsit: Abigei, inquit, cùm durissimè non vbique sed vbicunque frequentius est id genus maleficij. l. j. ff. de abig. Atqui diximus ex autoritate Virgilij & Seruij Hispanos maximè hoc crimine laborare. Nebr.



Abamita est soror abaui. ff. de grad. l. Iurisconsul. §. auunculus.

Abauia est mater proaui vel proauiæ. ff. de grad. l. iurisconsultus §. quarto gradu.

Abauunculus est frater abauiæ secundum Isidorum.

Abauus est pater proaui vel proauiæ.

Abbas ante benedictionem appellatur abbas: secus in episcopo. ita Feli. in c. eã te. de reseri. col. v. versi. iij. restringitur, & ibi quę sit differentia inter episcopum & abbatem, vide ibidem Felin.

Abbas habet dignitatem capit. vt apostolicæ. de priuileg. in vj. & in clemen. & si principalis. de rescript. & ibidẽ Card. j. q. imò abbas omnibus prælatis post episcopum debet præferri. de quo per Felin. in d. cap. memini mus. de accus.

Abbatissa habet dignitatem. capi. indemnitatibus. de elect. in vj. in §. verum. & l. generali. C. de sacrosanct. eccle. Domi. de sancto gemi. in capitu. indemnitatibus. Felin. in cap. memini mus. de accus. versic. vlterius quæro.

Abbreuiatura dicitur instrumentum notarij non extẽsum. Bart. l. chirographis. in princip. in i j. not. ff. de admini. tut.

Abdicatio quid sit, vide l. ij. §. & si placuisset. ff. de orig. iur. in l. liber homo. de statu. homi. & l. penul. de offic. præsid. & l. abdicatio. C. de pat. po.

Abditas, id est absconsas. l. vnic. C. de thesau. lib. x.

Abduci, est à veritate separari. Item not. quod Abduxisse non solùm is dicitur qui per vim abduxit, sed etiam qui persuasit alicui vt ab alio discederet. l. item apud. §. abduxisse. de iniur.

Abeat sine h, id est recedat. ff. de in diem addic. l. j.

Abesse quandoque dicitur qui in iure non est, vt l. iiij. §. abesse. ff. de dam. infec. Quandoque qui à tribunali abest. l. non tantùm. §. senatusconsul. de fideicom. liber. aliis quoque modis quis abesse intelligitur, vt infrà in verbo absens.

Abesse non dicitur res quæ casua liter abest. Bart. in l. quæsitum. §. fin. ff. de leg. iij.

Abesse causa reipublicæ dicitur quis quãdiu durat officium, & finito officio quãdiu redire potuerit secundum qualitatem suæ personæ, scilicet à die recessus vsque ad reditum, si ob commodum suum non abfuit. Bart. in l. abesse. if. qui. ex cau. maio.

Abhinc aliquando ponitur tẽporaliter,

Universidad de Deusto Biblioteca

raliter, & respicit futurum tempus, vt ab hinc, id est ab hoc tempore in antea. C. de sacrosanc. eccle. l. placet.

Ab hoc, id est post hac. ff. de orig. iur. l. ij. §. & cum plu.

Abhorrere aliquado ponitur pro differre. l. si tibi areæ. §. sed si puerum. de præscrip. verb.

Abigere est à se expellere, vel crimen abigeatus exercere.

Abigere partum est per abortionem eicere. l. Cicero. de pœn.

Abigens, vide Abactor.

Abiicere est spernere, vt in auth. quib. mo. natu. effic. legi. §. fit igitur.

Ab intestato, id est sine testamento. instit. de hered. quæ ab intest. defe. in rubro & in nigro.

Abiudicare & adiudicare differunt. Nam abiudicare idem est quod remouere & abdicare, ad iudicare autē idem est quod applicare: facit tex. & ibi not. in c. cùm venerabilis. in vers. quiaverò, ibi, eidem episcopo adiudicauimus. de except. & in ca. auditis. in ver. adiudicantes. de præscri. & c. cùm causa. in ver. adiudicare curauit. de re iud.

Adiudicatio proprie habet locū in his, quæ habent causam mixtam, id est in communibus iudiciis. l. si quis fundum. §. officio. ff. communi diuid. & l. sed & si res. in princ. ff. de publicia.

Aliquando exponitur adiudicare, id est iudicare ad se spectare. vide Ioā. mo. Archi. & doct. in cap. Abbate sanè. in princ. & ibi Domi. de sancto Gemin. in versic. Nota quod procedit conclusio, cum seq. versic. de re iudic. lib. vj. Quandoque ponitur pro confirmare, vt in cap. vt quis duas. in fin. de electio. libr. vj. & vide Alberic. de Rosa. in suo diction. in ver. adiudicatio.

Ablatiuus casus aliquando resoluitur in accusatiuum & præpositionem propter, vt mandato, id est propter. ff. mand. l. si mandato. §. fi. & l. cotem ferro. §. eā rem. de pub. Aliquando in accusatiuum & præpositionem in, vt quiete, d est in quietem. C. de primice. l. j. lib. xij. Item ablatiui absoluti: in contractibus non disponunt sed resoluuntur in conditionem: pater, quia agi non potest, ita not. Bartolus & Baldus in l. prima. C. quando li. ab empt. discedere. facit l. euictis agris. ff. de vsur. l. euicta re. de euictio. l. acceptis. ad legem Falcidiam. Item in vltimis voluntatibus. l. à testatore. vbi Bartolus & alij ff. de conditio. & demonstrationibus, nisi verba referantur ad eum quem testator potest grauare, lege fideicommissa. § cùm esset. vbi plenius Barto. ff. de legatis iij, & ibi late per Iasonem. Item adde



adde quòd aliquando ablatiui absoluti nihil important, vt est text. in l. ij. §. planè & si post humis. in versiculo sed si extraneum. iuncta gloss. in verbo filio præcedente. de vulg. & pupil. & l. adoptare. ff. de adoptionibus. Item adde, quòd ablatiui absoluti faciunt conditionē expressam: secundum Bartol. in l. j. in vlti. col. ff. de conditio. & demonstratio.

Abmatertera est soror abauiæ. Institutio. de gradib. §. sexto gradu.

Abnepos est filius nepotis.

Abneptis est filia pronepotis, vel proneptris.

Abnoctare significat per totam noctem abesse. l. illud. de offic. præsid.

Abolitio est accusationis institutæ peremptio, vel absolutio, qua quis nomen alicuius accusauit, cum, omni inscriptione iam facta, in totum aboletur, remissa necessitate accusandi, & debet impetrari à principe, vel iudice ab illo, scilicet qui aliquam accusationem instituerat, & in ea se inscripserat, talis enim citra infamiam desistere non potest nisi absolutionem impetrauerit. Sed quando talis impetrat quòd desistat, & quòd illud quod per accusationem inchoatum erat deleatur, ritè fit. Est autem duplex abolitio, scilicet generalis & specialis. De generali habetur C. de abolit. genera. l. vlti. & ff. ad Turp. & de abol. abolitio. Et per hāc eximitur reus quòd non incidit in Turpillianum si non deferat accusatū. ff. de abol. cri. l. si interueniente. Et si infra triginta dies post abolitionē generalē causa proposita non potest probari, ad eam redire non potest. C. de abolitio. generali. l. prim

Abominatio appellatur seruitus idolorum, secundum Hieron. in homilia. Largius tamen sumitur in communi vsu loquendi, pro qualibet re turpi & abominabili. Vnde dicitur abominatione populi. extra de cleri. ægro. ca. tua nos. Vel abominatio est Deo eleemosyna facta de rapina, simonia vel vsura. j. q. j. non est putanda. xiiij. quęst. v. scriptum est.

Abominationem etiā rectè appellabimus quam dicimus excommunicationē, & eum abominatum qui est excommunicatus. Sic enim plerunque eū appellat Alciatus noster.

Abortiuus est puer vel alter fœtus ante præfinitum tempus natus, & ideò sic dicitur quod nō oriatur sed aboriatur, & excidatur secundum Isidorum libro decimo Etymol.

Abpatruus est frater abaui, vt instit. de grad. cog. §. sexto gradu.

Ab

Ab re, id est sine causa, vt habetur in l.si quis seruo alieno.C.de fur.& l.consentaneū. C.quòmodo & quando iud.

Abrogare legi idem est quod tollere,siue antiquare, quia à magistratu qui eam potestatem habet,populo interrogato, an velit iubeátque eam legem tolli, illo annuente, antiquatur tollitúrque, quemadmodum eodem populo interrogato fuerat promulgata:vnde & lex plerunque dicitur rogatio. Cice. lib.2.de legibus: Eas, inquit, tu leges rogabis,quæ nūquam abrogentur. Liuius lib. 22. Plebiscitum primus ego antiquo abrogóque.Est itaque abrogare legem idē propè quod derogare. Iurisconsultus tamē de verborum significatione.l. derogatur,inter vtrunque verbum nonnihil distare facit:Derogatur, inquit,legi cùm pars detrahitur: abrogatur, quum prorsus tollitur. Adde tu quòd abrogatur legi quum prioris legis infirmandæ causa promulgatur altera.Sermonis Latini ignari vulgari voce decepti, pro eo quod esse debet abrogare siue derogare legē ipsi reuocare dicunt, quum sit reuocare, vt autor est Varro de lingua Latina,rursus in cor vocare ,hoc est renouare.Iuuenalis de Domitiano,qui legem Iuliā iam obliteratā dormiētémque excitauerat,sic inquit:Qui tūc leges reuocarat amaras Omnibus, atque ipsi Veneri Martíque timendas.Virg.primo Aenei.Reuocato à sanguine Teucri,id est,renouato,quippe qui iam propemodum extinctus erat. Nebr.

Abrogare est destruere vel delere in totum: vnde dicitur lex abrogata quando in toto est sublata vel destructa. Sed derogatur ei quando in parte tollitur vel ei detrahitur. ff. de verborum significatio. l.derogatur. Abrogare interdū est addere aliquid.Septē autē de causis aliquid abrogatur,vt not.di stinc.iiij.c.vlt.§.hæc & si legib.

Adruptum,id est turpiter acquisitum vel aliter, vt ff. quar. rerum actio non da.l.j.§.si manumisero.

Abscissè,id est fixè & determinatè.l.semper.§.demonstratur.de iur.immu.

Absens quis dicitur in iure multis modis,vt tradit Iaſ.in §.rursus.in prin.insti.de actio.& post eum Alcia.in l. mulieris.§.vlti. & in l.absentem.de verb.significic.de quo vide etiam proximè in verbo absentia.

Absentia est quintuplex,& quando quis obtentu absentiæ in integrum restituatur:vide glo. l.fina.ff.de in integ. restitu.& Iaſ.in præalle.§.rursus. Absens autem propriè dicitur qui est extra prouinciam. vt C. de bo.au.iudic.possl.l.fin.§.vlti.Tamen quādoq; accipitur pro eo qui præsens nō est eo loco vbi petitur.ff.de verb. signi.l.absentē.Vnde absens multis capitur modis. Primō ille dicitur absens,qui alium audire & intelligere nō potest:sic capitur ibi cùm dicitur,stipulatio non potest fieri inter absentes.Institu. de inutil.stipu.§.item verborū. Secūdò absens dicitur, qui nō est in eadem prouincia. vt C. de long. tempo.prescript. l.fin. Tertiò absens dicitur,vt hic cū dicitur,testiū productio nō potest fieri parte absente,si velit adesse.Et sic dicitur absens, qui nō videt producere vel iurare testes.l. si aliquando. C.de testi.Quartò absens est qui nō est in domo,seu respectu cui? nuntiandum est nouum opus. ff.de no.ope.nunc.l.de pupillo. §.si quis. Quintò dicitur ille absens,qui faciliter non potest inueniri,vt quia sicut præsente principali, fideiussor non potest conueniri:ita absente potest conueniri.C. de fideiuss.& man auth.præsente. Sic etiam accipitur in l.præsens.ff.de procur.vbi dicitur,Præsens est qui in hortis est,id est qui faciliter potest inueniri. Sextò absens dicitur qui ad lucrandas distributiones materiales præsentiarum abest.l.qui non est in choro hora determinata,& ita licet sit in ecclesia,tamen extra chorum,in certis horis,dicitur absens.

Absentem esse,aliud est quàm haberi pro absente.Bart.in l.si maritus.§.j.ff.de adult.& quę absentia prosit,not.Barto. ibid.& quę absentia iuuet absentem aduersus gesta cōtra eum.Bar. in l.quia absente.C.de procur.

Absoluere,id est reconciliare. xj. quæstio.iij. cap.ad mensam.§. penultimo.

Absolui impropriè dicitur creditor,cùm sibi soluitur.l.in contraria.ff.de vsur.

Absoluo, id est, absolutum esse ostendo.xxiiij.q.j. audiuimus. de iureiur.c.ij.& glo.in c.ex diligenti.de simon.quæ exponit absoluimus,id est, absolutum ostendimus.

Absoluta dicuntur lecta & à partibus approbata, vel absoluta subscripta,sic exponitur, instit. de contrah.emp.§.j.& pro hoc C.de fid.instr.l.contractus.

Absolutè exponitur,id est, ex toto,extrà de regul.c. beneficiū. lib.vj.vel absolutè ,id est, præcisè.extrà,de hære.cap. contra Christianos.libr.vj.& in auth. vt fratrum filij.§. j. Aliquando exponitur absolutè,id est,liberè,vt in auth.de mand. prin. §. sed neque.

Absolutio differt à reuocatione, nam absolutio fit à sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, iuxta

formam Ecclesiæ cum baculo dicendo Psal. Miserere, & De profundis, & fit cum solennitate. Sed reuocatio est sententia verbalis sine solennitate. Etiam absolutio fit si excommunicatio tenuit, & si non tenuit, fit reuocatio. Item absolutio reddit quod excommunicatio abstulit, præterquam fructus quos excommunicatus iustè perdidit, quia per absolutionem tales non recuperat, vt in auth. vt cum de appel. cog. §. generalem. versic. si verò post hac. Et absolutio ex falsa causa super voto impetrata non tenet, sed est nulla, vt not. c. quod super his. de fid. instr. Et licet excommunicatio sit lata ex falsa causa semper tamen timenda est. xj. q. iij. capit. j. & de offic. or. ex parte. in glos. Et an pecunia possit peti vel dari pro absolutione: vide de simo. ad aures. & c. dilectus. & j. quæst. j. nullus episcopus.

Absque est priuatiuum: vt in l. minus. C. de requir. poss. & quandoque ponitur exclusiuè, & quandoque inclusiuè. no. Arch. de procurato. qui generaliter. lib. vj. Adde quod ista dictio negat & maximè in positionibus & articulis. Bart. in l. inter stipulantem. ff. de verb. oblig.

Abstinere hereditate est idem quod repudiare hereditatē, in hoc tamen differunt, quòd abstinere pertinet ad suos heredes, repudiare autem ad extraneos. §. extraneis. vbi gloss. Inst. de hered. qual. & diff.

## De A ante C.

Ac, aliquando ponitur pro id est, vt C. de sacrosan. eccle. l. decernimus. in princ. Aliquando ponitur copulatiuè. C. de summa Trini. l. nullus. in fi. Aliquando similitudinariè, in elementi. j. de iudi. instituit. quibus non est per. §. ex hoc. in fine. & ff. de acquir. rer. domi. l. qua ratione. §. literæ. Aliquando adiicitur & tamen pro nihilo ponitur, instituit. de tute. §. tutores autem. ibi, vim ac potestatē; id est violentam potestatem.

Acapna ligna dicuntur quæ sunt in furno, aut ad solem exiccata, ita vt cùm focis admoueantur, non fumigent, dicta ab a, particula priuatiua, & capnos, quod interpretatur fumus, quasi sine fumo. Apud Martialem in distichis, lemma est ligna acapna, & Straboni libr. 9. mellis quoddam genus acapniston appellatur, quod ita purgatum sit, vt non sapiat fumum. Vlpia. lib. xxxij. dig. qui est de legatis tertius. l. ligni. §. vlt. Sed & Titiones, inquit Iurisconsultus, & alia ligna cocta ne fumum faciant; acapna volens significare. Ant. Nebr.

Accep



Acceptare est frequenter accipere, vel per acceptilationem liberare. ff. de pact. l. tale. §. post diuisionem.

Acceptilatio est liberatio per ritu tuā interrogationem qua vtrique contingit ab eodem nexu absolutio, id est dissolutio. ff. eo. tit. l. j. Vnde acceptum ferre acceptum tuli: acceptilatū verbum compositum, à quo venit acceptilatio, id est imaginaria solutio; quæ simulat debitorē sum sibi soluisse quod non solu. idque facit animo remittendi, quia illa verba dicendo, quicquid tibi per stipulationē promisi, vel ex stipulatu debui, habes ne acceptum? & tu respondeas, habbo, acceptúmque fero, quasi dicas, perinde habeo ac si accepissem à te veram solutionem. Et sic sicut vera solutione liberatus esses, ita hac acceptilatione liberatis, vt C. eo. tit. l. j. in glij. Item acceptilatio differt ab apocha. l. si accepto latum. eo. tit. de accep.

Accepto ferri. i. approbari. C. de susc. & arca. l. securitates. libr. xj.

Accersitus est collectus vocatus vel circa se situs. lxiij. dist. quia igitur. xiij. q. ij. q. præposterum.

Accessio dicitur aliquid adiectum alteri, vel omne id quod est accessorium & necessarium principali, vt capistrum equo, vel vestis seruo, vt ff. depo. l. j. §. quæ depositis. Si enim seruum emeris, vestem in qua traditur

Accessorium idem est quod accessio, & sequitur naturam sui principalis. instit. de rer. diui. §. si tamen alienam. ff. si quis cautum. l. si eum. §. qui iniuriarium. & in regula accessorium de reg. iur. lib. vj. Et quando accessorium venit officio iudicis mercenario, tunc sublato principali tollitur & accessorium. C. de po. l. iiij. Secus quando accessorium venit officio iudicis nobili. ff. de condi. ind. l. finn. §. Lucius. in glo. aliàs regulariter non tenet.

Accessorium vbi nō tenet principalis. cum principalis. de regu. iuris nisi diuersam habeant rationem, vt ibi tradit Dec. de qua regula latissimè Din. in d. c. accessorium. vbi videndum.

Accidere interdum significat morì. l. in vulgari. §. fi. de ver. sign.

Accipere aliquando capitur pro recipere, vt in authen. de depos. & denun. circa princip.

Aliquando accipere exponitur id est retinere, ibi, Noli timere. accipere Mariam coniugem tuā xxvij. quæstio. j. priusquam. Accipere vel recipere dicitur quis verè vel interpretatiuè, vt notin gl. l. postulante. iii. fin. ff. ad Trebel.

Accipere non inducit dominij translationem de necessitate. Bart. in l. naturalis. §. & si quidē. ff. de præscrip. verb.

Accipere & capere differunt. Nā

qui capit rem suam facit, sed qui accipit non facit suam. Et qualiter intelligatur hoc verbum accipit, vide de acquirendo rerũ dominio.l.in laqueũ. in gloss.j.& ij.& ff.de fur.l. qui vas.in gloss.ij.Aliquando accipere ponitur pro intelligere & cognoscere.§.cunque.in proœ. Insti.

Accipere iudicium pro litem cõtestari.l.is qui.de rei vendicatione.

Accipiat positum in substitutione est verbum directum. Bart. in l.Centurio.ff.de vulga.& pup. substi.

Accola est qui colit terram non propriam, vnde:Accola nõ proprienõ, propriam colit incola terrã.Et dicitur ab ad,& colo, quasi qui aduenies colit terrã.

Accommodare apud Iusti.§.pe.in proœ.institut.est tribuere.Gordianus in l.si qua.C.fam.hercis. posuit pro impartire atque interponere.

Accomodè,id est multum cõmodè.de elect.vbi periculum.li.vj.

Accrescat,hoc verbum inducit fideicommissum. Bart.l.codicillis.de vsufru.leg.per illũ text.

Accumbere pro iacere.l.hæc verba. §. subdisiunctiuorum. de verb.sig.

Accuratè,id est diligenter,studiosè,curialiter,vel compositè.

Accusator est ille qui aliquem coram iudice accusat,& crimina lem sibi mouet quæstionem.Et dicitur accusator:quasi causator:quia ad causam vocat eũque appellat,vt in ca.forus.de ver.sig.post medium.

Accusare iure mariti est in accusando,certa habere specialia, de quibus in l.iure mariti.& in l.quamuis.C.de adul.

Acephalus,id est,sine capite,ab a, quod est sine,& cephas caput. xciij.dist.nulla. in auth.de appella.§.generalem.

Acetum non continetur appellatione vini.ff. de vi.& oleo leg. l.si quis vinum.Bartol.in l.j. de erogatio. mili. anno.lib. xij.C.

Accinacium vinum est quod ex vuarum folliculis aqua addita diffunditur.Greci deuteroniõ, id est secundariũ:Latini,tum loram,tum loren,appellant.Varro in primo de re rustica: Acinorũ,inquit, folliculi in dolia cõiiciũtur,cóq; aqua additur, eáque vocatur lora,quod lota acina.ac pro vino datur operariis hyeme.Nonius quoq; Marcellus Loram, inquit dicebant in vindemia cùm expressissent mustum ex acinis,& folliculos in dolium coniecissent.Liuius libr.30.Quæ Græci deuteria appellãt.Cato & nos loreã. Scripsit aũt id Cato in lib.de re rustica,dicés: Lorea erit familiæ quod bibat.Vlp.libr.xxxiij. dig.titu. de vino & triti.lega.l. Si quis.Vinũ,inquit, acinaciũ planè vino non continebitur. Accursius acinaticiũ pro acinacio legit:interpretatúrque esse vinum ad vsum comparatum. Quid verò per tale vinum ipse intelligat,ego non video.Nam si vinum quodest ad vsum comparatum,vinum est, quid ineptius dici potest,quàm appellatione vini vinum contineri? Atqui Iurisconsultus aliud prospiciebat,quod poterat in dubitationem venire,an scilicet, lota siue lorea, hoc est,vinum illud secũdarium quod ex vuarum acinis expresso musto atque addita aqua maceratis cõficitur,appellatione vini contineatur,quum præsertim maior pars aquæ sit in eo permixta. Ant.Nebr.



Acinaticum vinum appellatur vinum secundariũ,hoc est quod ex vuis expresso musto additá queaquá maceratis conficitur. l.si qs vinũ,de vi.tri.& ol.lega.

Acolythi Græcè dicuntur ceroferatij,vel accendentes Latinè:à deportandis cereis quando legendum est Euangelium aut sacrificiũ offerendũ:vt inquit tex. in c.cleros.ad fin. xx.dist.

Aconitum,species veneni.l. eiusdem.§.alio.ad leg.Cor.de sica. l.iiij.§.pen.ff.de peric.& commo.rei vend.

Aconitum, veneni genus quoddam est celebratissimum, dictum ab acone quod interpretatur cos,quoniam, vt inquit Ouidius ea herba ex cotibus colligitur,ait namque libro septimo Metamorph.Quæ quia nascuntur dura viuacia caute, Agrestes aconita vocant.Idem libro primo:Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Iuuenalis.Sed nullis aconita bibuntur Fictilibus. A Græcis quoque pardalianches, sic dictum,quod pantheras enecat. Sed quod ferè ignoratur quæsit ea herba, aconitum vulgò pro quocunque veneno accipitur.Marcellus lib.xlviij.dig.titur.ad legem Corne.de sicariis & veneficis.l.eiusdem.Si quis inquit,temerè cicutam & salamandram & aconitum, pityocampas & bupreslin dederit, &c. Ant.Nebr.

Acor & mucor sunt vitia vini, & panis quando mucescit.

Acrimonia est propriè acerbitas, sed secundum legistas est pœna quæ infligitur sacrilegis, sicut incarceratio, vel exilium, vel relegatio.C. de sacrosanct. Eccles. l. placet. quæ est canonizata.xvj.quæst.j. cap. placet. sub §.nouarum.vbi etiam dicitur de hoc.

Acta dicuntur publicæ scripturæ negociorum quæ in iudicio aguntur,ordinem eorum, modum & figuram continentes. Vel etiam sunt processus siue gesta curiæ.gloss. in l.acta. de re iudic.& cap. quoniam contra.de prob. Sunt autem acta triplicia. Nam quædam sunt acta iudicij ordinatiua, quæ

valent ad ordinationem iudicij: vt est libelli oblatio, litis contestatio. Quædam valent ad veritatis indagationem, & dicuntur indagatiua veritatis, vt depositio testium, editio instrumentorum, & confessio partium. Et quædam litis decisiua, quæ valent ad decisionem causæ. Item acta etiam quandoque dicimus locum in quo residet iudex, instructus de causa cognoscens, vbi acta deteguntur, vt quilibet factum suum audiat seu videat, & suū consequatur meritum, qui locus aliter etiam ius appellatur, de iusti. & iure. l. pe. §. fi. Porrò acta & gesta quemadmodum distent, ostendit Iurisc. in l. Labeo. de verb. sign.

Actio significat tripliciter, strictè latè & latissimè. Strictè significat ius procedēdi quod oritur ex obligatione. Latè significat dū significat iurisdictionē iudicis: & ita nedū significat personales, sed etiā reales actiones. Latissimè cùm etiam significat officium iudicis, & hoc modo querela inoffic. test. dicitur actio. ff. de leg. j. l. cum filius. in princ. facit l. actionis verbo. de verb. sign. & l. actionis verbo. ff. de actio. & obli. Et hoc verbū actio, significat bene simul ius & factum, nec est inconueniens.

Actio ergo significat officium, id est ius persequēdi, licet officiū sit facti & ponatur differentia inter iurisdictionē & officium. Est enim actio ius persequēdi in iudicio quod sibi debetur. instit. de actio. in princ. Et addūr quidā quod suū est, vel alienum: ita, vt illa definitio includat omnem actionem tā in rē quàm in personam, sed illa definitio præmissa solum comprehendit actionem personalem, illud autem quod tuum est, tibi non debetur. Si verò quod nō tuum est & quicquid est in iudicio debet includi diuersimodè quod petitur & concluditur in actione reali & personali, quia in personali peto mihi debitum, in reali verò actione peto aliquid vt meū, Quare hoc verbum actio sumitur aliter & aliter vt præmissum est.

Et nota q; hoc verbū debetur quandoq; largè sumitur, vt cū dicitur quicquid in iudicio tibi debetur. i. res quam petis vt rem tuam, siue rei vendicatione actione cōmodati siue depositi secundū Azonē in Sum. tit. de eden. circa principiū. Olim dicebatur actio conceptio verborū formata à magistratibus. l. ij. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. Vnde dicebatur formula vulgaris. ff. de fur. l. si seruus nauem. Hodie autem fit sine impetratione & cōceptione verborum solenniū. C. de form. & impe. acti. subla. per totū. Nec hodie est aliqua differentia inter interdicta & actiones, cum interdictum nihil aliud sit quā actio prætoria. Dicitur ergo actio ius ciuile vel prætorij; quo debitum in iudicio à te exigere possum, vel petere tē mihi restitui, secundum Azonē & Gof. & facit de iud. c. dilecti actio: Est autem de iure ciuili instit. de iur. nat. gen. & ci. §. ius autē. Et secundum canones actio dicitur causa. c. forus. de ver. sig. Et secundum leges actio debet poni in causa: quia nemo sine actione experitur. ff. de ne. gest. si pupilli. in fin. cap. examinata. de iud. prohibentur tamen attentius nimis subtiles actionum intentiones, vt in c. dilecti. de iudic.

Adde quòd actionis verbum modo sumitur generaliter, modo specialiter. Generaliter quidē accipitur pro omni actione, siue sit in rem, siue in personam. Specialiter, pro actione personali tantum. l. pecuniæ verbū. §. actionis. de verb. sig. Accipitur & multis aliis modis, quos annotauit gl. ij. Instit. de actio. in princ.

Actio ad exhibendum datur contra possessorem, vel aduersus eum qui dolo malo possidet: vt rem exhibeat, id est, in publicum deducat: vt fiat aduersario copia vendicandi, secundum Azo. in sum. tit. ad exhib. in prin. Nam exhibere est rem in publicum deducere, & vidē dæ tangendæque & apprehendendæ rei facultatem præbere & ostendere: vt aduersarius copiam habeat rem suam esse contendendi: vt cum quis dicit, hæc est res mea: quia tacta seu visa ab eo sibi sua videtur: vt ff. ad exhibendum. l. ij. cum ibi not. Et si erit instrumētum res ipsa exhibenda, debet fieri facultas legendi & etiam describendi. ff. quemadmodum testa. ape. l. j. & ij. §. inspectio. Et sic exhibere dicitur propriè quasi extra secretum habere, & secundum Placentinū, quasi extra se habere.

Actio arborum furtim cæsarum habet cōdemnationem aduersum eum qui arbores furtim cædit, inscio & inuito domino. Et competit contra ipsum damnum dantem ad duplum damni dati, in quo casu etiam cōpetit huic actio legis Aquiliæ, ita tamen vt deducere possit in condemnatione, quod actor consecutus est altera actione: vt ff. arborum furtim cæsarum. l. j. & appellatione arborum etiam vites continentur. ff. de arb. cæd. l. j. §. arboris. Item continetur hædera, quæ improprie dicitur arbor ex interpretatione, & plerunque arboribus hæret. ff. arborum furtim cæsarum. l. vitem. & in glo. etiam. & arundo non male dicetur arbor: & idem de Salicto, quando iam radices im-

misit: vt eadem l. vltem, iuncta glossa.

Actio caluisiana est per quam reuocantur ea quæ in fraudem creditorum, patroni libertus alienauit. ff. de iure patro. l. si libertus.

Actio commodati est triplex, scilicet, directa, vtilis & contraria. directa competit ei qui rem aliquam commodauit contra commodatarium ad repetendum ipsam rem: vt ei res & eius accessiones restituantur facto & expleto vsu propter quem commodatum est. ff. commod. l. j. secundum Placen.

Actio commodati contraria ei competit, qui commodatum accepit, in eum qui commodauit ad impensas in re commodata factas: veluti si ægrum seruum curauit. Sed quod nomine cibariorum impendit, non repetit. ff. de commod. l. in rebus. §. possunt. cum §. sequenti. Actio commodati vtilis secundum Placentinum competit vbi non est verè commodatum: sed interpretatiuè: vt si amicus ex confidentia rem amici ex propria auctoritate accipit. Et pone melius exemplum. per l. j. §. fin. cum l. ij. & iij. in principio. ff. commodati.

Actio communi diuidundo inter eos datur, qui sine societate nec ex causa hereditaria aliquid commune habent: vt id diuidatur: secundum Placen. & Azonem. Item si ex contractu societatis res illa sit communis, habet locum hæc actio ff. communi diuid. l. ij. Et de ista actione. no. ff. de iudiciis. l. in tribus.

Actio conducti competit ei, qui conduxit à locatore fundum, vel prædium vel domum, & competit ei ad hoc quòd liceat sibi inhabitare, vel in vsu habere rem conductam: etiam competit contra locatorem si aliquis expensas vtiles vel necessarias ibi fecerit.

Actio confessoria est quæ competit ei, qui dicit se habere ius, vel seruitutem per fundum vicini eundi vel agendi, vel altius ædes suas leuandi, vel quamcunque aliam seruitutem in re ipsius, etiam inuito eo. Hæc autem actio in rem dicitur, vel realis, quia rem tuam corporalem, scilicet, ius eundi per fundum petis, quamuis ipsa seruitus sit incorporalis. vt ff. si serui. vendic. l. ij. in princ. Et dicitur confessoria, quia verbis affirmatiuis constituitur, & eius contraria verbis negatiuis proponitur, quæ dicitur actio negatoria, secundum Placen. ff. si seruit. vendic. l. si quando. §. cùm in domo. & ibi not. Vnde actio negatoria competit ei, qui dicit aliquem non habere ius, vel seruitutem



tem ad aliquid quod facere volebat alter, & ipsum per hanc actionem prohibet: vt quando dominus fundi intendat aduersus te solitum ire per fundū suum dicens, Non est tibi ius ire per fundum meum, & hæc actio similiter in rem dicitur, quia dominus fundi vendicat libertatem dum ipsam intēdit verbis negatiuis, dicens quòd alter non habet ius eundi vel agendi per fundum suum, nec altius ædificandi ædes, ne luminibus suis noceat, & sic per hanc dominus fundi ad hoc agit vt fundus suus declaretur liber, & alter desistat & prohibeat ne eum de cætero inquietet. ff. si ser. vēd. l. ij. & l. loci corpus. §. cōpetit. & instit. de actio. §. æque. versic. contra. Et actio non competit de dominio, sed de iure prædiorum sicut & cōfessoria: vt in præalleg. l. ij. in prin. Et licet secundum Placen. dicatur ideò negatoria, quia verbis negatiuis intentatur, tamen contrarium not. in l. ij. & d. versic. contra. suprà alleg. Nā quælibet earum, scilicet, actio confessoria & negatoria potest dari per verba affirmatiua, & etiam per negatiua. Non ergo sumunt differentiam per formam verborum, sed differunt ratione materiæ. Inde breuiter concludendo, siue per affirmationem, siue per negationē dentur, tamen in hoc differūt, quia confessoria datur ad tuendā sibi seruitutē debitam, & negatoria datur ad tuendam sibi libertatem suam. Et notant docto. exempla in quibus confessoria intentatur verbis negatiuis, & negatoria verbis affirmatiuis, in ca. cùm ecclesia sutrina. de causa poss. & proprietat. vbi bona glos. de his. extrà de iud. in c. examinata. & in d. l. ij. ff. si seruit. vendic.

Actio criminalis dicitur ex qua pœna fisco est applicāda, licet pecuniaria sit, glos. & Barto. in l. iij. in principio. ff. de sepulch. viola.

Actio datiua, quæ, require infrà in versicul. actionum xiij. species.

Actio depositi est duplex, scilicet directa & contraria. Actio depositi directa competit depositori ad repetendum depositum & accessiones eius, & competit in simplum, nisi fortè ressint ob incendium, ruina, naufragio, tumultu, depositæ. Hoc enim casu qui depositum sic receperit, & inficietur, & de hoc conuincatur in duplo condemnabitur: hæc probantur ff. depositi. l. prima. §. ait prætor. Sed actio depositi contraria competit ei penes quem res deposita est ad petendum impensas si quas circa rē depositam impenderit, & illas repetit: vel damnum datum per seruum depositum, secundum Placen.

De illa contraria actione habetur. ff. depositi. l. si apud. in princ. & l. actione.

Actio de apposito, vel suspenso quàm ea est vulgò, cuius casus nocere potuerit: datur aduersus eum qui in subgrunda vel protecto habet id appositum vel suspensum quod nocere potuit: cuius condemnatio est decem solidorum. ff. de his qui deiec. vel effud. l. si verò. §. ait prætor.

Actio de constituta pecunia competit aduersus eum qui sine stipulatione constituit pro se vel pro alio soluere. C. de constitu. pecunia. l. ij. Nam constituere largè dici posset quilibet qui pro alio se obligat. sed C. de constitu. pecun. constituere ponitur pro eo tantum qui quod alius debet, se solitum constituit: Nec distinguitur ex qua causa quis debeat: certa, vel incerta, vel ciuili vel honoraria: dum tamen efficaciter debitum potuerit peti & exigi, vel saltem solutum retineri: vt quia tantum naturale erat debitum.

Actio de dolo competit mihi quando damnum dolo malo à quouis est mihi datum, vel si quis aduersus me versetur dolose consulendo, vel malitiosè negotia mea administrando, nec supersit aliqua alia actio qua possim experiri. ff. de dolo. l. j. §. verba. sed non datur nisi duos aureos excedat. l. si olei. §. fi. iuncta l. seq. ff. de dol. ma. Hæc autem non datur liberis contra parentes. Ratio, quia odiosa est, & in ea condemnatus, infamis efficitur. Nec datur liberis contra patronos, nec humili aduersus eum qui dignitate excellit, nec plebeio aduersus consularem receptæ auctoritatis, nec luxurioso vel prodigo, aduersus hominem vitæ emendationis. Datur tamē hęc actio in factum contra prædictos, vt fiat mentio bonæ fidei, & verbis sic temperandis in conceptione libelli in qua nulla est facienda mentio doli, hęc probantur. ff. de dolo. l. si oleū. §. finali cum l. sequenti.

Actio de dolo, & furto eorum qui sunt in ministerio cauponum, stabulariorum, vel nauē exercentium, datur aduersus caupones, stabularios, & nautas: qui quando officio malorum hominum vtuntur: in duplum tenentur: cùm dolus vel furtum commissum est in his rebus quas saluas fore recepere. ff. naut. cau. stab. l. j. & infrà actio in factum.

Actio de effusis, & eiectis datur aduersum eum ex cuius habitatione vel habitaculo aliquid effusum, vel eiectum est contra iter publicum: vnde damnum datum alicui transeunti restaurandum est in duplum, & si liber homo inde periisse dicat in quinquaginta aureos





hæc actio datur. Si verò viuat, nocitúmq, ei esse dicet: datur ob eam rem quantum videtur, judici ex bono & æquo: compensatis impensis factis, & operibus quibus est curaturus inutiliter. ff. de his qui dejec. vel effud. l. j. in prin.

Actio de in rem verso datur aduersus dominum, vel patrem: si seruus, vel filius pecuniam in rem patris vel domini impendit quam mutuo accepit. ff. de in rem verso. l. j. in prin.

Actio de pauperie competit aduersus eum cuius animal damnum dedit contra naturam sui generis: verbi gratia, si equus non ex loci angustia vel non instigatus calce percutiat: vel bos cornu perat ex naturali feritate. Secus tamē si instigatus vel ex loci angustia damnum dederit. In huiusmodi actionis condemnatione, venit damni dati resarctio: aut in solutione venit ex lege duodecim tab. noxæ deditio, dominus enim noxali iudicio sui nomine conuentus: seruum actori noxę dedendo liberatur: insti. de noxa: actio. §. j. & si animalia noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem. insti. si quad. paup. fec. dic. Et vtrum malit aut soluendo damnum sufferat: aut aliud pro noxa det animal hoc, si per eum stat. Et probantur hæc ff. si quadr. paup. fec. dica. l. j. in prin. & instit. eod. tit. §. j. Et noxia significat delictū sed delinquens vocatur noxa. insti. de noxa. in gl. super verbo noxia. Vnde versus.

Noxia delictum, delinquēs noxa vocatur.

Et tamen sæpe vnum pro reliquo accipitur: vt ibidē dicitur.

Actio de peculio, vel peculiò tenus competit ei, qui cum filio familias, vel seruo peculium habentibus contraxit. ff. quod cum eo. l. j. cum seq. Quæ post mortem filij, vel serui est annalis, necnon post emancipationem, manumissionem, vel alienationem. ff. quando actio de pe. est annalis. l. j. §. quandiu. vbi dicitur, Quandiu filius vel seruus in potestate est: de peculio actio perpetua est, post mortem autem eius: vel postquàm emancipatus, manumissus, alienatúsue fuerit: temporalis esse incipit. i. annalis: & competit hæc actio aduersus dominum vel patrem: vt not. ff. de pec. l. j. §. verba.

Actio de rationibus distrahendis datur pupillo ad impugnandū rationem à tutore redditam, qui fortè res aliquas pupilli abstulit, nec illas in libro rationum descripsit: Dicta ex eo quod rationis redditio per tutorem facta, distrahenda id est dilanianda & inscidenda veniat per eiusmodi actionem. l. j. de tut. & ratio. distrahen.

Actio de rebus ecclesiasticis venditis custodibus earum datur aduersus eos qui sacras res emerunt citra formam: nulla eis actione relicta contra sacrosanctas ecclesias de pretio quod dederunt repetēdo. Hæc actio datur in factum cum res in aliam rem est mutata: vt cū ex phiala factus est scyphus. Si verò in forma sua sit, rei vendicatio locum habet: si alienetur: quod ex lege datur.

Actio de superficie in rem, competit ei qui superficiem habet in alieno solo nomine conducti ad repetendum superficiem si possederat. ff. de superfic. l. j. §. qui superficiem. in fine. & §. quod autem. versiculo & sane.

Actio de tigno iuncto datur ei cuius tignum ædificio alieno iunctum est ab eo qui existimabat suum tignum esse. Si verò sciens alienum is dolosè fecerit id, tenetur de tigno immisso & furti actione ad exhibendum: non quòd tignum cogatur eximere: sed quòd interfit præstare. Et hæc probantur. ff. de tign. iniun. l. j. & ff. de rei vendicatione. l. in rem. §. j. cum ibi notatis.

Actio directa est quando aliquid directè petitur in ius: vt ex commodato vel depositio, & huiusmodi.

Actio vtilis est quæ datur non ex iure aliquo directo, sed vtiliter & ex æquitate competit: vt in publiciana & huiusmodi, secundum Placen. & Azo. De ista actione vtili habetur & notatur. ff. de negotiis gest. l. actio. & ff. si quadr. pauperiem fecis. dicatur. l. penult. Et nota, quòd actio directa & vtilis eiusdem sunt effectus: vt in l. actio prælegata. & nihil differunt, licet secundum quosdam differant, vt not. in l. ex legato. C. de legat. & plenè per Cynum in lege prima. C. de action. & obligatio. vnde directa datur secundum verba & mentem, vt interdictum vnde vi directum quod datur tantùm contra spoliantem vel mandantem seu ratam habētem spoliationem suo nomine factam, quia verba & intentio prætoris hoc volunt in hoc interdicto, sed idē intetdictum vtile datur ex mente tantum, de æquitate quadam, non virtute verborū. Datur etiam contra eum qui aliàs ex iusta causa rem possidet: non tamen prædictis tribus modis, sed fortè possessionem vacuam intrauit, vel rem in domo sua inuenit credens esse suam, de quo in c. cùm ad sedem. de restitut. spoliato. Et dicit Angel. quòd habens ius vtile & intentans directum, mālè libellat, & quando in principio detecta fuit ineptitudo, succumbere debet.

Actio ædilitia competit multis modis. Et primò, si res vendita sit redhibita propter vitium siue morbum: sed tamen à venditore restituitur pretium emptori cū accessionibus & aliis quæ ædiles iubent: & hoc casu est perpetua, de hac habetur. ff. de ædili. edict. l. ædiles. in principio. §. primo & finali. & l. illud. ij. responso. & l. redhibitoria eo. titulo. Secundò competit, quando fit, vt si res vendita non placet, quòd reddatur: & tunc est temporalis vsq; ad lx. dies: vt ff. eod. titu. l. quòd si nolit. §. si quid ita venierit. Tertiò, competit si venditor nón vult tradere seruum, vel mancipium, vel iumentum cū ornamento cū quo ostenderat tempore venditionis pro ipso ornamento: vel vt fiat redhibitio rei principalis propter accessoria: & tunc competit etiam vsque ad lx. dies. ff. eod. tit. l. ædiles. in princip. & §. vendendi. Quarto verò competit quando eo loco qua iter est vulgò: habet quis canem, lupum, vrsum, aprum, verrem, pantherem, leonem, &c. vel animal aliud quod nocere possit: siue sit ligatum siue solutum. ff. eo. tit. l. hi enim. §. deinde. & l. seq. Et si homo liber perierit: solidi ducenti præstabuntur: sin aliter ei noceatur in id, quod æquum videbitur condemnabitur: vt l. qua vulgò. ff. eod. titul. sed plenius vide de his Guliel. in Specul. in tract. libel. de empt. & vend. §. nunc dicendum est.



Actio empti competit emptori ad rem petendam quam emerat: in qua venit commodum quod accessit. Et si quid in speciali pacto comprehensum sit, in hac actione attenditur: prout quisque sibi paciscitur. ff. de ac. emp. l. emptor. in princ. & insti. de emp. & vend. §. sed nostra. in fine. Huic contraria est actio venditi: quæ competit venditori ad petendum pretium & interesse & vsuras tempore moræ, prout inter partes conuentum seu contractum est, de ista habetur in l. Iulianus. §. ex vendito. eod. tit. & de empt. & vend. instit. in §. præalleg. sed nostra.

Actio æstimatoria, id est, actio præscriptis verbis sic cognominata est actio: qua æstimatio proponitur gratia dubitationis tollendæ, quando res æstimata vendenda datur. Dubitatum enim est an ex vendito sit actio: an ex locato, an ex conducto: an mādati, vt si rem meam tibi do: & æstimo tibi eam decem: vt aut rem, aut decem reddas: si verò plus vendas tuum sit. vt not. ff. de æsti. actio. in rubro. & l. j. instit. de action. §. actionum autem.

Actio ex stipulatu nascitur cùm de re certa in genere: sed incer

ta

ta in specie sit stipulatio, vt instituit. de verborum obligationibus. in principio. Nam si resesset simpliciter incerta: stipulatio non valeret. ff. eodem titulo. l. ita stipulatus. in principio. Et stipulatio est verborum conceptio, vt cùm dico spondes dare seruum: vel spondes te facturum domum? & tu respondes, spondeo: Pertinet autem ad actionem in personam quæ oriuntur ex contractus verborum. Et hæc colliguntur. ff. de actio. & oblig. l. j. §. j. & l. actionum genera. §. in personam. & instituit. de oblig. §. fin. & de actio. §. j. & versicu. namque. cum simil.

Actio ex testamento non solùm scripto heredi competit ad petendum hereditatẽ, sed etiam contra heredem scriptum à legatariis & fideicommissariis. C. communia de lega. & fideicommiss. l. j. Et sapit naturam actionis bonæfidei. l. in minoruſſi. C. ex quib. cauſ. in integrum reſtit. non est necessaria. Tamen dicit Bart. quòd re vera est stricti iuris: cum non numeretur inter actiones bonæ fidei. in §. actionum. Instituit. de actio. vt not. in l. huiusmodi. §. ædes. ff. de leg. j.

Actio exercitoria secùndum Azo. in Sum. C. eod. tit. datur contra hentibus cum magistro nauis propter nauigandi necessitatem cõtra exercitorem nauis qui magistrum nauis præposuit quem æquum fuit teneri vt teneatur qui institorem tabernæ vel negotio præposuit. ff. de exercitoria actiõ. l. j. in princip. Hæc ergo actio nõ datur contra magistrum nauis: sed contra eum qui magistrum nauis præposuit, scilicet in eam causam, in quam præpositus est expresse vel tacitè: vt in ea. l. j. §. non autem. & § igitur præpositio. Est autem magister cui totius nauis anchora & cura mandata est. l. j. §. magistrum nauis. ff. eod. qui vulgari Lombardorum, & prouincialium comitus dicitur: & in theutonico & in almanico styermam dicitur. Nec distinguitur an iste magister sit liber vel seruus maior vel minor. Imputatur enim ei, qui eum præposuit. l. j. præallegata. §. cuius autem cõditionis. Sed exercitor dicitur is ad quem obuentiones quotidianæ, aut reditus, quæstus & vtilitates nauis perueniunt & pertinent: vt ea. l. j. §. exercitorem: siue verus dominus nauis sit siue à domino nauem conduxerit ad tempus vel in perpetuum: vt dicitur ibidem.

Actio familiæ erciscundæ inter eos competit, qui communem habent hereditatem diuidendam. ff. familiæ erciscundæ. l. j. & ij. Et dicitur actio familiæ erciscundæ, id est, hereditatis vel substantiæ diuidendæ secundum Azo. in Sum. vt nõ. ff. eod. tit. in rubro. Nomen enim familiæ quandoque ponitur pro substantia & hereditate: vt ff. de verbo. signif. l. pronuntiatio. §. j. Sed erciſco est verbum græcum, idem significans quod diuido: inde erciscundæ, id est, diuidendæ: vt no. glos. ff. eo. tit. in rub. Tu cogita.

Actio Fabiana & Pauliana sic dictæ sunt ab auctoribus & earum inuentoribus: & habẽt locum quando debitor in fraudẽ creditoris alienauit ea quæ obligata fuerunt creditori: vt reuocetur ipsa alienatio. Datur etiam actio Fabiana patrono ad reuocandum alienata per libertum vel per debitores in fraudem patroni vel creditoris, in qua veniunt fructus etiã post litem contesta, percepti: vt not. ff. si quid in fraudem patro. l. ij. & ibi per totum. Sed Pauliana datur propriè creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorẽ, de qua ff. quæ in fraudem credit. l. j. §. final. & l. hac in factum. In qua etiam veniunt fructus: vt eod. titul. ait prætor. §. per hanc. & §. præterea. quod intellige iuxta l. fin. §. non solum. eod. tit. de quibus ambabus. ff. de vſu. l. videamus. ij. §. in fauiana. & instit. de actio. §. item si quis in fraudem.

Actio finium regundorum competit pro finibus ad distinguendum vel ad iudicandum. ff. fin. reg. l. ij. §. iudici. & l. sequ. & inter eos agitur qui agros confines habent vel prædia. instit. de actio. §. item finium regundorum, & habet locum in rusticis prædiis tantum. ff. eodem titul. l. ij. & non in vrbanis: quia vrbana prædia non sunt confinia: sed vicina quia parietibus distingui consueuere: sed confinia dicimus, quæ adeo sunt proxima vt nullus paries in medio interponatur. ff. eod. titul. l. sed & loci. §. hoc iudicio. cum ibi not. Vrbana prædia dicuntur omnia prædia quæ habent ædificia: etiam si sunt in villa, quia vrbanum prædium non facit locus sed materia habitandi, causa facta. Vnde si in vrbe ædificium, causa non habitandis sed gratia reponendorum fructuũ fiat, dicetur prædium rusticum. Sed & horti in ædificiis cõstituti nisi plurium sint in redditu, vinearij forte, vel etiam olitorij, continentur appellatione vrbanorum prædiorum. ff. de verb. signifi. l. vrbana. Rustica autem prædia vocantur agri non habentes ædificia. Et si inter te & me cõtra quem ago finium regundorum: via publica vel publicum iter interuenit, non habet locũ hæc actio: quia cõfinium non intelligitur, secus si riuus priuatus interuenerit, quia finium

nium regundorum agi potest contra dominum tiui. ff. eodem tit.l.sed & loci. §. fin.cum l.seq.& ibi not. Est autem hæc actio duplex, quia in ea vterq; est actor, & vterq; est reus,extra de probat.ex literis. ff.eod. tit.l.iudiciũ cõmuni diuidundo,& l. familiæ erciscũdæ.& l. inter coheredes.§.si familiæ.ff. famil.erc. Item est mixta: quia est in ré & in personã. instit. de act.§.quædã actiones.&§.item finiũt. Itẽ perpetua est,vt C.eo. l.vltim.& ff.eodem.l.iudicium communi diuidun. & institut. de actio. §. quædam.quod tamen non sic intelligitur, vt si vicinus meus ampliores fines ei, cui vendiderat ostenderit, non possit ille qui emit, longo tempore præscribere: hoc enim falsum est, vt ff.pro empto.lege ij. §. sed & si fundus. & l.qui fundum. §. si fundum. Sed si oportet intelligi secundum Azonem, vt etiam post decem vel viginti annos locum habeat hęc actio pro finibus terminandis, quamuis de meis finibus aliquid præscripseris. Nam & si ab initio sine aliqua præscriptione hoc constaret esse tuum,agere possem vt commodius termini imponãtur agris, vt ita rixarum perimatur occasio,&c. Si quæras quando incipiat currere præscriptio huic actioni, Respondetur ab eo tempore quo incœpit posse hæc actio intentari. Et incipit posse intentari cùm fines cœperunt turbari,& ex eo nascitur hęc actio secundum Azo.in sum.C.eod.tit.

Actio funeraria contra heredem bonorúmue possessorem datur.ff. de reli. & sumpt. fune.l. at si quis.§. fina. & datur ei qui funerauit non vt heres defunctum sed causa pietatis, vt d. l.at si quis.§. sed interdum. & §.si quis.cum ibi nota. Per hãc enim actionem veniunt reficiendæ expensæ ibidem à funeratore factæ.

Actio furti manifesti secundum Azo.locum habet quando furem tenens visus vel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato, vel à domino, vel alio antequam perueniat ad locum quo perferre rem destinauit. Si talis deprehendatur, vel cum re videatur, & ad eum deprehendendum occurristi, ei,licet abiecto furto aufugerit,furti manifesti tenetur. l. si quis.j. §. sed Celsus. ff. de fur. nisi subripientis mutetur status, vt tu mihi subripuisti in seruitute, & manumissus in furto deprehenderis cum re furtiua, sed si tu pertuleris quo destinabas, teneris furti non manifesti, cum enim deprehenderis cum re furtiua prius,quàm eo loco pertuleris quo destinaueras illo die manere cum furto, tũc fur est manifest



nifestus.Hæc omnia dicuntur ff.de fur.l.iij.& seq.& datur actio furti manifesti in quadruplum.instit.de obl.quæ ex deli. §.pœna manifesti. & §.vlt.

Actio furti non manifesti comperit quandocunque prædictis modis furtum nõ manifestum probatur.ff.eo. tit.l.nec manifestum.& Insti.de obli.quæ ex deli.nasc.§. nec manifestum. Et etiam si vidisti furtum fieri: tamen abscondisti cùm furtum faceret ne te occideret:non est manifestum.ff. eodem titu.l.si quis in seruitute. §. cæterùm. & datur hæc actio in duplum. institut.de oblig.quæ ex delic. nasc.§.pœna manifesti.

Actio hypothecaria,vide insti. de actio.§.item seruiana. Et hæc actio aduocat nudam possessionem.ff.de euic.l.si cum venditor.§.j.

Actio in factum dicitur quatuor modis,vt not.glo. in §.fi. instit. de actio.

Actio in factum aduersus iudicẽ qui litem fecit suam: datur aduersus eum, qui per imperitiam malè iudicauit:& ideo videtur quasi ex maleficio teneri,& in quãtum de ea re æquũ religioni iudicantis videbitur pœnam sustinebit: vt instit.de obligat.quæ ex quasi deli.nasc. in prin. & ff.de var.& extraor. cog.l.fi.Si verò dolo malo iudicauit, verè est ex maleficio obligatus actione in factũ, vel actione de dolo ad omne interesse ei quẽ læsit, & infamis est.Item tenetur crimine falsi: quod pœnã deportationis vel vltimi supplicij continet: vt ff. ad legem Cornel.de falsi. l.j. §. & qui iudicem.& §.vltim.& ff. de iudic.l. si filius. Item & tenetur crimine concussionis: vt ff.de concus.l. vlti.Itẽ ciuiliter potest conueniri ex edicto de calũniatoribus in quadruplum ab eo quẽ debebat dãnare per pecuniã,vt ff.de calum.l.j.& iij. §.illud.secundum Azo.probantur hæc C.de pœn.iud.qui male iud.l.ij.& ibi not.in gl.fi. iuncta auth.nouo iure.ibidẽ posita,& l.si filius familias.ff. de iudi.Iudex autem ecclesiasticus male inductus per gratiam vel per sordes:ab executione officij per annum est suspensus ad æstimationẽ parti quã læsit,nihilominus condemnandus.Et si durante suspensione se diuinis ingesserit, irregularis est: nec cum eo nisi per sedem apostolicam poterit dispensari; vt c.cum æterni.de iud.lib.vj.

Actio in factũ:de eo quod certo loco datur:vbi aliquid est promissum dari certo loco:si iudiciũ in illo lococonstitui nõ possit:introducta enim est quædã actio arbitraria:vt possit etiam in alio loco agi. Prætor enim iniquũ esse arbitratur nõ posse conuenire debitorẽ in alio loco quàm in loco destinato so-

lutioni,& hæc actio arbitraria ex sui natura est stricti iuris, in qua habita cõsideratione aliarum actionũ stricti iuris quicquid esset omissum, deberet haberi omissum, tamen in illa venit etiã quicquid equũ & iustum visum fuerit religioni iudicantis: & propter hoc appellatur hæc actio arbitraria irregularis: quia contra naturam aliarum actionum stricti iuris est. glos. in rubr. ff. de eo quod certo loc.

Actio in factum de dolo. & furto eorum, quorũ ministerio quis cauponam, aut nauem, vel stabulum exercet, datur aduersus eos qui præsunt cauponæ, aut naui vel stabulo: qui quoniam officio malorũ hominũ vtuntur: in duplo tenẽtur, quod dolo aut furto eorum cõmissum est in his rebus quas saluas forẽ receperunt. ff. nau. cau. stab. l. j. in princ. & §. idem Pomponius. & l. & ita. §. idem. & §. ait prætor. iuncta l. fi. §. hac autem actione. & ff. fur. adue. nau. cau. stab. l. j. iustit. de oblig. quæ ex quasi delimase. §. itẽ exercitor.

Actio in factum ex edicto prætoris de alienatione iudicij mutãdi causa facta, datur ei in cuius fraudem & illusionem facta est alienatio, & suis heredibus, aduersus eũ qui rem alienauit, quem ad interesse conuenit quanti interest actoris coram ordinario, vel delegato: de qua Goffre. in Summa de alie. iudi. mutan. cau. fac. capitu. j. extra eodem titu. in glo. Cessat autem hæc actio secundum Hosti. in sum. extra eodẽ. quando is qui alienauit eandem rem recuperauit. ff. eodẽ. ex hoc. §. si quis. Idem si res nõ erat petitoris: vel si mortua est sine culpa, nisi si quid actoris interfit ratione quæstus, vel accessionum, vel expensarum. ff. eodem. nõ solum. §. hæc actio. & de noxa. actio. electione. §. fi is. Item si reus paratus sit subito vtile iudicium: quod est intelligendũ quando eandem causam promittit se præstaturum: puta promittit se restituere sub maxima pœna, alias si diceret rem non restituam, quia nec habeo, sed quanti intererit tua: vel quanti in litem iurauerit secus esset: nam & si hoc non offert, tenetur ad idem cum dolo desierit possidere. vt ff. de rei ven. sin autem. § j. & lis qui dolo.

Actio in factum ex iuramento, per quam requiritur an actor iurauerit: & secundum quosdam datur ei, qui cum peteret rem suam, delato sibi iureiurando ab aduersario, eam suam esse iurauit. Ab eo enim rem suam petit actione in factum, qui iurauit suam esse. ff. de iureiura. l. nam & postea. §. j. & §. fina. Si verò rem suam sibi traditam postea amisit: & ille qui detulit iuramentum: eam nactus sit: aduersus eum publiciana competit actio. ff. de publicia. actio. l. eum qui. §. si petẽti. vbi dicitur: Si petẽti mihi rem iuramentũ detuleris: iurauerõq; rem meam esse: competit mihi publiciana aduersus te dumtaxat: tamen quomodo hoc debeat intelligi: ibi notatur plenè. Solet autem iusiurandũ referri ei qui detulit. C. de rebus cred. l. generaliter. §. omne igitur. vers. sed iuramento.



Actio in personam dicitur condictio, quando contendis aliquem dare, aut facere tibi oportere. Quando verò agis, vt restituatur tibi res tua, & speciale nomen accipit, vt in depositio dicitur simpliciter actio personalis, & non condictio. Hoc autem nomen condictio inde descẽdebat: quia olim iudicia erant ordinaria: & certis verbis concepta, & quæ oportuit condici, id est, simul dici, vt si quis caderet à syllaba, caderet à tota causa. Sed postea illæ solennitates in dissuetudinem abierunt, attamen nomen remãsit vt adhuc personales actiones quæ solennibus verbis interpretabantur, conditiones vocẽtur: & hæc colliguntur Insti. de actio. §. appellamus. cũ ibi not. & ff. eo. tit. l. actionum genera. Et harum actionum genera quædam nascuntur ex contractu: quædam ex quasi contractu: quædam ex maleficio, & quasi maleficio. insti. de obli. §. sequens. & de actionibus. §. omnium. Require de omnibus his, in verbo actiones ex contractu.

Actio in rem, dicitur vendicatio rei, scilicet quando dicis rem de qua agitur tuam esse: & aduersarius dicit, vel ostendit ipsam rem esse suam. ff. de actionib. & obligation. l. actionum genera. & insti. eodem titu. §. appellamus. Et harum actionum alia est directa in rem actio, vt rei vendic. actio confessoria & negatoria. Alia est actio in rem vtilis, quæ sunt actiones de dominio non directæ, sed vtiles, quæ ex æquitate dantur, & quandoque non dominis, vt sunt publiciana quæ ex diuersis causis competunt. Et actio per quam quæritur an actor iurauit: & actio in rem de superficie: & actio Fabiana & Pauliana, & Caluisiana: & actio in rem quæ competit inter dominum tabulæ & pictorem. Sunt & aliæ in rem actiones, in quibus non de dominio, sed de pignore agitur, sicut seruiana & quasi seruiana: de quibus videte loco suo. Et nota, quòd actio personalis non sequitur fundum. ff. de contrahend. empt. & vendit. l. Titius. §. Lucius Titius. ff. ad Trebellia. l. j. §. si heres. ff. de iud. l. si fideicommiss.

§. tractatum. & ff. de alie. iudi. mut. cau. fac. L iij. §. opus. in glos. per Dynum in l. fina. ff. de no. oper. nunt. Item actio personalis est ita affixa ossibus creditoris, quòd in alium transferri non potest nisi fictione iuris. ff. de peculio, l. quis ergo.

Actio iniuriarum competit ei qui iniuriam passus est, vt not. inst. de iniu. in rubrica, contra eum qui intulit iniuriam, vel inferri procurauit. Instit. eod. titulo. §. non solum. & pulsauit vel verberauit, vel famosum carmen ad alterius contumeliam scripsit, vel quoquo modo iniuria aliquem affecit. Instit. eodem tit. §. iniuria. In qua iudex condemnabit quanti actor iurauerit se nolle illam iniuriam sustinuisse: præmissa tamen iudicis taxatione. Instit. eodem titul. §. pœna. ff. eod. tit. l. constitutionibus. Quidam enim dicunt, quòd iurare debet potius velle de suo perdidisse tantum, vel tantum, quàm talem iniuriam sustinuisse. Et hoc videtur probare Hostien. in Sum. titu. de iniur. & damn. dato. & Specul. eodem tit. Alij dicunt, quòd sufficiat cum iurare sic, quòd nollet lucrari tantum vel tantum pro eo quod talem iniuriam sustineret vel sustinuisset. Primum tamen videtur verius. Et actio iniuriarum ex pacto non nascitur, sed ex contumelia. l. sed si vnius. §. si pactum. ff. eo. tit. & dissimulatione aboletur. l. Nam si quis iniuriam reliquerit, hoc est si statim passus ad animum non reuocauerit: postea ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere. l. non solum. §. j. ff. de iniu. & neque in heredem, neque heredibus datur. l. iniuriarum actio. ff. eodem tit.

Actio inofficiosi testamenti, inofficiosæ dotis vel donationis, vide infrà in ver. Querela.

Actio institoria secundum Azon. datur contra illum qui præposuit aliquem stationi vel negotiationi gerendæ contrahenti bus cum præposito in eam causam in quam præpositus est expressim vel tacite. ff. de instit. act. l. j. & ij. & l. quicunque. §. non tamen. cum ibi not. & dicitur institoria ab institore præposito, quanuis exercitoria nominetur à præponente. institu. quod cum eo. §. exercitoria, & §. seq. Nam institor dictus est ex eo quòd negotio gerendo instet, nec refert an tabernis sit præpositus, vel cuique alteri negotiationi: vt d. l. quicunq;. & l. institor.

Actio legis, vel legis actio, quid esset apud antiquos, exponit eleganter Alciat. in l. pecuniæ verbum. §. actionis. de ver. sig. & Bud. l. iiij. de adopt.

Actio legis Aquiliæ duo continet capita vel tria, licet vnum non



non sit in vsu: vt ff. eod. tit. l. si seruus seruum. §. huius legis. & instit. eodem titulo. Primum caput est de seruis occisis vel quadrupedibus, quæ numero pecudum continentur, vt in l. lege Aquilia. ff. eodem titulo. vbi dicitur de animalibus quę gregatim habentur & pascuntur: sicut oues, capræ, & equi, muli, boues, & asini, & secundum Labeonem sues: sed non canes. Et longè minus bestiæ, vrsi, feræ, & leones, &c. sed elephantes & cameli quasi mixti sunt. Et ideò primo capite eos contineri oportet: quo casu tanti fit condemnatio, quanti plurimi ipsa res valuit anno præterito: vt in dicta l. lege Aquilia. ff. eod. titu. & instit. eod. tit. in princip. Secundum caput in dissuetudinem abiit. Sed tertium caput huius legis est, de eis vulneratis, feris bestiis occisis, cæterísque rebus ruptis, vt veste, vase, & similibus. Quo casu quis condemnatur qui damnum dedit: quanti res fuit triginta diebus retro: rei pretium & valorem æstimando, vt dicta l. si seruus seruum. §. tertio autem capite. & instit. eodem. §. capite tertio. cum §. seq. Et in hac actione, si quis damnum se dedisse inficiatur, id est negat, condemnatur in duplum. ff. eod. l. ij. §. j. dicitur autem lex Aquilia, ab Aquilio plebis tribuno.

Actio mandati directa competit mandatori & eius heredi. ff. eodem titulo. l. si verò. §. fina. & l. si mandato Titij. j. respondo. & §. j. & econtra mandatarium vel procuratorem post mandatum susceptum. ff. eodem. l. si verò non remunerandi. §. j. Et inquantum interest id factum esse quod mandauit: puta mandaui vt fundum emeres: si mea intererat emi, teneberis post mandatum susceptum: tamen si eundem fundum ego ipse emo vel alius mihi: neque interest aliud, cessabit hæc actio, secundum Azonem. ff. eodem titulo. l. si procuratorem. §. mandati actio.

Actio mandati contraria competit mandatario. ff. eodem titul. l. si verò non remunerandi. §. contrario. vel procuratori ad expensas aduersus mandatorem, quatenus fines non est egressus. Si verò aliquid erogauerit vtiliter, in eo non habet mandati iudicium: sed tantum negociorum gestorum, secundum Mar. licet Io. & Accursi. contrà, prout legi. & not. instit. eodem titu. §. is qui. & ff. eodem. l. pro tecum l. sequeni. in princip. & C. de negotiis gestis. l. finali. ia glossa vltima. Si verò mandauerim tibi vt mihi fundum emeres: etiam si nondum pretium solueris: ages mecum mandati: vt suscipiam obliga-

tionem quã teneris venditori. Nam & ego agere possum vt cedas mihi actionem empti. ff. eodem titulo. si mandato meo, primo responso. Competit ergo breuiter actio mandati directa contra illum qui mãdatum suscepit ad impiendum. cum primus cogi non posset quin susciperet mandatum: in quantum interfuit mandatoris factum fuisse quod mandatur. Et rursus ipsi mandatario, qui mandatum suscepit, competit actio mandati contraria ad impensas si quas fecit ratione mãdati suscepti, si fines mandati non excessit. Sed si mandati fines excessisset in expensis factis, non reperet ipsas per huiusmodi actionem.

Actio natiua quæ, vide actionum xiij. species infrà.

Actio negatoria. Require suprà actio confessoria.

Actio negotiorum gestorum duplex est: scilicet, directa, & contraria: Vnde negotiorum gestorum directa est qua agit dominus rei gestæ contra eum, qui negotia eius gessit, vt administrationis rationem reddat, vt puta, si ego fui absens, & negotia mea cœperunt esse deserta, & malè se habebant: tu hoc videns absque mandato à me recepto mei contemplatione ex amicitia quam in me habes, gerebas negotia mea: mihi datur actio negotiorum gestorum directa, ad hoc vt reddas mihi rationem administrationis, vt ff. de negot. gest. l. ij. & Institut. de obli. quæ ex quasi contrac. nascun. §. j. & § sicut.

Actio negotiorum gestorum contraria competit illi qui sine mandato se immiscuit alienis negotiis gerendis aduersus dominum negotiorum gestorum ad repetendum expensas negotiorum gestione factas. Et veniunt omnia quæ expendit de suo necessario, vel vtiliter, non tamen voluptuose: & hæc colliguntur ff. eod. titu. l. ij. cum ibi not.

Actio noxalis secundum Azonẽ dicitur actio quæ nascitur vel oritur ex delictis seruorum. ff. eodem titul. l. j. & Institut. eod. tit. in princip. Dicitur noxalis, à noxia: quod significat ipsum delictum: vel à noxa, quod dicitur ipse delinquens. Versus,

Noxia delictum: delinquens noxa vocatur.

Actio Pauliana, vide suprà Actio Fabiana.

Actio personalis require infrà in ver. Actionum quædam.

Actio pignoratitia directa, competit, debitori contra creditorem. Institu. quibus modis re contrah. oblig. §. fina. vel contra eius tutorem, vel curatorem, si pignora acceperunt. ff. eodem titu. l. solutum. §. fina. & habet locum soluto debito, vel



vel aliter satisfacto, quemadmodum voluit creditor, licet non sit solutum: vt si pignora alia data sint creditori, vt à primis recedat, vel fideiussores siue res aliæ, vel pretium: vel etiam nuda conuentio sine pretio vel pacto. Quoties enim vult creditor recedere à pignore, videtur satisfactum, si vt ipse velit, vel voluit cautum est: licet in hoc deceptus sit sui facilitate, secũdum Azonem. vt ff. eodem titul. l. si rem. §. omnis. & l. si necessarias. §. si vsus.

Actio pignoratitia cõtraria datur creditori contra debitorem & datur ad multa. Si enim decipiatur à debitore, vel ipsa re, vel eius proposito: quia obligauit ei rem alienam vel alij pignoratam: tenebitur ei debitor pignoratitia contraria. ff. eodem tit. l. tutor. §. contrariã. iuncta l. si quis in pignore. §. ff. & si debitor malitiosè versatus sit, obligando æs vel stannum pro auro vel argento. ff. eodem titu. l. j. §. si quis. & in §. præalleg. l. si quis in pignore. ij. respon. vel si obligauit seruum per quem damnum datum est: puta furtum vel aliud huiusmodi, & hoc si sciuit tenetur in solidum, id est, in totum, secus si ignorauit: quia tunc liberabitur noxæ deditione: scilicet, dando seruum pro noxa. In his competit hęc actio, secundum Azonem & alios. Hæc probantur. ff. eodẽ tit. l. si seruus pignori. Item secundum Azonem, agit creditor actione pignoratitia si seruos pignoratos artificiis instruxit: si cœperit imbui antequam sibi pignoraretur: vel debitoris voluntate creditor eos instruxit. Sed si nihil horum interfuit, siquidem artificiis necessariis eos instruxit: secundum Azonem, erit actio contraria. ff. eodem titu. l. si seruus.

Actio pignoratia vtilis, secundum Placen. datur ei qui impignorauit rem alienam scie cõsensu domini. & potest dominus pignoris factus esse. ff. eod. titu. ff. rem alienam. & ff. de pignor. l. j. §. j. & l. ff. Titio. cum seq. & tam directa quàm vtilis dantur principali & suis heredibus, & contra heredes creditoris: vt potest probari iusti. de perpet. & tempo. act. §. non autem omnes. & ff. de act. & obli. l. j. §. creditor. & iusti. quib. mo. re. contrah. oblig. §. fin.

Actio popularis est quæ ius suum populo tuetur, & competit vnicuique de populo. De actionibus popularibus vide gloss. rub. ff. eod. tit.

Actio præscriptis verbis ex contractibus innominatis descendit: vbi scilicet, ciuilis causa subest sufficiens ad actionem introducendam: & cùm negotium non cadit in tertium &

speciale nomen contractus, nec causa huiusmodi actionis exprimitur: sed hæ actiones exprimuntur sic, do vt des, facio vt facias, do vt facias, facio vt des. Ex quibus nascitur actio præscriptis verbis nominata, aliàs ciuilis, quando mihi aliquid adest, vel abest, vel absuturum est: nec tibi adest: nec abfuturum est: aut mihi non abest, nec tibi adest: aut si nec tibi adsit, nec mihi absit, & cesses implere quod conuenit inter nos: ego autem si feci, in subsidium intentatur actio de dolo. Nam vbi vnus cessat implere quod in se est, quod promisit altero implere: locũ habet hæc actio.

Actio præscriptis verbis, quibus casibus competat, vide pulchram gloss. in rubr. ff. eod. tit. & in §. actionũ autem. in versi. ex permutatione. instit. de act.

Actio pro socio, quæ ex vtraque parte directa est, competit pro vsufructu, quem solus alter sociorum percepit, vel si dolum commisit in rebus communibus. Nam locum habet, quando duo ineunt contractum societatis. Et si aliquis sociorum malè & dolosè versetur, tunc alteri contra eum datur hæc actio. Nascitur autem hæc actio demum, societate finita, quæ finitur pluribus modis, prout loquitur Azo in Summa eodem titulo.

Actio protutelæ directa competit ei, cuius negotia gessit quispiam quasi tutor, qui tamen tutor non erat. Contraria datur illi qui existimans se tutorem alicuius, tanquam tutor eius negocia gessit, ad repetendum si quid necessariò vel vtiliter in rem pupilli expenderit. l. j. & toto titul. ff. de eo qui pro tutore.

Actio publiciana ex æquitate datur ei qui rem bona fide emit, à non domino: & rem sibi traditam bona fide cepit: credens vendentem tempore venditionis & traditionis dominum esse: & sufficit emptori habuisse bonam fidem, licet venditor malam fidem habuerit: & callido consilio vendiderit, vt ff. eod. l. eum qui. §. prætor ait. Si ergo talis emptor ante cõpletam vsucapionem à possessione cadat, petat rem à possessore iure quasi dominij. Et appellatur actio publiciana, à Publicio auctore, qui eam inuenit. inst. de act. §. aliæ. Ad hoc vt actor obtineat, oportet istum probare iustum titulum, & rem sibi fuisse traditam, & bonam fidem habuisse tẽpore emptionis & venditionis (quod præsumitur nisi contrarium probetur) & quòd credat modo venditorem, vel donatorem tempore contractus dominum non fuisse, aliàs publiciana non competeret.

Permit



Permittitur autem tali venditori, ac si vsu cœpisset vendicare: nisi forte verus dominus possideat, quia exceptio veri domini publicianam excludit. Si autem post vsucapionem à possessione cadat: tunc non competit publiciana: sed ciuilis actio vel rei vendicatio: secundum quosdam vtilis, secundum quosdam directa. ff. de public. l. j. De hac materia vide not. per Ioan. And. de sentent. & rei iudic. cap. abbate sanè. lib. vj. in glos. in verb. dominij, vbi dicitur quòd rei vendicatio & publiciana nõ sunt contraria, sed aduersa: cum ad eũdem finem tendunt, secus cùm tendunt ad fines diuersos.

Actio publiciana rescissoria datur ei, cuius res, quam à non domino emit credens eum dominum vt suprà, vsucapta est, cum absens erat causa reipublicæ, vel studij, vel peregrinationis, vel legationis ciuitatis, vel causa appellationis prosequendæ, vel testimonij ferendi, vel quia in captiuitate fuit, vel alia causa necessaria fuit absens. Licet enim propter necessariam absentiam infra annum postquam reuersus est rescindere vsucapionem, vt dicat aduersarium non vsucepisse, qui vsucepit per auxilium prætoris, hoc auxilium sibi datur. Si autem verè fuit dominus rei, tunc competit ei vendicatio rescissoria. Si verò res talis erat pignori obligata, competit etiam hypothecaria rescissoria, & hoc in realibus actionibus. In actione autem personali conditio rescissoria. De hac materia vide Gulielmum in Specul. de in integr. restit. in tractatu libellorum, super verbo sed scias, & sequẽti. & gloss. prima in verbo dominij vel quasi, circa medium in ca. abbate sanè. de re. iu. libr. vj.

Actio quanto minoris quædam est prætoria, quædam ciuilis. Prætoria locũ habet cùm quis emit animal vel setuum morbosum seu vitiosum, qui propter morbum vel vitium minus valet quàm emptus sit, & datur ad petendum id quod minus valet puta si res non esset vitiosa vel morbosa, valeret viginti: nunc autem valet quindecim, proponitur hæc actio ad petendum quanti minoris interfit emptoris. Hoc autem scias, quòd de vitio nunquam tenetur venditor nisi in tribus casibus. Primus est, quãdo nominatim promisit, & tunc agetur ex stipulatu. Secũdus est, quando sciebat seruũ habere vitium & emptorem non admonuit, & tunc tenetur ex empto, vel quòd redhibeatur, vel quòd admittere teneatur. Tertio, si vero animi sit

admixtum vitium corporis. Datur autem infra annum vtilem. Sed ciuilis actio quanti minoris competit quando librum vel aliam rem vitiosam vel morbosam emit propter quod res minus valet: & agitur quanti minoris esset empturus. De hac actione nihil dicitur in arbore actionum: sed de prætoria solum. vide similiter de hac materia in Speculo tit. de empt. & vendicio. §. nunc dicendum, vers. est & alia actio.

Actio quasi seruiana quæ etiam hypothecaria dicitur, prætoria est, per quam rem mobilem vel immobilē tibi pignori obligatā, quam possidet aliquis, siue sit debitor siue alius, poteris ab eo euocare seu petere, & est actio in rem vtilis, & datur creditori ad persequēdum pignus hypothecamve, vide de hoc instit. de actio. §. quasi seruiana.

Actio quod iussu perpetuo datur contra patrē vel dominum quorum iussu cum filio vel seruo aliquis contraxit, siue distribuatur iussus ad cōtrahentem, siue ad seruum. Nec est in ea opus verbis aut scriptura, vel vt distinguatur secūdum Azonem, an videatur iussus vel iussio specialiter in vno cōtractu an generaliter, ita quōd volens cum seruo meo contrahere id securè possit. Videor enim omnia iussisse nisi lex certa, id est, conditio vel pactum contrarium prohibeat. Habet ergo locum actio quod iussu, quando domino viuente vel patre seruus vel filius contraxit, quia hac dominus vel pater eo quōd iussit tenebitur.

Actio quod metus causa datur ei qui probabili vel iusto metu coactus rem suam vendidit, tradidit vel promisit, aduersus eum qui metum intulit: sed intra annum erit quadrupli propter contumaciam volētis rem restituere iussu iudicis, an re lit. contesta. Post annum vero simpli, vt in l. si cum exceptione. j. responso. & §. post annum. ff. quōd metus cau.

Actio rei vendicationis est quando dicis rem corporalem esse tuam, vt hunc seruum, hunc equū, hanc vestē. Alia dicitur rei vendicatio quā legitæ non habent, quæ datur pro re incorporali, vt not. per doctō. in cap. examinata. de iudic. in antiq.

Actio rescissoria triplex est, vt supra de publiciana rescisso.

Actio redhibitoria datur emptori contra venditorem, vt seruū vel animal morbosum recipiat, & pretium restituat, & datur intra sex menses vtiles, quia hæc actio tantum sex mensibus durat. vt ff. de ædil. edict. l. j. verbi gratia. Si vendis mihi animal morbosum latentem morbum habens, vel aliā rem vitiosam tali vitio, quod

vi



vitium si sciuissem, nullo modo emissem, mihi datur actio contra te, ad hoc quod pretium receptum restituas intra sex menses, & rem tuam morbidam vel vitiosam recipias.

Actio rerum amotarum competit marito aduersus vxorem de rebus constante matrimonio causa diuortij ablatis. Datur autem post diuortium, & continet rei persecutionem. Sed si pendente iudicio redintegretur matrimonium, soluitur iudicium rerum amotarum, si redintegrato matrimonio iterum fiat diuortium, remanebit actio rerum amotarum ob res amotas prioris diuortij causa. Quo autem casu actio furti daretur contra extraneum, eodem casu actio rerum amotarum locum habet, dum modo illa concurrant, scilicet, vt res mariti dolo malo amoueantur, & econtra. Item quod fiat amotio constante matrimonio, vel vt aliquid fiat quod pro amotione habeatur. Item quōd fiat causa diuortij. Datur etiam hæc actio contra patrem filio vel filiæ, quatenus ex ea locupletior est factus, vel de dolo malo eius factum est quominus fieret. De hac materia vide no. per Azonem in Summa, eod. titulo.

Actio rei vxoriæ sublata est: in cuius locum subrogata est actio exstipulatu, quæ datur marito vel eius patri vt dos reddatur. Si enim à datione dos inciperet, hæc actio locum nō haberet, licet quidam dicunt contrarium, vt dicit Azo in Summa, eodem titulo.

Actio reuocatoria datur in eos, quibus alienata fuere bona debitoris in fraudem creditorum. vide suprà, Actio Fabiana, & §. item si quis in fraudem. Institutionum de actionibus.

Actio Seruiana domino fundi vel domus competit ad persequendas res conductoris pro mercede domus quasi pignoratas, quæ quamuis non conuentione pignorentur, tamen iuris constitutione obligantur tacitè pro locatione iure pignoris in vrbanis prædiis inuecta & illata, in rusticis verò prædiis fructus tantum. De hoc vide in paragrapho item Seruiana. Institution. de actionibus.

Actio serui corrupti competit non solùm aduersus eum cuius hortatu vel consilio seruus corruptus vel deterioratus est, sed etiam contra eum noua lex datur qui sollicitauit seruum, licet bonos mores eius

corrump

corrumpere non potuerit. Hęc autem actio in duplum habet condemnationem, scilicet, quanti deterioratus est seruus quantíve res fuerit à seruo sollicitato subtracta, & tenetur qui corrumpit, siue ex bono malum, siue ex malo deteriorem fecerit. De hoc in l. si quis seruo alieno suaserit. C. de fur. vbi casus de hoc.

Actio stricti iuris, requirę infrà actionum quædam, & de except. in cap. cùm venerabilis. vide insti. de actio. §. actionum autem.

Actio subsidiaria dicitur, quia in subsidium & auxilium alterius, quæ inefficax facta est datur, vt si tutor res pupilli alienauerit, vel male administrauerit, & ipse tutor & eius heres sint non soluendo, id est, non sufficientes ad soluendum pupillo, datur actio contra illum ad quem res eius alienatæ sunt.

Actio tributoria datur creditoribus, qui cum seruo aut filiofamilias contraxerunt in merce peculiari, vt distribuatur pro rata crediti inter illos & dominum seu patrem illius cũ quo contraxerunt. §. introduxit. instit. quod cum eo.

Actio tutelæ subsidiaria competit pupillo, quando nec tutor nec heres soluere habet, contra eum cui iura tradita sunt à tutore indẽnitate pupilli, quando vel nullam vel parum idoneam admisit cautionem.

Actio tutelæ directa datur aduersus tutorẽ ipsi pupillo inquantum conuenit si tutor in rebus pupillaribus damnũ dedit dolo vel culpa ipsi pupillo.

Actio tutelæ contraria competit tutori aduersus pupillum, si in rem eius aliquid de suo impẽdit, vel pro eo fideiussit, aut rẽ propriam impignorauit, vel obligauit pro pupillo.

Actio venditi competit venditori ad petendum pretium & vsuras extempore moræ. Et si aliquid speciali pacto cõprehenditur, prout is sibi paciscitur, vel inter partes cõuentum est. Et huius contraria est actio empti, quam vide suprà.

Actio vi bonorum raptorum de rebus mobilibus vi surreptis datur, & cui res mobiles per violẽtiam sunt ablatæ, & competit restitutio infra annum ad quadruplum, ita quòd in quadruplo contineatur ei restitutio, & hæc est vis ablatiua.

Actio vtilis, vide suprà Actio directa.

Actionum quædam sunt in rem, & quædam in personam. Actio in rem dicitur vendicatio rei: quando, scilicet, dicit aliquis rem de qua agitur, esse suam, & aduersarius dicit contrariũ. Quando ergo petis rem aliquã, vt tuam rei vendicatione, tunc



tunc agis actione in rẽ. Actio verò in personam cum petis ab aduersario aliquid tibi dari vel fieri. Item actiones quædã bonæfidei dicuntur, quædam stricti iuris. Actiones bonæ fidei dicuntur, non ideo quia in eis debetur seruari bona fides: quia etiam bona fides seruatur in actionibus stricti iuris, sed dicuntur bonæ fidei ideo quia maximè exuberare debet bona fides inter contrahentes in eis: & vltra id etiam veniunt omnia accessoria, & ea, de quibus nihil est cogitatum, vt in actione empti, vel venditi venit etiam id quod expresse non est actum, videlicet à tempore moræ qui alteri nõ reddit illud ad quod tenetur de natura contractus, veniunt etiam damna, & interesse quæ debẽt restitui, & sic in eis multum exuberat officium iudicis pinguius, quàm in actione stricti iuris. Sunt autem actiones bonæfidei xvij. quæ enumerantur instit. de actio. §. actionum. & ponuntur in glo. de except. capit. cum venerabilis. in verb. bonæfidei. Aliæ verò dicuntur actiones stricti iuris: vt actio ex mutuo, ex stipulatu, ex arbitrio, & consimiles. Et in istis non venit accessorium: nec ea de quibus non est cogitatum: vt not. Bern. in glos. præallega. Nec in his à tempore moræ qui alteri non reddit illud ad quod tenetur de natura contractus, veniunt damna & interesse quæ debent restitui. Item actionum realium aliæ cõpetunt pro rebus corporeis, & sic habet locum rei vendicatio. Aliæ pro incorporalibus & pro seruitutibus acquirendis seruiendi & patiendi, & sic competunt duæ actiones, quarum vna vocatur confessoria, alia negatoria. Itẽ nota quòd actiones personales vsque ad metas xxx. annorum extenduntur, vt C. de constit. pecun. l. ij. & C. de præscrip. xxx. anno. l. sicut. Reales autem vsque ad metas quadraginta annorum, vt C. de luit. pign. l. ij. & in glos. in verb. actione submota. Est ergo (vt clarius dicatur) actio realis, quæ obligatũ eum contra quem dirigitur, non supponit, sed ideo competit, quia quis contendit restituere contra quem talis actio dirigitur, verbi gratia, Intrasti domum meam violenter, ego peto possessionem meam quam occupas, tu nullo iure mihi obligatus es, nec aliquid mihi promisisti, nec tecum contraxi, sed tantum te conuenio quia res mea apud te est. Sed personalis actio præsupponit debitorem contra quem dirigitur, obligatum esse ex contractu vel maleficio, seu ex variis casarũ figuris. Et ista datur etiam ad rem, sed præsupponit obligation

gationem personæ, vt vendidisti mihi librum, vel locasti mihi domum, tu mihi obligaris ex contractu, licet agam ad rem, scilicet, librū vel domum.

Actionum aliæ sunt particulares, aliæ vniuersales. Particulares dicuntur quæ dantur ad res particulares, vel singulares, non autem ad id quod est vniuersum vel generale, vt si peto vestem, & ago rei vendicatione, vel alia actione particulari, seu peto decem quæ tibi mutuaui. Harum autē actionum aliæ dicuntur reales, vt quia competunt ad rem, & non dicunt personam obligatam. Aliquæ verò dicuntur personales, quia non ad rem, sed in personam diriguntur, vt si ago ex empto, vel actione ex mutuo, dico enim personam obligatam, & nō rem nec pecuniam, persequere latiùs vt institu. de actio. in princip. Actiones vniuersales (dicit Innocen. in cap. conquerente. de offic. ordina.) sunt quatuor, quæ omnes competunt pro hereditate tantum, cuius nomine comprehēditur vniuersum ius defuncti. l. nihil aliud. ff. de verborum signific. Sunt autem istæ, petitio hereditatis, familiæ erciscundæ, actio ex testamento, quę datur pro hereditate ex trebelliano restituenda, & actio ex empto quæ datur quoties tota hereditas emitur: & licet ibi dicat Innocen. quòd sunt quatuor, intellige de istis de quibus iura faciunt mentionem apertè, sed multæ aliæ possunt dici vniuersales ad similitudinem harum quatuor, vt quando petitur villa seu castrum, vt sentit idem Innocent. in cap. cùm ad sedem. de restitut. spoliat. & clariùs per Bartol. in l. j. ff. de eden. Item quando petitur ecclesia cum pertinentiis suis, vt est glos. in cap. significantibus. de libel. oblat. & Innocen. in d. cap. cùm ad sedem. & in capit. eam te. de rescrip. Vel dic melius secundum Bart. in d. l. j. ff. de eden. quòd actio vniuersalis potest intelligi quando datur ad aliquid quod de sua significatione multa in se vniuersaliter cōtinet, siue sit vniuersitas iuris, vt hereditas vel bonor. possef. & similia. siue sit vniuersitas facti, vt peculium, de quo tamen dicendum est, vt l. iiij. ff. de pecul. Actio verò generalis ex eo dicitur, vt dicitur in dicto cap. conquerēte. quia competit ad id quod sub se continet plura capitula, non tamen vniuersum, vt est actio negotiorum gestorum, tutelæ, &c. Nam multa potuit habere defunctus, quæ non peruenerunt ad filium, sed cōtinet sub se multa capitula, vt administrationem frumēti, vini, olei, & similium, secus autem si ex se & ex proprio significato nō continet



continet plura, seu vniuersitatem, tunc enim licet petantur plura bona, non tamen dicitur petitio vniuersalis vel generalis. vide Panorm. in dicto cap. significantibus. num. 18.

Actionum xiij. species enumerat glos. in §. sunt præterea. Instit. de actioni. quibus adde, actionum alias esse natiuas, alias datiuas. Natiuæ sunt quæ habent materiam sufficientem præexistētem, à qua oriantur. Datiuæ verò quę eiusmodi materia carēt, quod declarat Bar. in l. iuris gētium. §. j. ff. de pact. præterea actiones quædam criminales sunt, quædam ciuiles, de quibus infrà in verbo, iudicia priuata.

Actiones ciuiles quæ sunt, & quot: require in Specu. titu. de actione. §. postremo. Et nota quod quandoque distinguitur actio ciuilis contra criminalē: & tunc idē est, quod actio intentata pro aliquo interesse. Quandoque distinguitur contra prætoriam, & tunc idem est quod actio descendens ex aliqua parte iuris ciuilis, veluti l. senatusconsulto, constitutionibus Imperatorū, secundum gl. Instit. de perp. & temp. actio. in prin. Prætoria autem dicitur, vt infrà actiones prætoriæ.

Actiones ex contractu, sunt de actionibus in personam, instit. de actio. §. j. quæ nascuntur ex pacto, siue obligatio surgit ex re: vt condictio certi, de numerata pecunia. cōdictio certitudinaria, condictio ob causam, actio commodati, depositi, pignoratitia: de quibus omnibus suo loco dicemus, siue etiam consurgit obligatio ex verbis, sicut in actione ex stipulatu, quando res incerta in stipulationibus deducta est. Siue etiā oriatur obligatio ex literis, de quibus condictio odio desidiæ datur in eum qui eum spe futuræ numerationis scribit se debere quod ei nō est numeratū. Numeratione autē non secuta intra biennium, non repetit chirographū. Et est introducta & exclusa exceptione non numeratæ pecunię, cum minimè cogatur soluere quod scripsit se habere quod non habuit. Siue etiam oriatur obligatio ex consensu, veluti empti, venditi, locati, conducti, pro socio, mandati, præscriptis verbis, & actio constitutæ pecuniæ, necnon actio in factum de iureiur. Et de his actionibus in propriis locis secundum ordinem patebit. Et istæ sunt species actionū in personam, quæ oriuntur ex cōtractu siue re, verbis, literis, aut cōsensu obligatio oriatur, de quibus vide ff. de action. & oblig. l. j. & ij. & instit. de oblig. §. j. cum §. & titu. sequen. vsque ad tit. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur.

Actiones ex quasi contractu sunt de

de actionibus in personam. instítut. de actio. §. j. cum ibi nota. quæ neque ex pacto, neque ex maleficio oriuntur, sed tamen maiorem habent conuenientiam & affinitatem cum pactis, quàm cum maleficiis. De his actionibus videndum ff. de action. & obligatio. l. ex maleficiis. §. si quis absentis. & §. sequen. & instítut. de obligatio. quæ ex quasi contra. nasc. & de singulis exposuimus nominatim suprà suis locis.

Actiones vel obligationes ex maleficio sunt actiones in personam. instítut. de actio. §. primo, cum ibi notatis. Quibus delicta hominum coercentur, quod publicæ vtilitatis interest. ff. de fideiusso. l. si à reo. §. fina. & ff. ad legem Aquiliam. Lita vulneratus. cum similibus, vt est condictio rei furtiuæ, actio arborum furtim exsarum, actio furti, actio vi bonorum raptorum, actio legis Aquiliæ, actio iniuriarum, quod metus causa, de dolo, actio serui corrupti, actio rerum amotarum, condictio ob turpem causam, interdictum vnde vi, interdictum quod vi aut clam, interdictum de libero homine exhibendo, de vxore ducenda, de liberis exhibendis, interdictum quorum legatorum, interdictum prohibitorium, ne quid in flumine ripáve publica, interdictum de itinere actúque priuato. De quibus omnibus require in litera L, loco suo.

Actiones vel obligationes ex quasi maleficio sunt actiones in personam, instítut. de action. §. j. quæ neque ad pacta accedunt, neque ad maleficia, sunt tamen similiores maleficiis quàm pactis: vt actio in factum aduersus iudicem qui litem suam facit, & actio in factum de ciectis & effusis. Et actio in factum de dolo & furto eorum qui ministerium cauponum, aut stabulariorum, aut nauem exercent. ff. de actio. & obligatio. l. ex maleficiis. §. si iudex. vsque ad finem. & instit. de obliga. quæ ex quasi malefic. nasc. per totum.

Actiones hereditariæ dicuntur quæ transeunt ad heredes, vel cõtra heredes, secundum Azonem. Item quæ ab heredibus incipiunt vel contra heredes. ff. de action. & obligatio. hereditariarum. Vt autẽ plenè sciatur quæ transeunt ad heredes, vel non, distingue, aut nascitur actio ex maleficio, vel quasi, aut ex cõtractu vel quasi, prout persequitur Azo in Sum. eo. tit. & secundũ Placen. in Sum. sua, eod. titu. Hæ actiones competunt his qui succedunt in ius, & non his qui succedunt in rem, vt donatarij vel legatarij.

Actiones



Actiones interrogatoriæ ad quid intentatentur olim, vide gloss. in rubr. ff. de interrog. act.

Actiones mistæ dicuntur actio familiæ erciscundæ, actio communis diuidundo, & finium regũdorum. §. quædam. instítut. de actio. At quare appellentur mistæ, & quid differant ab actionibus personalibus in rem scriptis: declarat ibi Ias. & in §. j. eodem titulo.

Actiones personales in rem scriptæ oriuntur ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi, sicut & merè personales, sed quia comittantur possessores rerum instar realium, ideo in rẽ scriptæ appellatæ sunt. Quæ sint hæ actiones, docet Accur. in l. iij. §. est autem. ff. ad exhi.

Actiones præiudiciales in rẽ esse dicuntur per quas quæritur, an quis liber sit, an libertus, & de partu agnoscendo, vt in §. præiudiciales. instit. de actio. Sed illa per quam quæritur, an aliquis sit liber, partim ciuilẽ causam obtinet, partim prætoriã. Ciuilem autem secundum formam dominij: quia in ea directè agitur, & prætoriam secundum formam & modum petendi, quia tuum à teipso non ab alio petis possessore. Cæteræ verò duæ formam capiunt ex prætoria iurisdictione, & in rem dicuntur esse ad instar actionum de seruitute, quia in hac de iure patronatus in re, in illa de proprietatis iure agitur. Præiudiciales autem dicuntur, quia quemadmodum exceptiones actionibus opponuntur, & ante primam quæstionẽ terminãtur. Si autem quis quærat quare non exceptiones, sed actiones dicantur, illa potest esse causa, quia non est exceptio nisi sit actionis exclusio. Hæ verò præiudiciales nullã actionem excludunt, sed non competere dicuntur, & ideo actiones dicuntur & nõ exceptiones. Præiudiciales actiones pro tanto dici possunt, quòd in ipsis tractatur de magno præiudicio, vel quia quæstioni motæ præiudicant, vt agis contra me & aliquid petis, oppono tibi quæstionem status, dicendo quòd es filius meus, vel seruus in potestate mea constitutus, aut libertus: & sic de consimilibus: & præiudicabit actioni tuæ contra me motæ. Sunt & aliæ in rem actiones in quibus non de dominio, sed de iure pignoris agitur, vt Seruiana & quasi Seruiana. Require loco suo.

Actiones prætoriæ quæ sunt, & quot, require in Specu. titu. de actio. seu pet. propo. §. postremo. Dicuntur autem prætoriæ secundũ Azonem, quia à Prætore sunt inductæ, vt instit. de act. §. in Sum. secundum eũdem.

Actor est qui agit & pulsat alium, rem aliquam ab ipso petens

in iudicio. ff. de iudic.l.in tribus. & ff.fin. regundo. l. indicium. Nam in communibus iudiciis quæritur quis actor sit. Est ergo ille qui suo nomine agit vel qui constituitur ad agendum vel defendẽdum causas vniuersitatis vel alterius. ff.quod cuiusque vniuersi. l. item eorum. §. decuriones. Vel dicitur qui constituitur à tutore vel curatore ante litem contest. C. de procur.l. neque tutores.C.de act.à tuto.seu curato. dan.in rubr. & in nigro, dictus ex eo,quòd tutoris vel curatoris personam agat. Non nunquam actor ponitur pro villico,quem vulgo factorem à faciendo appellamus. l. legata.ff.de legat.j.vnde seruus actor in §.pœna. insti.de iniu. interdum etiã sumitur pro eo, qui aliena bona administrat. l.cum alicui.de neg.gest.

Actuariæ naues,quæ remis aguntur.l.ij. ff. de capti.Bud. in l.j. de exerci.actio.

Actuarij sunt notarij,à quibus acta scribuntur.

Actus est quædam seruitus qua is cui ea debetur, habet ius ꝙ potest per fundum in quo sibi hæc seruitus debetur non solũ ambulare per se,sed etiã iumentum & quadrigã secum ducere.ff. de ser.rust.præd.l.j. ver.actus.& l.inter actũ. & instit.eo.tit. §. actus. Aliter capitur actus pro operatiõe.l. heredes.in fin.ff.de testa.& l.duos. de duob.reis.

Actus legitimi dicuntur omnes quacunque iuris scripti parte inuenti.iuris autem scripti partes sunt sex, videlicet lex, plebiscita,senatusconsulta,decreta principum, responsa prudentium,& magistratuum edicta,vt instit.de iure nat.gen.& ciui.§.constat.& l.ius autem.ff. de iusti.& iur.vide de hac materia Dynum in regula, actus. de regul.iur.in sexto.

## De A ante D.

Ad præpositio composita cum dictionibus à consonante incipientibus, mutat d.in consonantem quæ sequitur.id quod omnes qui de orthographia scribunt,annotauere: vt accurro,quod ex ad & curro componitur:affligo ex ad & fligo. In Pandectis tamen quas Florentini ex præda Pisana in archiuo adseruant,semper reperiuntur præpositiones integræ, qd & antiquos obseruasse ex numismatis & monumentis literarum marmoribus incusis,etiam hodie videmus. Itaque in codicibus illis archetypis non legitur ex orthographorum ratione, accrescо,affero, affinis,agnatus, appono, arrogo,asscribo, assentio, assideo, assiduus, astringo,& huiusmodi,sed adcrescо, adfero, adfinis,adnatus,adpono,adrogo, adscribo adsideo, adsiduus, adstringo,hoc est,ad, præpositione integra. Hæc namque omnia & similia(tametsi nõ mutant sensum)retinenda: est tamen antiquorum librorũ maiestas, in libris maximè legũ, qui quo sunt vetustiores, eò habẽtur maioris auctoritatis. Nam si quis per regulas artis grammaticæ conaretur talia castigare,non minus peccaret quàm si pro repetundarum,& finium regundorũ,& de familia erciscunda,& de communi diuidundo contẽderet:scribendum esse repetendarum, & finium regendorum, & familia erciscenda, & commune diuidendum,quòd regulę quæ traduntur à Grammaticis de formatione verborum id fieri debere præcipiãt.Apud antiquos namque gerundia & participia futuri in dus,à verbis tertiæ & quartæ coniugationis inclinata in vndus non in endus desinebant.Plautus in ipso statim initio Amphitrionis:Vtvos in vostris voltis mercimoniis emundis vendundisque, pro emundis & vendẽdis. Permanſit tamen hæc declinandi forma in hoc verbo eo,is,&ab eo compositis,vt eundi eundo eundum,adeundus a,um,præteundus,a,um.Dicimus quoque præesse quempiam iuri dicundo potius, quàm præ esse iuri dicendo.



Ad ponitur pro iuxta.ff.de seruit. vrba.præd.l.quidam Hyberus. Bart.in l. militis codicillis ff. de test.mili.Item pro contra.l. commissa.de publican.Aliquãdo significat post.l.qui duos. de manu.testam.vtrum autem faciat modum an conditionẽ: docet Bart.in l.quibus.§. Termilius.de cond.& demon.De hac dictione not.Archi. de rescriptis. si gratiosè.libro vj. & lxviij.dist. presbyter. Et quomodo differant ad, & in,vide ff.de iniu.l. itẽ apud Labeonẽ. §.conuitiũ.quod nota pro statutis dicentibus q; aliquid fiat ad domum,vel in domo.

Adã nouissimus, id est Christus, vt in clem. de sum.Trinit.c.j.

Addico,is,xi,pro eo quod est adiudico simpliciter accipitur, vt Cice.in Offic.addictus morti dixit pro adiudicatus.Et Horatius in 1.arte.Nulliusaddictꝰ iurare in verba magistri. Aliquando etiam inuenitur pro eo quod est vendo, vt apud Martialem: Addixti Labienæ treisagellos,pro addixisti,hoc est vendidisti. Gellius quoque li.10. Liberos verberari addicique iusserunt ei, cui furatum est. Et est vnum ex verbis tribus quæ Prætori accommodãtur,de quibus intellexit Ouid. in 1.Fastorum scribens:

Ille ne fastus per quem tria verba silentur.Fastus erit per quẽ iure licebit agi.

Erit igitur tunc addicere ex venditione aliquid alicui adiudicare. Apud Iurisconsultos lib. 27. Dig. tit. 2. est, de in diem adiectione: pro eo quod esse debuit de die in diem addictione, quem errorem primus omnium deprehendit, agnouitq; Laurentius Valla. Verbū quoque ipsum nihilominus corruptum cùm aliis in locis, tum in eodem titulo legitur, adiicio videlicet pro addico, vt in l. ij. ff. eod. his verbis. Quoties fundus in diem adiicitur. Et ibidem, res in diem adiecta sit, pro addicitur, & addicta sit, quod in emendationibus libris reperias. Item lib. 40. Dig. titu. de fideicom. liber. sæpe legitur adiicio & adiectio in eadem significatione, sed corruptè pro addico & addictio. in l. iiij. ff. eodem. Ant. Nebr.

Addico, ex ad, & dico, componitur, & est vendere per licitationem, hoc est in venditione publica, vbi alius alio maius pretium pollicetur, vt sibi potius quàm alieri venalia addicantur. Accipitur tamen & pro simpliciter vendere, vt in l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emp. quandoque pro cogere. l. actuarij. C. de erog. milit. an. necnon pro iudicare seu damnare. l. addictos. C. de appellationibus. & dicitur in diem addictio generaliter, quando vendo tibi rem hoc pacto, quod si aliquis in diem talem meliorem conditionem attulerit, sit tibi inempta. Et dicitur melior conditio afferri si aliquid pretio sit additū, vel maturior solutio aut facilior afferatur, vel locus opportunior soluendo pretio adiiciatur, & sic de aliis, vt in titul. ff. de in diem adiec. & ibi per Azonem.

Additamētum est quod pristinis bonis postea accedit. ff. de administratio. tutor. l. quoties. §. constat. & C. in quib. cau. hab. l. fina. & de curat. fur. l. finali. §. tali itaque.

Adducor, id est moueor. de fideicommiss. lib. l. quidam in testamento. §. fin.

Adeo, id est, intantum, media correpta, vt de referi. cùm adeo.

A Deo datus est nomen Dauid Prophetæ, qui datus fuit à Deo ad liberationem Israël.

Adempta legata dicimus illa, quę testator adimit legatario, cui primò legauerit, mutata prima sua voluntate.

Adeptus, id est assecutus cum omni iure. de concess. præb. c. nec captandæ. lib. vj.

Adæratio dicitur quasi æris præstatio, inde adærata prædia dicebantur, ex quibus æs, seu pecunia præstabatur, vt habetur C. de collat. do. l. vnic. lib. x. Nā adærare est ad pretium redigere, siue pretio æstimare.

Adesse aliquando exponitur pro abesse, causa euitandæ contrarietatis. Bartol. in l. quoties. C. de dignit. lib. xij.



Adesse non dicuntur quæ casualiter adsunt. Barto. in l. quæsitū. §. fin. de legat. tertio.

Adhærentes dicuntur hi, qui spōte sunt eiusdem voluntatis, cuius est princeps. capit. ad apostolicæ. de re iudic. in vj.

Adhærētia facit esse eiusdem status eum qui adhæret, & eum cui adhæretur. not. Cardina. in clemen. j. de relig. dom. vbi loquitur de adhærentia.

Adhibere, id est conuocare, seuicare, vt ff. de adopt. l. nam ita. aliquādo, id est præstare. ff. qui satisd. cog. l. de die. §. j. aliquando, id est reiterare. j. quæst. vij. per illicitam. aliquando, id est recipere seu admittere. ff. de testib. l. j. aliquando exponitur, id est hābere. ff. de offic. proco. l. nec quicquam. §. obseruare.

Adiacentes, id est confines, in auth. de sanct. episc. §. si autem.

Adiectiuum appositum inter duo substantiua quid importat, vide Bar. in l. cùm filio, in fi. ff. de lega. j. & si duo adiectiua adiiciantur vni substantiuo, an requiratur vtriusque concursus. Bartol. in l. qui concubinam. in princip. ff. de lega. iij. vide Alb. in suo dict. in verb. adiectiuū.

Adigere, id est compellere. ff. de in ius voc. l. adoptiuum.

Adimatur, id est pro non dato habeatur. ff. de adem. lib. l. vna.

Ad instantiam, istæ dictiones sonant sicut si diceretur, ad petitionem, seu preces talis. vide Fel. in cap. cùm M. Ferrar. vers. not. ij. de constitut.

Ad instar, de hac dictione vide C. vnde vi. l. si de possessione. & de epis. & cle. l. omnia priuilegia. de exercito. l. vlt. ff. de public. l. eum qui. §. publiciana. C. de liber. exhiben. l. si ad instar. & de sponsal. c. ij. & de præbend. cap. dudum. circa finem. lib. vj.

Adire hereditatē, nihil aliud est, quàm velle eam habere. Nam adire non tam facti est, quàm animi, imo in nuda & sola voluntate consistit. Nam hoc animo debet esse vt velit esse heres. §. fina. vbi vide institut. de hered. qualit. & differ.

Aditus domus est anterior pars, siue introitus. ff. de vsufru. l. æquissimum. §. sed si ædium.

Adiudicare, vide abiudicare.

Adiutor idem est quod actor. institut. de cura. §. fin. & ff. de tutel. l. solet. quandoque pro scrinario ponitur. C. de numera. l. nulli. libro duodecimo.

Adiutor laborum, id est ordo. C. de offic. magi. offic. l. j.

Adminicula dicuntur vehementia indicia. ca. cùm dilectus. de succes. ab intesta. aliter accipiuntur in l. j. ff. si vsusfruc. pet. & l. ij. C. de constit. pec.

Administrator, qui res alterius administrat: vnde administratores reipu. quod rectè Accurs. declarat in rubr. C. de admini.

reipub. libr. xij. at administratores serui dicuntur qui ministrant domino in mẽsa, secundum Alciat. in cõ. de verbor. signific. l. in lege.

Admittere, est recipere, vt ff. de inof. test. l. Papinianus. §. si quis impuberi. Quandoque significat delinquere. l. spurij. ff. de decurionib.

Admodum, id est valde, penultima correpta. ff. quod cuiusque vniuersi. l. j. in princip. aliquando profertur accentu acuto, & tunc exponitur admodum, id est necessitatem. de vsufruct. l. item si fundi. in fi.

Adnotare, id est reprehendere. ff. solut. matr. l. si verò. §. de viro. & de legat. ij. l. debitor. aliquando ponitur pro notare. ff. de inof. testam. l. cùm mater.

Adnotatio dicitur, quæ fit proprio motu principis, vt not. C. de pala. sac. lar. l. non aliter. Vel adnotatio est rescriptum principis, paucis adhibitis factum. C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus. Quãdoque dicitur adnotatio actus, qui sine testibus expeditur. C. de probat. l. instrumenta. in glos. j. aliquando adnotatio est scriptura facta propria manu principis. C. de precib. imper. offer. l. j.

Adolescens propriè dicitur quis quãdo excessit pubertatẽ. text. in l. aurelio. §. j. ff. de liber. lega.

Adoptio est gratuita quædã electio, qua quis aliquem sibi elegit in filium, & hoc faciunt plerunque hi qui filios habere nõ possunt ad ipsorum solatium. Et talis qui sic recipitur in filium, dicitur adoptiuus. Et ille qui sic eũ adoptat, dicitur adoptiuus pater. Et quæ sit differentia inter adoptionem & arrogationem: vide infrà arrogare. & insti. de adop. in princ.

Adoptiuus filius est, quẽ aliquis adoptat, vel accepit datum à patre. Et econtra pater adoptiuus est, qui filium adoptat. instit. de adoptio. §. j. & ij.

Adpromissor appellatur qui promissioni alterius accedit, hoc est fideiussor. l. v. §. satis acceptio. de verbor. obligat.

Ad quid, id est quare, de censit. peruenit. vel qua de causã.

Adrogare, & adrogatio, adoptare & adoptatio siue adoptio differunt, autore Gellio lib. 5. cap. 19. Noct. attic. vbi ex æquo distinguit adrogationem ab adoptione, nec alteram sub altera cadere putat. Eius verba sunt: Cùm in alienam familiam, inque liberorũ locum extranei sumuntur, aut per Prætorẽ id fit, aut per populum. Quod per Prætorem fit, adoptio dicitur, quod per populum, adrogatio: adoptantur autem cùm à parente in cuius potestate sunt, tertia emãcipatione in iure cedunt, atq; abeo qui adoptat, apud eũ apud quem legis actio est, vindicantur: adrogantur ij, qui



qui cùm sui iuris sint, in alienam sese potestatem tradunt, eiúsque rei ipsi auctores fiunt. Et subdit: Adrogari nõ potest qui iam vesticeps, id est, cùm ad annum duodeuigesimum peruenerit. Adrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienã familiam transitus, per populi rogationem fit. Eius rogationis verba hæc sunt, Velitis, iubeatis Quirites, vti L. Valerius L. Titio tam lege iuréq; filius sibi fiat, quàm si ex eo patre matréque familiàs eius natus esset, vtque ei vitæ necisq; in eum potestas siet, vti patri dofilio est. Hæc ita vti dixi, ita vos Quirites rogo. Modestinus verò lib. j. Dig. tit. de adopt. l. j. adrogationem ab adoptione eo differre putat, quod species distat à suo genere. Adoptionis, inquit, nomen generale est. In duas autem species diuiditur, quarum altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio, quasi velit dicere, adoptio duas habet species, quarũ altera nomine caret, & ex doctrina Aristo. nomine generis appellatur, altera verò est adrogatio. Accursius adrogationem dicit appellari, non quod populus rogaretur, vt scribit Gellius, sed quod adoptator interrogatur an velit eum quẽ adoptat, sibi iustum filium esse, ex eo fortasse deceptus, quod legerat libro primo Institutionum. titu. de adoption. ad rogationem, fieri solitam Imperatoris autoritate, quia lege regia populus ei & in eum omne imperium suum & potestatem cõcessit. l. j. ff. de cõsti. prin. Quod si ita est, non adoptator sed Imperator, qui in locum populi successit, in huiusmodi adrogationibus faciẽdis rogandus est.

Aduena dicitur eo quod aliunde aduenias secundum Isido. lib. x. ætimol.

Aduena dicitur quasi incola. l. pupillus. §. aduena. ff. de verb. significa. differunt tamen, vt ibi Alcia. annotauit, siquidem incola fixit pedem, domicilium que constituit: aduena non. Vnde traditum est populi appellatione non aduenas, sed incolas tantum contineri: vt tradit Fel. in c. Rodulp. de reser.

Aduentitium peculium. vide infrà in ver. Peculium.

Aduerbium quandoque resoluitur in suum nomen, & relatiuum quod, & verbum est, vt de acquirenda possessio. l. j. §. sed furiosus. Vtrum autẽ aduerbiũ inducat conditionẽ an modũ. plenè Bart. in l. j. de cond. & de.

Aduersaria dicta sunt quæ raptim & tumultuariè scribuntur, ne, scilicet, memoriæ excidant, vt deinde plenius diligentiúsque cum vacauerit rescribantur.

Aduersarius plerunque sumitur pro eo, q aduersus nos litigat:

aliquando tamen ponitur pro eius procuratore vel aduocato. vt ff. de calumn. l. j. §. ij. sed aduersarius principalis est inimicus. extrà, vt lit. non conte. cap. accedens. el ij.

Aduersus, id est contra. l. non solùm. §. fin. de iniur.

Adulatio est blandus sermo. xiij. distinct. cap. vlti. ff. si quis alit. est. prohib. l. vlt. Item adulari dicitur quis tribus modis. glo. in cap. vnum. in fi. in ver. adulari. xxv. distinct.

Adulter dicitur qui alterius nuptias violat.

Adulterari rationes dixit Iurisconsi. in l. j. de ser. corrup. id est, conturbari vel falso describi.

Adulterina scientia dicitur falsa: vt in procœ. Dig. §. discipuli igitur. & adulterina moneta, id est falsa. C. de falsa mone. l. ij.

Adulterium est illicitus coitus cũ vxore sponsáve aliena perpetratus. Et dicitur adulteriũ, quasi transitus ad alterius thorum: vel ad alterum. Illud certè non est adulterium quo maritus alicuius aliam solutã cognouit: idem & si coniugatam: nam & tunc nõ iudicatur adulterium, quia ab vxore discedit scilicet, quia cognita est vox alterius. Inter adulterium autem & stuprum hoc interest, quòd adulterium propriè in nupta committitur, stuprum in vidua vel virgine, seu qualibet alia muliere, quæ corpore quę stum non faciat. itẽ & in puero. l. inter stuprum. de verb. sig. & l. inter. §. stuprum. de adulte. Item secundum Lud. de Rom. pro adulterio statutæ sunt quatuor pœnæ de iure hodierno: prima est, separatio thori: secunda est pœna detrusionis in monasterium, vt ibi lachrimis lauet peccatũ, quod est pudor fateri: tertia est, quòd scinduntur in pannis & capillis ante & retro: quarta est, excommunicatio, licet pœna adulterij de iure ciuili sit pœna capitis, vt ff. ad leg. iul. de adult. l. quanuis coercẽdæ, scilicet C. eo. Paduæ est pœna lx. ducatorum, & hoc in viro, sed in muliere est pœna detrusionis in claustrum: vt not. in l. manci. C. de ser. fug.

Adulterinæ res dicitur, quæ non est legitima, sed supposititia: vnde filij adulterini dicti, ex adulterio concepti. Hinc adulterinæ literæ apud Apuleium libr. 4. de asino aureo. & adulterina clauis apud Salustium, & adulterina signa vocat Festus Pomp. li. j. quæ sunt alienis annulis facta. Ipse quoq; annulus quo signa imprimũtur, adulterinus dici potest. vt li. xlviij. ff. tit. ad leg. Corn. de falsi. legib. l. lege Cornel. vbi Modestinus ait, Qui signum adulterinum fecerit, vel exculpserit. Aphricanus quoque in eodem titu. l. si quis. Quòd si testamentum, inquit, adulterinum non esset.

In eodem quoque quadragesimo octauo libro, tit. ad legem Iul. pecul. sacrilegij. Vlpianus ait, Non videtur adulterinam monetam exercuisse. Anton. Nebris.

Adulterinus dicitur qui de adulterio cõceptus, seu genitus est, vnde adulterina moneta, vel sigillum, dicitur falsa moneta, vel falsum sigillum, ad instar veræ vel veri facta sigillum.

Adultus dicitur, qui xxv. annum complenit, vel qui à xiiij. annis vsque ad xxv. procedit. Nã adolere in vno significato est crescere, in alio cremare, vel vrere. Et adolescens dicitur tribus modis, vt not. Archi. xxvj. quæst. viij. alligant.

Aduocatus est qui alterius nomine quasi legatus, seu patronus vocatur, qui in forensibus, seu extraneis negotiis præeminentibus præbet litigantibus suum patrocinium, cuius pretium honorarium vocatur, sub antiquo nomine. Et inde venit verbum aduocare, quod est postulare pro opponente, & desiderium eius coram iudice exponere, & patrocinium in causa præstare. Et propriè appellatione aduocatorum qui contineantur, vide l. j. §. aduocatos. de va. & extraor. cogn.

Aduocatus fisci dicitur qui patrocinium præstatur in causa fisci.

De A, ante I, vide infrà, in litera I.



## De A ante E.

Aedicula pro parua æde, hoc est, templo paruo accipitur. Nam ædes, is, in numero singulari semper accipitur pro templo, vnde semper adiũgitur illi cui Deo sacrata est atque dedicata, vt ædes Iouis, ædes Castoris, ædes Concordiæ. Dicitur quoque ædes sacra. Aedes, diũ, in numero multitudinis significat domum priuatam, caret-que numero singulari. ab æde igitur sacra fit ædicula, pro alicuius Dei tẽplo paruo, vt Plin. lib. 35. Supra ædiculam, inquit, iuuentutis: hoc est, Deæ præsidis iuuẽtę ætatis. Iurisconsul. lib. xlviij. Dig. tit. ad legem iuliam peculatus. l. sacrilegij, Qui ædiculas, inquit, incustoditas tentauerint. Quòd si ædiculę non essent sacrę, tentare illas non esset sacrilegiũ, atque ex consequenti ad legem peculatus non pertineret crimen. Ant. Nebris.

Aestimo, as, pro eo quod est taxare accipitur, verbum frequens in iure, scribiturque per æ diphthongũ, quod ab ære & time, quod est pretium, cõponitur. Sic quoque in Archetypis illis Florẽtinorum Pandectis semper scriptum reperitur: neque scribẽdum extimo, as, id quod in libris recentioribus legitur. Hinc est apud antiquos pœna æstimata, ab ære, inquit Festus

libr.j. quia æstimauerunt eam ære ouem decusse, id est, decē assibus, bouem centusse, id est, centum assibus. Hinc rursus fit æstimatio, æstimator, & æstimatorius. vt Vlpia. libr. xix. digest. tit. de æstim. act.

## De A ante F.

Affatim, id est generaliter, vel abundanter: & sic est media bre uis, sed media longa, id est facundè. Vnde si dicas affatim, tunc significabis abundè, affatim dicens, facundè significabis: vt habetur in cap. vnico. §. cunctos. de relig. dom. lib. vj. in glos. affatim.

Affatus. i. rescripta quæ tardè conceduntur per Imperatorem. C. de episc. aud. l. iij. in glos. C. de diuers. rescrip. l. sacri affatus.

Afficere tria significat. Vnde afficit, affirmat, punit, cupit, hæc tria signat. Item dicitur affectus non sufficit, nisi sequatur effectus: vbi ex necessitate opus est facto: vt ca. vlt. de spons. & de eo qui mit. in poss. ca. j.

Afficere lucro, est lucrum afferre. de diuor. l. si filia. ff.

Afflictus penes vulgare Lombardorum & Thuscanorum secundum Petrum de Sam. & Abb. dicitur census qui datur ratione prædiorum conductorum, prout videtur velle in Spec. de loca. & conduct. §. sequitur. in princip. inde affictare: & est locare ad fictum & ad firmum, vt in cap. Pisanis. de resti. spol.

Affidare, id est fidem dare alicui super aliquo facto c. super eo. ij. de testi. & ibi Abb. in j. nota. vide tex. in c. fi. in verbo & se affidatam. de cogn. spirit.

Nebr. Affinis est qui habet consanguineam alterius in vxorem, vel econtra quæ habet consanguineum alterius in maritum.

Adde quòd aliquando affines vocamus consanguinitate coniunctos. l. si mulier. de donat. inter vir. & vxo. & similiter affinitatem, cōsanguinitatem. c. hęc salubriter. xxxv. q. viij. Et tradunt Archid. Ioan. And. & Dominic. in cap. primo. de sponsal. libro. sexto.

Affinitas est proximitas personarum ex coitu proueniens, omni carens parentela, & hoc de iure canonico, & sic contrahitur affinitas, tam per coitum legitimum, quàm per fornicarium. Similiter dicit Goffred. affinitas est attinentia personarum ex copula proueniens. Nā quando vir carnaliter coniungitur vxori, omnes consanguinei vxoris efficiuntur affines viro, & econtrà: sed inter cognatos vtriusque nulla nascitur attinentia. de consan. & affin. c. quod super his. & impedit matrimoniū contrahendum, & dirimit iam contractum. Dicuntur autem affines quasi ad alterius fines accedentes, vel affines quasi propinqui: vel



vel ex eo quòd duæ cognationes quæ inter se diuersæ sunt propter nuptias vel coitum copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, secundum Hostiens. Sed secundum leges affinitas est regularitas personarum ex nuptiis coniunctarum, omni carens parentela, vt C. de nupt. l. liberti. Et tamen secundum glos. l. contrahitur etiam affinitas per concubinam. vt xxxv. quæst. ij. cap. de incest. & ibi not. & ff. de concubi. l. j. Etiam per coitum incestuosum vel fornicarium, vt in ca. discretionem. & c. tuæ de eo qui cognouit consang. vxoris suæ. & xxxv. quæstio. ij. nec eam, alij tamen reputant absurdum quod tale vinculum legitimū oriatur ex coitu damnato, cum ex nuptiis proueniat. ff. de grad. l. non facile. §. affines. & §. sciendum. Oritur tamen publicæ honestatis iustitia, secundum Goffre. in titu. de eo qui cognouit consan. vx. Agaso dicitur custos equorum, suæ. Vbi dicit etiam quòd affinitas per fornicarium coitum contracta non dirimit matrimonium, sed exactionem debiti interdicit, vt in dicto capit. discretionem. Quot sunt autē genera affinitatis, & qualiter ipsa genera affinitatis insurgunt: item vsque ad quem gradum in singulis generibus prohibeatur: vide plenius per Hostiens. in Summa, eodem tit.

Affirmatio exponitur quandoque per negatiuam vt in cap. licet. de testi. vbi dicitur, in ore duorum vel trium, scilicet & non paucorum, quandoque econuerso, vt distinctio. j. cap. ij. vbi dicitur, transire per agrum alienum fas est, ius non est: iure autem naturæ omnia sunt communia. cap. quo iure. viij. distin. adde quòd affirmatiua prægnans parit negatiuam, secundum Bar. in l. fi. C. de here. inst. Item adde quòd affirmatiuè deponentib⁹ plus creditur quā negatiuè. ff. de arbitr. l. dura proferre. §. si plures. & ibi glos. & not. etiam per Ioānem And. cap. j. de rescrip. lib. vj.

Affligere pro afficere. l. ij. C. de lo. Aquil.

Affluere, id est, affluentiā habere. C. de metal. & met. l. j. lib. xj.

## De A ante G.

Agapeæ, distinct. xlij. si quis. dicūtur conuiuium pauperum.

propriè tamen dicitur custos, vel pastor asinorū, iuxta illud, asinorū pastor agaso: habetur l. agaso. ff. si quadr. paup. fe. dic.

Agentes in rebus sunt illi, quibus cura euectionum mandatur, & erant olim plures diuersi dignitatis per certos numeros, & quilibet numerus habebat præpositum. C. de offic. magi. offi. l. j. & tales dicebantur principes. de prin. ag. in reb.

Ager

Ager appellatur area, vel campus in rure, vel locus, scilicet vacuus, qui sine villa est, vt in l. ager.ff.de verb.signifi. sed ager cum ædificio appellatur fundus vel prædium vrbanum: & ager nudus vel area nuda, sine ædificio dicitur rusticum prædium, vel ager rusticus.

Ager assignatus siue limitatus appellabatur qui certis limitibus inter veteranos diuidebatur. l. in agris. de acquir. rer. dom.

Ager Dominicus, est ordo monachorum nigrorum, in clem. ne in agro. de stat. reg. & vide ibi not. per Ioan. And.

Ager emphyteuticus, hoc est, in emphyteusim datus.

Ager vectigalis, respice infrà vectigalis.

Agelli, parui agri, extrà de pecu. clc. cap. vltimo.

Agere est generale ad omnia quę fiunt tam re, quàm verbis, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. l. Labeo. de verb. signif. Nam faciens testamentum dicitur agere sicut & emens, vendens, locans, &c. Sed gerere cõprehendit tantum illud quod fit re, & non verbis, & sic faciés testamentum non dicitur gerere. ff. de verbo. signif. l. verba contraxerunt.

Agere plerunque sumitur pro eo quod est iudicio persequi: vt agere furti, agere interdicto, hoc est actionem furti, vel interdictum intentare. Agi quoque animalia dicuntur. l. ferri. de verbor. signif.

Aggeres dicũtur munitiones quę fiunt iuxta ripam fluminis, ne flumen excrescens fluat per limites, & sic in rub. de Nili ag. non rump. Bar. in l. fi. de immuni. nemi. conced. lib. x. C.

Aggregetur, expone, vt C. vbi quis de curia. cond. l. j. in fi.

Agitata res dicitur perfecta, extrà de offic. deleg. cum super.

Agitator, id est auriga, C. de malefic. l. vlt. aliquando dicitur agitator equorum vel aliorum animalium. ff. de his qui not. infam. l. athletas. in prin. quandoque agitator, id est, aduocatus qui causas agit. C. de aduo. fis. l. j. aliquando, id est discussor. vt extrà de testi. cũ à nobis.

Agitatores, inquit Alciat. in l. ij. C. de spect. lib. xj. erant aurigæ, qui in Circensibus ludis curuli certamine se exercebant.

Agmen aliquando dicitur multitudo militum, vt C. de Iustin. Cod. con. circa princi. Aliquando dicitur officiũ. C. de aduoc. diuer. l. penult. in glos.

Agnati dicuntur filij post testamẽtum primum nascentes: quandoque significat agnatũ fieri. l. qui in adoptionem. de adopt.

Agnati dicũtur qui per virilis sexus lineam coniuncti sunt in consanguinitate, ideo sic dicti ꝙ accedunt, & quasi adnascuntur pro natis, dum s. desunt.

Agnus, pro fœtu ouis, dictio græca est, significatque purum siue castum, dictúsque est agnus ꝙ ea sit hostia pura & immaculata. Varro tamen de lingua latina, agnum putat ab eo dictum, quod sit pecori agnatus. Paulus libro trigesimo secundo Digestorum, qui est de legatis tertius. l. cùm quęreretur, agni, inquit, legati quatenus viderentur, quidam aiebant agnum sex tantũ mensium esse. Sed eos legatos qui minores essent anniculis. Hinc pelles agninæ dictæ, vt apud Vlpianum lib. xxxiij. Digestorum, de auro & argento legato. l. vestis. Pelles, inquit, caprinæ & agninæ. Nebriss.

Agnominatio idem est ꝙ agnomen: quandoque etiam dicitur fœdus coniugale.

Agnoscere exponitur, id est, reddere. ff. de here. vendit. l. ij. §. si quid publici, aliquãdo pro accipere: vnde agnoscere bono. possessionem, & similia.

Agnus dicitur duntaxat sex mensium, agniculus est minor. l. cùm quæreretur. & l. legatis, §. fin. de legat. iij.

Agon est certamen. l. vnic. C. de expen. lud. libr. xj. Inde agonista, qui pugnat vel certat.

Agon agonis græcè, est labor latine, quia qui laborat agit. Vnde Christus dicitur fuisse in agone. inde agri & fundi agonothetici, qui dabantur certantibus in agone, vel cũ agone, id est, labore, vt C. de fund. patron. l. fin. libro xj.

Agon tetraetericus in l. Septitia. de polli. pro ludis qui quarto quoq; anno instaurantur. Bud.

Agonothetæ sunt principes ludi, vt ff. de pollici. l. Septitia.

Agonotheta interpretatur certaminis dispositor, & est qui certantibus proponit præmium quod detur victori. Hiero. pri. in Iouinianum libro. Proponit agonothetes præmium, inuitat ad cursum. Idem ad Lucinium Bæticum, Non est inuidus agonotheta noster, nec alteri palmam, alteri parat ignominiam. Modestinus lib. 50. Dig. de pollicita. l. Septitia. agone, inquit, constituo trietericũ, & sequitur, agonotheta & præfecto ipsi certamini viro meo. Accurs. agonotheta legit, non minus falso interpretamento, quàm falsa lectione.

Agonothesia, agonothetarum munus. l. si filia. §. Neratius. ff. famil. erciscun.

Agraria lex, quæ de agrorum terminis lata est.

Agricola dicitur quasi agrum vel agros colens: & est nomen commune ad omnes agricolas. Sed nomina specialia agricolarum sunt illa, quia agricolarum quidam sunt ascriptitij, quidam censiti, alij perpetui, aliqui coloni conditionales, alij inquilini, alij originarij, alij simpliciter coloni nuncup

nuncupantur,de quibus omnibus infrà locis suis dicitur.

Agricolæ & censiti prout quidam dicunt sunt duo nomina substãtiua per endiadim figuram copulata,vt sit sensus de agricolis & censitis. i. de agricolis censitis, quasi censualibus,& habetur simile.ff. de tut. l. prima.vbi dicitur quod tutela est vis & potestas,& exponitur, id est, violenta potestas, ita exponatur agricolæ & censiti,id est, agricolæ censuales. Dicuntur autem quasi censibus ascripti, & constituuntur eo modo quo ascriptitij. Verumtamen inter censitum &ascriptitium est differentia,sed nõ certa. Quidam dicunt cp censitus sit ille qui nascitur ex ascriptitio. Alij dicunt quòd illa sit differentia, quia censitus est ille qui rei certæ annuatim præstandæ obligatus est. Ascriptitius autem est obligatus ad rem incertam puta ad tertiam vel quartam partem fructuũ ex fundo prouenientium. Aliquãdo tamen etiam censitus capitur largè, vt etiam ascriptitium comprehendat.

Agricolæ perpetui vocabantur illi qui validi erant in corpore miserámque inertiam simulãtes, & ea quæ veris miseris erant assignata ad sustentationem ex publico percipienda diminuentes, quos proditor studiosius etiam diligens detegens ad perpetuum colonatũ redegit si erant liberi. Si verò serui,qui talia fingebant, dominus eis carebat, & proditori assignabantur,licet quidam, dicant quòd hoc sit correctum per authenticam de quæstore, alij tamen dicunt quòd non. De aliis speciebus & differentiis agricolarum inuenies loco suo super verbo,ascriptitius & colonus.

Agrimensor est qui agros mensurat & metitur, & fines per debitam mensuram distinguit, dictus quasi agros metiens: & alibi vocatur libripens, qui si dolosè falsum fecerit vel fines malè distinxerit, tenetur actione in factum, vide de hoc de præscript.c.quia indicante, in glo.agrimensoris.

Agripinensis Colonia, ciuitas est Germaniæ inferioris siue Galliæ Belgicæ autor Ptolemæus. Tempestate nostra Colonia appellatur,de qua Paulus lib.vlti mo dig.tit.de censib. l. vlti.in Germania inferiori Agrippinenses iuris Italici sunt.

Agrippinẽses populi Germaniæ inferioris.l.finali.de censib.

## De A ante L.

Alæ in exercitu, quarum meminit Vlpianus in l. ij.de iis, qui notantur infam. sunt equitum ordines, qui circa legiones dextra leuáque tanquam alæ in auium corporibus locantur.

Alba est vestis sacra. Est & nomen oppidi. vnde Virgilius primo Aeneid.

Albaníque patres,&c.

Et dicitur vrbs alba: vestitur presbyter alba,secundum Ioãnem Andræam, in clementina ne in agro. de statu monachorum.

Albergariæ sunt census seu pactiones quæ debentur pro comestionibus. de hoc per glos. in capitulo præterea. de iure patronatus.

Albagariæ sunt procurationes quas certæ villæ debent dominis suis ad eas venientibus. de rescript.cap.ad audientiam.

Album,tabula erat, in qua iudicũ nomina scribebantur, quod leucoma Græcis dicitur, vt est apud Iulium Pollucem, Plin.in procem.nat.histor. Quid te iudicem facis? cum hanc operã condicerem, non eras in hoc albo.Suetonius in Claudio Cæsare,Iudicum inquit, albo erasit.Idem in Domitiano. Equitem Romanum erasit iudicum albo.Senecali. 5. Epist. Turpes infamésque etiam ad albũ sedentibus exceptiones. Vlpian. lib.iiij.ad edictum,cuius verba transcribuntur in secundum lib.Dig.titu. de eden.l.j.Eum, inquit, edere Labeo ait,qui producat aduersarium suum ad album,& demonstret, quid dictaturus est.Sic enim in Pandect.Florentinorum prototypis legitur,non ad alium.Quo in loco Accur.multa hæsitatione seipsum atque alios torquet.Deprehendit hunc errorẽ primus omnium atque mõstrauit Angelus Politianus,cui sæpè data fuit copia inspiciendi libros illos.



Album prætoris est quædam tabula dealbata quæ ponebatur in curia vel in turri prætoris in loco communi,in quo scribebantur, & ponebãtur nomina vocatorum ad iudicium, & ad cuius instantiam quilibet citatus esset.Et ibi etiã proponebãtur statuta, & edicta prætoris in grossa litera, ita quòd ab omnibus legi possent. Et erat certa pœna contra illum qui delebat istud album, quod modo est sublatum. De hoc in clemen.j.de iudic. in authent. de litigiosis.§. omnem. in Spe. de dolo, & contu. §. restat.in princip.de citatio. §. sequitur. versicul. & nota.Et dicit quòd loco huiusmodi sunt modo quaterni.Qui autẽ corrumpebat vel delebat, puniebatur in quinquaginta aureis,per edictum de albo corrumpend.l. si quis id. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Est album prætoris triplex.Vnum in quo scribuntur edicta Prætoris, vel lex ciuilis, dicta lege si quis. Aliud est in quo scribun

buntur citationes, vt in §. omnem.præall.in auth.de lit.Tertium est,in quo scribuntur nomina decurionum, vt ff. de albo scrib.per totum tit.

Aleator est, qui ludit alea: & ille, qui quasi scholam illam tenet. Vel aleator est qui ludum aleæ consueuit apud se causa sui emolumenti exercere, sicut & in cauponibus dicitur. ff. naut. caup.stab.l.j.§.caupones.

Algidum, oppidū erat trans montes Tusculanos, quindecim millibus passuum ab vrbe Romanunc vrbis tantum vestigia extant.Horat.1. Carm.

Quæcunque aut gelido prominet Algido.

Pomponius de origine iuris.l. necessarium.§. initium. Virgineus,inquit,recens à cede, ma dénsq; adhuc filiæ cruore, ad cōmilitones confugit,qui vniuersi de algido monte, vbi tūc belli gerendi causa legiones erant,relictis ducibus ptistinis signa in auentinum montem transtulerunt. Atqui algidum, vt diximus, oppidum fuit, in cuius agro eo tempore Romanorum exercitus ab æquis cæsus fuerat.Neq; ab algido, sed auecilio monte tunc exercitus Roma venit, vt author est Liuius lib.3. Nebr.

Alias,hæc dictio, significat conditionaliter,quandoque alterationem,vt promittis dare fundum,alias decem nomine pœnæ?ff.de in lit.iur.l.aliàs. vbi re perempta, iuratur, aliàs non, id est si non sit perempta. Secundò, aliàs ponitur pro alio loco.l.adeo.§. insula. ver. quòd si, toto alueo naturali relicto, flumen aliàs fluere cœperit,id est in loco alio.ff.de aequi. rer. domin. Tertiò,id est,alia vice vel alio tempore. vt in l.dicere.§.vnde videdum. ff. de arbi. vbi dicitur,aliàs est agitatum, id est,alia vice vel alia quæstione.Quartò,id est alio casu, vt in l. qui testamento. §. mulier. de testam. vbi mulier in testamento testis esse non potest: id est in alio casu, quàm testamenti.Quintò aliàs, id est alio modo.l.j. §. illud tamen. ff.de aqua quoti. & æsti. Et breuiter hæc dictio aliàs, significat alterationem diuersimodè, sed in casu particulari eo modo tantum,secundum quem subiecta materia declarat,aliàs applicata casui significat alterationem eius quod est in oratione præcedenti.

Alienare est propriè rem aliquam in dominium alterius transferre,inde alienatio est omnis pactio per quam transfertur dominium. de rebus eccles.non alien:cap.nulli.C.de fun.do.l.j. Item alienatio sumitur dupliciter.Vno modo pro dictione significante trānslationem rei vel iuris:vt in l.alienationis. ff. de verb.signific. alio modo sumitur alienatio pro ipso facto quo rei vel iuris fit translatio. Tale enim factum quo fit trās latio est alienatio. Et factum hoc alienatio significat. Nam factis,quandoque sicut verbis declaratur voluntas.in l.de quibus.ff.de leg.Diuersimodè ergo significat,prout ex eius medio & circunstantiis adiacentibus infertur,vt latius ostendit Alcia.in d.l.alienationis.& in l.alienatum.eod.tit.& Ias.in §. irem si quis in fraudem.Instit. de actio.

Alienare causa mutandi iudiciū dicitur qui credens se ab aliquo conueniendum. Quicūq; rem dolo in alium trānsfert,vt iudicium muter & euitet,vt in tit.de alie.iudi.mut.caus.fac.

Alienigena quasi alienæ regionis vel aliena gente natus vel genitus,secundū Isid.lib. x.etym.

Alimentorum appellatione continentur cibaria, calciamenta, vestimenta,& habitatio, vt in l.legatis. ff. de ali.& ciba.leg.

Alimentarius dicitur cui relicta sunt alimenta.

Alioquin est dictio conditionalis.l.si finita.§.ex hoc edicto. ff.de dam.infec.declarat Bart. in l.ij.nu.12.de cond.&demor. vbi latissimè de virtute huius particulæ.

Aliquandiu,id est per aliquantulum tēpus,extra de eo qui mitti.in poss. c.j.Item hæc dictio aliquandiu,recipit moderatio nē ad arbitriū iudicis.ff.de iure delibe.l.j.& not.per Archi. extra de testi.spo.c.ij.lib.vj.

Aliquid,id est aliquantulū. ff. ne quid in flum.pu.l.j.§. sunt.Aliquādo sumitur aliquid pro re singulari & determinata, vt C. de senten.pas.l.si debitor.

Aliquod est signum partitium,& quod vnum est diuidi non potest,extra de præben. c. si pro clericis.lib.vj.

Aliquorum res dicuntur etiam si non sint communes,sed vna vnius,alia alterius.vt ff.de verbor.signi.l.litus.§.fina.

Aliter vide alius.

Alius,ista dictio refertur ad similia. Bart. in l. si fugitiui. versi. quæro hic dicitur.C.de ser.fugi.& Bald.in l.sed & reprobarii.in prin.ff. de excus. tu.Feli. in c.inter cæteras. de rescrip. versi. denuncias. impropriatur tamen aliquando,vt cum dicitur crucifixus est Christus, & cū po alij duo latrones,vt plenè per Bar.in d.c.sed & reprobari.& in l.nō solū.§.quæritur. ff.de procur.denotat diuersitatem, & implicat.l.quidam relegatus.ff. de reb. dub. Etiam alius. i.contrarius, xj.q.iij. c.j. xj.dist.si quis.vbi dicitur, nullus alius,quàm Petrus prædicasse in Italia, Gallia, Hispania,& cæteris prouinciis:Item alius, & alter,sunt implicatiuæ qualitatis præcedentium, vt lege si donationis.

C.de his quæ vi metúsue causa fiunt.licet glossa ibi velit, quòd implicet qualitatem contractus.aliter est denotatiuum qualitatis,non autem substantiæ,ff.de verbor.oblig.l. si quis cum aliter.C.de testi.l.etiam.& quod ibi not.gloss.& etiam de notat diuersitatem non in substantia,sed in qualitate, vt no. Franc.in l. certos nummos. ff. de verbor.oblig.

Allego allegis, penultima breui, pro eo quod est cooptare, hoc est, in collegium adscisceere, componitúrque ex ad,& lego gis,Vlpia.lib.50. Dige.titul. de decurionibus.l.generaliter.allegi,inquit, id est per electionem in ordinem assumi. allego,gas,quod est compositum ex ad,& lego, gas, penultima longa,est ad aliquem locũ mittere.Vnde iuris professores cõ sueuerunt allegare leges,id est citare testes ad id de quo disputant comprobandum, sed non sine barbarismi vitio,quod pro allego penultima longa, proferunt allego penultima breui. Nebris.

Allegare est argumentari ad probationes vel conclusiones ad communem iudicem pro commodo suæ causæ, & propriè pertinet ad aduocatos.

Adde hic,quòd allegatio quandoque sumitur pro allegatione iuris.ff.de mino.l.minor autem.& C.de iud.l.rem non nouam.§.patroni.aliquando pro allegatione iuris & facti.extrà de postul.præla.c.bonæ.j.§.nos igitur. aliquando capitur pro probatione.vt l.laudabile.C.de aduoca.diuer.iu.& de iu. auth. iubemus.aliquando pro exceptione dilatoria,vel peremptoria seu declinatoria. C.de iur. & fac.ignor.l.j.& ibi not. & ff. de mino.l.minor xxv.annis.

Allegare significat assumere & cooptare,vt cum quis assumitur ad aliquem ordinem,vt senatorum,& decurionum. l.generaliter.§.ij.de decur.

Allœotheta figura est,quando singularis numerus ponitur pro plurali:not.ff.de transact.l. qui cum turoribus.§. fin.de petit. hereditl.diuus.

Allibrati dicuntur qui descripti sunt in libro ciuium,vel communitatis alicuius ciuitatis.

Allodium est res libera alicuius, ex qua tamen præstatur tributũ.gloss.Guliel.de Cun.& Bart. in l.si fam.ercis.in gloss. fin. ibi quid si vni per diuisionem iudicis assigneturtotũ allodium. C.fam.ercis. Bal.in c.j.in tit. de allo.in prin.vbi dicit, quòd allodium est id,quod est propriũ alicuius,& à nemine alio recognoscitur,nisi à Deo. Et de allodio vide l.at si quis.§. sed interdũ.ff.de relig.& sump.func. Et allodium allodij dicitur hereditas quam vendere vel donare possum,secundum Hug.

Allod



Allodium,id est liuellarium,vt c. ij.& iij.si de feu.contro.fuer.in vsib.feu.& vide quod not. glo. in l.pen.C.de ingen.ma.

Alluſio,quid sit,vide ff.de acquir. posset. l.j. in glos.j. & l.ij.§. appellata.ff.si cert.pet.

Alluſio ad similitudinem dictionis pertinet,vt possessio, quasi positio,magistri, quòd monstrent. Etymologia verò eius veram deriuationem respicit. Alc.in l.tabernæ.de verb.sig.

Alluuio est latens incrementum veluti cum paulatim aquis abluendo arenam ex fundo meo vel vicini mei in fundum tuũ aliquid ita accrescit,vt facilè modus non possit apprehendi qua hora sit ablatum,vel hæc argumẽtatio facta,vide instit. de rer.diuis.§.præterea.

Alma,id est sancta & nutriens,ab alo alis,quandoque almus ponitur pro claro & illustri, vnde almus dies,& alma vrbs.l. vni. C.neg.ne mili.lib.xij.

Altare dicitur quasi alta res, vel alta ara,in quo sacerdos incensum adolebat:vel quia in eo sacrificia ardebant. de consecra. dist.j.de fabrica.& ibi Archi.& significat Christum qui dator & conseruator est charitatis. viij.q.in scripturis.

Alter refertur ad vtrunque sexũ. l.iij.de nego.gest.& dicitur etiam de pluribus,licet propriè de duobus. gl.in l.quicunque. C.de hæreticis.

Altercationes sunt certamina verborum secundum Io.Andr.in procem.clemen.

Alternatiua est coniunctio alternatiuè significans,scilicet quãdo significat alterum de coniunctis esse,seu orationem factam per hanc coniũctionem in altero verificari.Et quandoque variatur significatum, vel ex coniunctionis natura subiecta materia,seu quauis alia circunstãtia,verbi gratia,Lego Stichũ vel Pamphilũ,significatur vtrunque esse in obligatione,sed alterũ tantum in solutione,vt alterũ soluendo debitor liberetur.ff.de verb.obli.l. si duo.in fi.& effectus alternatiuę est,quòd vterq; est in obligatione,quia vno mortuo alter q superest remanet in obligatione. Est autem alternatiua quadruplex. Quędam rerum,in qua electio est debitoris.l.plerunque.§.fi.ff.de iu.do. & l.arbitraria.§.Scæuola.ff. de eo quod cer.lo.facit c.in alternatiuis.de reg.iur.lib.vj. Secunda est locorum respectu solutionis fiendæ,quia & in illa iterum debitoris est electio antę litem contesta.vt in §. Scæuola.præalle.Tertia est locorum quantum ad iudicium inchoandum,in quo loco debeat cõueniri,in qua electio est actoris. §. prædicto. Quarta alternatiua est personarũ, quando stipulatio est apposita de

soluendo,in illa iterum est electio debitoris:vt in §.item Iulianus.l.arbitraria. præal. Alij dicunt quòd alternatiua legis significat vt ea lex ratio vel subiecta materia significare declarat. Sed alternatiua hominis significat vt proferentem significare verba velle, vel subiecta materia vel quæuis alia coniectura probabilis concludens declarat.Et de istis alternatiuis seu,aut,vel,require in loco suo.

Adde quòd,alternatiua hodie vocatur à doctoribus quæ à priscis Iurisconsultis disiunctiua aut subdisiunctiua.l. hæc verba ille,aut ille.de verb.signi.

Altius non tollendi seruitus differt ab illa quæ constituitur, vt ne prospectui officiatur.l. ædificia.ff.de ser.vrb.præd.

Alueus, fluminis est vallis, siue fossa, siue conceptaculum, & locus per quem fluuius labitur,dum intra ripas notas curit,nam cum euagatur alueum transcendit.Pomponius Mela: Ora, inquit, Asiæ, cum alueo Nili amnis descendit in pelagus.In hac significatione accipitur in iure, cùm sæpè aliàs, tum lib.xlj.titu.de acq. rerum dominio.l. adeò.§. insula quæ est Caij. Quod si in toto,inquit,alueo naturali flumen aliàs fluere cœpit,prior quidẽ alueus eorum est, qui propè ripam prædia possident,& ibi dem sæpè.Alias alueus est apiũ receptaculũ,vt in eod.tit.l. naturalẽ.Ante q̃ apes, inquit, in alueo à nobis concludãtur.N. Alueus propriè est venter fluminis,vt dicit Bar.secundum Hugo.in tract.de alueo, in princ. & sicut stomachus continet vinum,ita alueus supra se continet flumen,vt vulgariter lectũ fluminis appellamus, quia ibi flumen cubat.Bald.in rubr. de re.diui. ff.in xij. col.in versic. ne veniamus. Verum etiam pro vase vbi apes manent aliquando accipitur, vt instit.de re.diui.§. apium. & aliquando pro vase in quo lauãtur pedes.

Alumnus est qui alit aliquem,vel qui alitur ab eo, vel est filius ex concubina, vt inl.alumnus. C.quæ res pign.oblig. poss. & ibi gloss.ferè tamen accipitur pro eo,quem aluimus, & propriè refertur ad nutritium & nutricem,quæ significant indifferenter actionem & passionem.vnde, hospes, zelotipus, conuiua,rector, alumnus.

Actum siue pati sub eodem nomine signant.

## De A ante M.

Amator accipitur in malam partem.l.j.in fi.ff.de ser.corrup.

Ambages est dubia locutio vel effugatio sermonis extra propositum.

Ambassiator est legatus principis in arduis negotiis, & ambassia



bassiata est huiusmodi legatio consiliatiorum,vel principum in suis causis.

Ambiguũ est vbi opiniones sunt & iura varia videntur:de sent. excom.inter alia. de iudic. c.j. libr.vj. Et de triplici ambiguitate,scilicet,iuris.facti & personæ.no.xxxiij.dist.c.fin.secundum Io. Andr. in proœ.clem. super verb.ambiguitatis.adde quid dicatur ambiguum, per Bart.in l.inter stipulantem. §.j. ff.de ver.obli.& in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudic. & per Bart.post gloss.in l.siquidem.C.de except.Et differunt ambiguũ & obscurum,vt not. gloss.in l.veteribus.ff.de pac.& Alciat.in l.nepos.de verb.sig.

Ambire est propriè cupere honores.argu.de consuet.c.j libr.vj. vnde ambitio,id est cupiditas, per Archi.in c.vlt.de rescr. lib. vj.Vel dic quòd ambire est honorum gradus & ordines per peccatum appetere.Cupere verò est terrena lucra optare.Vn de versus:

Est censu cupidus vir,ambitiosus honore.

Not.per Card. in c.auaritiæ.de electio.libro vj.

Ambitiosa decreta sunt quæ per gratiam facta sunt.l. ambitiosa.ff.de decre.ab ord.fac.

Ambitiosa diligentia,id est nimia & anxia.l.si bene.ff.de vsur.

Ambitus ab ambitione distat, quòd ambitus in actu est,ambitio verò in animo est habitu, ambitione nanque peccat qui præter modum cupit honores,qui ambitiosus dicitur. Ambitum verò committit,qui largitionibus magistratum cõsequitur, quæ in rebus sacris symonia in religione Christiana vocatur.dictus ambitus, vt inquit Festus, ab ambitu ædificiorum,qui patet in latitudinem pedes duos,& semissem,in longitudinem idem quod ædificium, libro xlviij. Dig.titu.est,ad legem Iuliam de ambitu.l.vnic.vbi Modestinus:Hæc, inquit, lex in vrbe hodie cessat,quia ad curiam Principis magistratuum creatio pertinet,non ad populi fauorem, qui scilicet declaratur per suffragia.

Ambitus dicitur crimen affectati honoris:ab ambeundo,hoc est circumeundo & supplicando,& propriè est in actu. Inde ambitiosus, qui largitionibus magistratum affectat, quem lex Iulia de ambitu puniebat.

Ambulare,id est transire,sic dicitur ambulatoria voluntas defuncti vsque ad mortem,ff,de adim.leg.l. iiij. Dicitur etiam ambulatoria potestas legis.ff. de fundo dot.l.erit ergo.Item ambulatoria actio,C.de furt.l. vlti.§.primo.

Amẽ exponitur,id est,verum est: de consec.dist.ij.re vera. Vel, id est ita erit,vt not. Archidia.

in proœm.lib.vj.in fi.Et de hac dictione amen,vide de conse. dist.j.cap.hoc quoque.

Amica appellatur,quæ cum vxor non sit,alicui tamen sui copiã facit.l.Mastrius.de verb.sig.

Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos, sed quibus cum fuerint iura honestis familiaritatis quæsita rationibus. l.latæ.§.amicos. de verbor.significc.

Aminæum vinum ex celeberrimis Campaniæ,de quo Vergilius 2.Georgico.Sunt aminææ vites firmissima vina: dictum aminæum (vt putat Seruius) quasi sine nimio,id est,rubore: nam,vt ait,album est. Plin.lib. 34. Principatus, inquit, datus animæis propter firmitatem, senio quoque proficientem. Idem quoque Falernum & Cæcubum dicitur, Macrobius in tertio Saturnali. de generibus vuarum: aminæa inquit à regione dicta: nam aminæi fuerunt vbi nunc est Falernum. Quod verò aminæum Cæcubum & Falernum synonyma sint,testatur Galenus in sexto Decameridõn: in musto, inquit,vuarum austerarum,quas vocant aminæas,easdem & Falernas.Idem in libro de vinis: Aminæum quod antiqui Romani nominant Cæcubũ.Idẽ in libro de Euchymia:album, inquit,quale est aminæum:nominant autem id antiqui Latini Cæcubum. Proculus libro xxiij.tit. de vino & tritico legato.l.vlt.§.fi.aminæũ, inquit, Græcum, & dulcia omnia. Aminæum vinum,ab aminæa regione.Meminit Proculus in l. fin.ff.de vi.& trit.leg.

Amissa dicuntur & quæ corrupta sunt,vt scissa & fracta.l.prætor. §.amissa.ff. vi bonor. rap.item pro quibus persequendis nullam actionem habemus,l. Labeo & Sabinus. de verb.sign.

Amita est soror patris.

Amita magna est soror aui.

Amitinus est qui ex ea generatur, scilicet, amitæ filius, vt xxxv.q.v.cap.vlt.

Amittat,hoc verbum non sonat præteritum,sed in futurum nisi addatur ipso iure. Felin. in cap.Rodulphus.versi. publica sunt bona.de rescrip.

Amministrator, siue administrator rerum publicarum est, qui temporalia gerit,sed magistratus qui iurisdictionem exercet secundum Azonem. C. de ad. reipub.lib.xj.in rubr.

Amoueri quæ dicantur,liquet ex l.iij.§.ij.ff.rer.amot.ex l.si seruum.§.amouisse. de acquiren. hered.& l.qui tabulas.in fin.de fur.& l.iij.§.non solùm. de inc. rui.naufrag.

Amphibologia dicitur cùm ambiguitas oritur,seu ex singulis dictionibus seu coniunctis.

Amphora vas est, sed quantum capiat pauci nouerunt,illi maximè



ximè quorum id scire plurimum intererat.Est itaque spatium quod circunscribitur, à sex(vt sic dixerim) superficiebus,quarum latera sunt pedalia, anguli verò recti, de qua Priscianus,in libro de ponderibus, & mensuris,Pes longo spatio solido latóque notetur. Angulus vt par sit,quem claudit linea triplex. Quatuor ex quadris medium cingatur inane.Amphora sit,cuius vim ne violare liceret, Sacra verè Ioui Tarpeio in mõte Quirites. lib.xxxv.Dig.qui est de leg. ij. Hermoge.in l.si quis.Serui ex illo,inquit,dolio amphoras decem.Et ibidem:Vinum amphorarium.Item lib.xxxiij.titul.de penu legata. Scæuola in l. penum.Sinautẽ inquit,& in horreis amphoræ,an hæc quoque deberentur.Accursius vasa tantum esse dicit. Nebr.

Amplius,hoc verbum habetur.ff. de dam.infec.l.hoc amplius.& ibi includit,non tamen semper est excessiuum.vt ff.de ver.sig. l.verbum amplius.& l.j. §.hæc verba.ff.si cui plus, quàm per l.Falc.interdum est excessiuũ, & habet in se vim repetitionis & excessus. ff.de leg.iij.si sic.& l.si tibi purè.& de do. præleg. l. qui ita.vbi de hoc. Item vltra supradicta adde de hac dictione amplius,quomodo repetit, vel comparatiuè ponatur.Bar. in l.si seruus legatus.§.fiita scriptum.ff.de lega.j.& in l.si tibi. de legatis iij.& ibi an inducat quantitatem, vel cõditionem: &de hac dictione plenius vide per eundem in l.lecta. ff.si certum petatur.

Amputari,vide C.de iur.delibe.l. scimus.& l.vnic.de plus petit. & extrà de restitut.spolia. cap. frequens.lib.vj.

Amurca est sanies,siue succus ille igneus atque niger, qui ex oliua simul cum oleo exprimitur,atque subdit:nam oliua ex quinque substantiis constat:ossse,nucleo,sansa, oleo,amurca. Virgilius primo Georgicorũ. Profuit interdum nigra persundere amurca: quam Seruius interpretatur olei sordes, sed non exponit quas,cùm sint duplices:nam,vt dixi, quod subsidit oleo,ex oliuarum expressione dicitur amurca;quod verò post oleum in dolia condi-

Amplectens,id est, vndique circumplectens.C.de legib.l.non dubium.

Ampliare & augere,licet videantur idem significare,tamen differunt,quia augere spectat ad quantitatem,ampliare verò ad pretium,quod fit diligenti rerũ cultura.C.de sac.sanc. eccl. l.iubemus nulli.ff. de iur.fis.l. non intelligitur.§.diui.

Amplissimus ordo,id est,senatorius.l.nutu.de leg.iij.

tum, quasi secundum purgamentum, Fraces appellantur. Plin.libr.15. Oleum,inquit, amurca ad multos vsus. Vnde Cato de re rusti.Dolia, inquit, amurcaria decem habeat. Vlpianus lib.xxxiij.Dig.ti. de penu legata.l.qui penum.Aristot. notat etiam quæ esui potuique non sunt,contineri legato, vtputà ea in quibus esse solemus oleum forte,garum, amurca. Accursius salsamenti genera esse dicit,sed non quæ illa sint exponit. Cùm verò in amurca nullus cibus, quod ego legerim,esitari sit consuetum, forte pro amurca legēdum est muria. Nebris.

## De A ante N.

An,de ista dictione an,vide Inst. derer.diuis.§.cùm ex aliena.& §.feræ. in fi.& §.j.qui.mo test. infir.l.an vsusfructus.de vsufr. & l.j.ff.si vsusfruc.pet.

Anacrisis accipitur pro examinatione negotij,quæ per interrogationem accusati fit.l. diuus. la ij.ff.de custod.reorum.

Anadema simpliciter corona est. Nam diadema propriè regum habetur,dictum anadema ab anadeo, quod est corono.Lucretius lib.4.Fluunt anademata mitræ.Pau. lib.xxxij. Dige. tit.de auro & arg.lega.l.quamuis.Sicut mitræ,inquit,& anademata. Nebris.

Anademata, coronæ.l.quamuis. ff.de aur.& arg.lega.At Alc.legit ibi ānadesmata, quæ sunt capitis ornamenta.

Analesis,id est repercussio seu reuerberatio.l.si arborem.de ser. vrbanorum prædiorum.

Analogistæ dicuntur tutores illi, qui non tenentur reddere rationē tutelæ administratæ, ab ana præpositione,& logos ratio,vt ana tollat rationem. Iulian.lib.xxvj.tit.de admin. tut. l.quidam decedens.Eos,inquit analogistas esse volo:& paulò post:Testamento comprehensum sit vt analogistæ essent.

Analogistæ appellantur qui non tenentur reddere rationem administrationis.l.quidam.de administra.tuto.Sed peritioribus videtur legendum esse potius alogistæ,aut anaclogistæ.

Anaphora figura, Latinè relatio dicta est,cum idem verbum in principio plurium clausularū reperitur,veluti in l.ij.in prin. C.de offi.præfec.præt.afr.

Anathema vno modo est substātiuum,& est damnatio æternæ mortis,& non nisi pro mortali crimine debet imponi,& in illis,qui aliter non patiuntur se corrigi.xj. q.iij.nemo episcoporum.in fi.Vel est excommunicatio,seu suprema maledictio.Et dicitur ab ana,id est, sursum,& thema figura, quia olim imprimebatur figura frō tibus damnatorum.de hoc no. Ioan.Andr.de iudic.cùm non





ab homine.vbi post excommunicationem incorrigibilis anathematis mucrone feritur,id est punitur, id est solemni excommunicatione, cum xij. episcopis candelas in terram proiicientibus & conculcantibus, vt in c.debet.xj.q.iij.Et anathema tale,vel maledictio solebat fieri per prælatos. Vel dicitur, & melius à verbo Græco anathemai, hoc est à seponendo, quasi quædam sepositio& separatio à Deo,alio modo anathema est adiectiuum omnis generis indeclinabile, & dicitur excommunicatus, maledictus separatus vel damnatus, vnde qui frangit,rapit,ac vrit, ferit, est anathema. Frangit, scilicet ecclesias,rapit res alienas, vrit etiam ecclesias, ferit personas ecclesiasticas. Inde etiam anathematizare, id est dānare vel excommunicare, maledicere, vel separare,vt suprà.

Anathematizatus dicitur qui tanquam impius à Deo separatus est,& ponitur pro excommunicato,vt xxiiij.q. iij. certum est.

Anceps est aliquid, seu aliquis huc & illuc fluctuās,& dubius in quam partem declinet, secū dum Isido.lib.x.etymol.

Anchora retinaculum seu gubernatio nauis est, vt ff.de exerci. l.prima.§.primo.

Anciani dicuntur præsidētes, vel priores, vel regentes, qui regunt vniuersitatem,vel prouinciam, ita dicit Panor.in c. fi.in prin.not.ij.de procurat.

Ancones,vasa sunt cubitalia:nam ancon Græcè, cubitus significat.l.tabernæ.ff. de fund. instr. Nebrissens.

Ancones,species vasorum cubitalium.l.tabernæ. de fund.instru.legato.

Anfractus dicuntur viarum flexus.l.viæ.ff.de ser.rustic. prædvnde & anfractus litigiorum. extrà de sepul.c.ij.lib.vj. §. j.Et dicitur anfractus litigiorum, quia multas moras habet: vt ff.vt leg.nom.ca.l. etiam. & incertos cuentus habet. ff. de pecu.quod debetur,& ideo sic dicuntur,quia vndique franguntur vel circumeunt.not. per Archid.de electioni.quofundam. in princip.lib.vj.

Angaria,penultima longa, atque in eodem accentu, interpretatur coactio.Veget. libr.1. de re milit.loquens de tyronibus: In angariis,inquit, plurimum detinendi sunt,procúlque habendi à ciuitatibus.idem libr.2. ad vigilias vel angarias faciēdas. Accursius in illud Codicis Iustiniani.tit.de sac.sanct. eccles. neminem in angariis vel perangariis,&c. angariæ,inquit, quæ sunt in operis personarū. Perāgariæ,in quibus vtrunque vertitur,scilicet:personarum& rerum impendia: vērbum quoque angario as,quod interpretatur cogo, gis, sicut angaria

est coactio. Matt. cap. 17. atque iterum Luc. 15. angariauerunt Simeonem quendam Cirenęū. Vlpia. lib. 50. dig. titu. de priuil. veteranorum. l. pen. Naues, inquit, angariari posse. Nebr.

Angariæ penultima longa, est iniusta exactio vel cōpulsio. Nā angariæ dicuntur personalia obsequia propriis sumptibus præstita. cap. non minus. de immun. eccles. glo. in l. neminem. C. de sacros. eccl. Sunt ergo quędam personales, quæ à vulgo dicuntur captiones.

Angiportus siue angiportū olim dicebatur angusta via inter portus, id est domos. l. portus. de verb. oblig. vbi Alcia.

Anguillarius lacus, in l. rutilia. de contrah. empt. pro lacu anguillas producente.

Angusta domus, id est arcta, ff. de seruit. si tam angusti.

Angustia temporis, id est, breuitas. C. de leg. non tantum. & ff. si quis cau. l. ij. §. si quis. vers. nisi.

Animaduerto, præter illam significationē quam habet in promptu, hoc est considerare: significat etiam punire eum tantummodo, qui in alterum puniendi habet potestatem: differtque constructione, nam dicimus animaduerto te, pro cōsiderote. Sallu. in Cati. Vt prius inquit, in eos animaduerteretur: & paulò post: verberibus animaduertebant in ciues. Vlpia. lib. xlvj. Dig. titu. de iniur. l. item apud Labeonē. §. ait prætor. ait prætor, ne quid insinuandi causa fiat, si quis aduersus ea fecerit, prout quæq; reserit animaduertam. Et animaduersio pro punitione. Vlp. xlvij. li. Dig. ti. de fur. l. meminisse. Extraordinaria, inquit, animaduersione coercendam.

Animaduersio dicitur pœna, quia animaduertere est punire, vnde dicitur animaduertendum est in facinorosos homines. Item animaduersio dicitur cuiusłibet operis determinatio, secundum quam quispro mercede sua suscipit certū opus & determinatum suis impensis faciendum, vt terram colendam, vel domum constituendam. Est etiam animaduersio, considerātio. §. j. inst. de iis qui sunt sui vel alien. iur.

Animalia sunt in triplici differentia, quędam enim sunt mansueta, vt gallinæ: quædā fera prorsus, vt lupi, quædam verò fera naturaliter, sed accidentaliter mansūeta, vt cerui, pauones, &c. inst. de rer. diuis. in glos. §. pauonum.

Annalis actio est quæ finienda est anno, vt iniuriarum.

Anniculus, inquit Valla, & si formam diminutiui habet, diminutiuū non est, & dicitur tam de rebus animatis, quàm de inanimatis, quæ sunt vnius anni, vt anniculus puer, anniculus agnus, anniculum vinum. Paul. de verb. signific. l. anniculis, anniculus, inquit, amittitur, qui extremo die anni moritur. Et eo. tit. l. anniculus ij. anniculus inquit, non statim vt natus est, sed trecentesimo sexagesimoquinto die incipiente, plane nō exacto dicitur. Item Aphricanus de leg. iij. l. cùm quæreretur. agni, inquit, qui minores essent anniculis. Nebr.

Anniculus appellat infans vnius anni, licet extremum anni diē duntaxat attigerit, nō etiā perfecerit. l. anniculus. de ver. sig.

Annona proprie dicitur de re frumentaria. Sed de aliis quoque rebus posse dici auctor est Ci. in secundo de diuinat. annonā, inquit, cariorem in macello. Erat autem præfectus annonę, de cuius origine Liuius libr. 4. ab vrbe condita. Dicta est autem annona, propterea quòd sit alimentū annuum. Nebr.

Annona secundum Azon. dicitur salarium quod cuique pro capite suo remunerationis causa datur. vnde titul. C. de anno. & cap. administ. secundum Azo. exponitur, id est, capitatione. Sicut enim secundum eum capitatio dicitur tributum quod datur pro capite, ita annona dicitur tributum quod datur magistratibus, vel causa salarij pro remunerando labore. Et dicitur capitatio de capite, quia est pretium debitum capiti, id est dignitati, annona præterea sumitur pro tributo quod soluitur in auro, argento, vel ære, vt tradit glo. in rub. C. de anno. & trib. libr. x. Item pro pane, vt in l. prima. C. de frumen. vbis Constant.

Annonæ ciuiles sunt quæ publicè dabantur iudicantibus, ciuitatibus, vel omnibus tempore necessitatis per singulos dies: vt C. de anno. & trib. l. ij. li. x. Etiam annona est seges vel frumentum vnius anni. Adde quòd annonæ ciuiles dicuntur in iure aliquando annui reditus, à fisco percipiendi. Dabantur enim annuatim de publico, secundū glos. in l. hac edictali. §. de his. C. de secun. nup.

Annonæ militares dicuntur quas milites singulis diebus consequebantur: vt C. de erog. milit. ann. l. vlti. vbi dicitur, quòd ipsi annonas & capita singulis consequebantur diebus.

Annotatio sacra est descriptio bonorum, vel eorum connotatio, seu consignatio, veluti cùm aliquis cuiuscūque criminis reus sit, absentat se, vocatus ad iudicium patietur bonorum annotationem, vt si intra annum venerit, & se purgauerit, bona sua recuperatur. Si autem non venerit, tunc fisco applicentur. Et qualiter fiat annotatio, ponit Spec. in tit. de act. §. fin. vers. sed qualiter, dicens quòd præses siue iudex veniet cum tabellione ad domum accusati,



&

& inquiret quot domus, quot prædia rustica, quod iugera terræ habeat in bonis eius. Et omnia bona illius qui non venit citatus, ponit in banno fisci, nisi venerit intra annum. ff. de requirend. reis. l. j. §. j. Ab hac tamen sententia conditionali poterit appellari, de appel. præterea. Et describuntur bona, quæ tamen fiscus de facto non occupat nisi post annum. Posthoc iterum per edicta requiritur accusatus, & citãs mittit literas suas iudici vel rectori loci, in quod egit accusatus, vt per illum citato innotescat se accusatum vel citatum, & bona eius esse annotata. Inde venit verbum annotare, vel econtra ab hoc verbo ipsum nomen.

Annotatio sacra dicitur rescriptum illud quod Imperator proprio motu mentis indulget alicui constituens secundum preces eius, seu illius aliquid fieri vel non fieri. C. de diuer. resc. l. fin. & ibi in glo. Et not. Cardi. Zabar. in ca. super literis. de rescrip. differentiam inter annotationem & pragmaticam sanctionem.

Annua, bima, trima die, id quod multis in locis apud Iurisconsultos legitur, quo sensu accipi debeat, manifestauit Iurisconsultus de annuis legatis. l. si legatum. Si legatum, inquit, sit relictum annua, bima, trima die, fortè dena, per singulos debentur annos, licet non fuerit insertum æquis pensionibus. Ratio autem huius dicendi generis illa nimirum est quòd cum dies in genere fœminino tempus significet, vt apud Ciceronem, longa dies adimit ægritudinem. Et illud poetæ: Longa dies homini docuit parere leones. Annuus autem significet quod est vnius anni: bimus, quod est duorum annorum: trimus, quod trium annorum: erit annua, bima, trima die, idem quod anno, biennio, triennio. Quod Iurisconsultus quoque expressit in tit. de manumis. testam. l. si ità. Si ita, inquit, sit scriptum in testamento: Stichus seruus meus heredi meo mille nummos annuo, biennio, triennio si soluerit, liber esto. Nebr.

Annua, bima, trima die, de significatu horum verborum eleganter Iuriscons. in l. si legatũ. de ann. leg.

Annuli leues dicuntur, qui non excedunt valorem quinque aureorum. l. diuus. ff. de bo. dam.

Annulus signatorius, vide signatorius.

Annuo, id est concedo. ff. de don. inter vir. & vxor. l. ea quæ à marito. Et aliter exponitur, vt ibi not. Item annuere domino exponitur, extrà de iureiurando. cap. j. §. ego huius.

Annus quot dies & menses habeat, no. gl. in cap. si propter. de reseri.



reseri. lib. vj. Nam annus continet cccl xv. dies: vt in l. cùm heres. §. Stichus. ff. de sta. libe. Et quidã cõputant annũ ab incarnatione Domini, vt xviij. dist. in nomine Domini. in princip. alij à natiuitate Domini. De hoc glo. in §. forma. ij. q. vj. & in Spe. de instr. edit. in princ.

Annus iubileus dicitur annus remissionis, quia eo anno debita remittebantur, seruiHebræi dimittebantur liberi, & omnia reuertebantur in pristinum statũ, & est annus quinquagesimus. vt in c. iubileo. de pœn. dist. j.

Annuus vel annuatim ex proprio significato significat multiplicationem simpliciter siue inde terminatè, sed quando applicatur casibus, significat diuersimodè, prout ex diuersificatione materiæ cõcluditur proferentẽ intellexisse: vt pacto seu stipulatione promittis x. Titio annua vel annuatim, significat multiplicationẽ perpetuã: quia significat promissam summã deberi ei cui promittitur, eius heredi, & heredis heredi, & sic in infinitũ, ideo dicitur in l. stipulatio. ff. de verb. oblig. ꝙ stipulatio annua est perpetua. Et not. quòd annuum legatum pro primo anno est purum, & pro aliis annis est conditionale, quia pro quolibet anno debetur legatario si tunc vivit. Si verò mortuus est, tunc non debetur, nec si deportatus est, qa talis ciuiliter mortuus est, & non habet ius capiẽdi ex testamento quod est ciuile. l. cùm in annos singulos. ff. de an. leg. Sed ibi promitto tibi x. annua: vt sis procurator meus in parlamẽto, significat multiplicatio tẽporalis ex causa, q̃ apponitur de essendo ꝓcuratorẽ, qa mortẽ finitur, sic & obligatio, quæ ex hoc inducitur. De hoc vide l. annua. §. fi. & to. lit. de an. leg.

Anormalus successor est sicut ille qui succedit heredi non implẽti defuncti voluntatẽ, vt instit. de eo cui li. ca. §. in primis.

Ansa est nodus cursilis, & facilis ad soluendũ, ita factus, quòd si rectè trahitur caput fili, omnino solutus est, vt not. Ber. in c. cùm olim. de verb. sig. propriè autem dicitur qua quippiam prehenditur ac tenetur. l. in rẽ. §. ij. de rei vendicat.

Antapocha, siue antipocha, siue antepocha, quod idẽ est secundũ aliquos, & sec. Azo. in sum. de fid. instr. vers. de antipochis. vocatur chirographũ quod facit debitor creditori, in quo confitetur se soluisse tantùm: & sic est de soluris, & fit à debitore in hunc modũ, confiteor me vsurarũ nomine vel pẽsionis soluisse, & datur creditori: & sic non dicitur ab anti, quod est contra, sed ab ante, secundum Ioann. quia fit ante apocham, vel ab anti, quod est ad, quia est inducta ad securitatẽ

credit

creditoris,& fit etiã ante apocham, qui enim alieno nomine possedit & pensionem solvit, vel qui creditori vsuras repræsentauit, si quando dicat se suo nomine possedisse, & ita dominũ factũ vel præscriptione liberatũ cõtendit, ius agẽtis facit vacillare, nisi dominus vel creditor vsuras & pẽsiones præteriti temporis sibi solutas cõprobet, probat autẽ per antipochã debitoris, C. de fide inst. l. plures. vbi gl. dat tres modos dicẽdi. Vel vt alij dicũt antipocha est scriptura quam facit debitor obligando se, & in qua fatetur se debere, & fit cõtra apochã dicẽdo, Confiteor me debere, &c. & sic dicitur ab anti, quod est cõtra. Apocha autem secundum omnes est scriptura creditoris confitentis sibi à debitore solutũ, & sic apocha est de receptis, & fit à creditore, puta confiteor me recepisse tantũ. ff. de cõd. indeb. l. si. §. Titius. ff. de fur. l. qui tabulas. §. apocha & de accep. l. acceptilatio. §. j. Differt tamen chirographũ ab antipocha vel apocha, quia chirographũ dicitur cùm duo paciscentes faciunt duas scripturas, & sub eadẽ forma verborum cõficiunt & mutuo tradunt.

Antẽ sunt populi Histri fluminis accolæ, quos cum debellasset Iustinia. Imper. Anticus dictus est. Sic enim legendũ in inscriptionibus volu. iuris ciuilis, nõ Atticus, vulgò impressum est.

Ante significat ante rẽ factã & bene inchoatã. ff. si cer. per. l. ij. §. itẽ mutuũ. vbi de hoc. & ff. de verb. oblig. l. qui ante. & l. eum qui ita. §. quæsitam.

Anteccssor quandoque dicitur doctor q aliosantecedit in prooe. Digest. §. sed cũ nos. Quãdoq; exponitur. i. succcssor. in consti. ff. circa prin. Aliquando antecessor dicitur necessitudine. C. de ve. iur. enu. l. j. §. quæ omnia. Aliquando antiquitate. xxxv. q. vj. de parentela. Aliquando officij prioritate. iij. qu. vj. hoc quippe. & q. v. c. accusatores.

Adde q; antecessores appellati sunt professores iuris, ab antecedendo & præeũdo discipulis, quos quasi porrecta manu in penetralia iurisprudentię deducunt, vt manifestè probatur in d. §. sed cũ nos, idq; docuit Aldobrãdinus meus in annotationibus quas iam tertio ab hinc anno edidit in institut. iuris.

Antiades & paristmi à Græcis dicuntur, quæ sunt Latinis tonsillæ, & sunt inflammationes circa eas parteis, quæ mala, id est, poma, à recentioribus vero amygdalæ appellantur. Celsus lib. 7. cap. 11. Tonsillas quæ post inflammationem induruerunt, græci antiades appellant. Galenus lib. 6. Decameridõn: Hortulanum inquit, ab vulua & antiadibus & paristmo suffocationem patientem. Idem verò libr. x. de medicina simplici, paristmus siue faucibus vuluæ & antiadibus. Vlpia. lib. xxj. titu. de ædil. edic. l. quæritur. Et si quis habeat antiades, & sic antiades sunt quas existimo, id est, inueteratas, & quæ iam discuti non possunt, vtrobique mendum est: antiachæ pro antiades. Accurs. faucium tumores exponit, non tamen dicit quos tumores: quod verò subdit, vt scrofulæ, omnino falsum est, cùm scrofulæ sint apud iuniores medicos, quæ ab antiquis dicuntur chœrades Græcis, Latinis strumæ. Ant. Nebris.



Antiades, sunt veluti glandulæ quæ in gutture nascuntur. l. cũ quæritur. de ædil. edict. à Latinis tonsillę nuncupantur.

Antichresis est pignus quod ad hoc datur creditori, vt inde fructus percipiat, donec æs suum receperit. l. si pecuniã. de pi. ac.

Antidorum est contraria donatio. glos. super verb. antidora. in l. sed & si lege. §. consuluit. in fin. ff. de petit. hered.

Antidorum ex Græco interpretatũr remuneratio, siue rettributio, ab anti, quod est re, & doron, donum, quasi doni redditio. Vlpianus lib. 5. Dig. titu. de Petitione hered. l. sed & si. Planè si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt. Locus est in quinto Ethicorum Aristotelis lib. hucusque ab expositoribus non enarratus, vbi Leonardo interprete legitur, vnde sacra gratiarum sunt: quo in loco Aristoteles de hac remuneratione loquitur. Nebr.

Antidora dicitur obligatio non efficax ad agendum, sed æquitate subnixa excipiendum. §. consuluit.

Antidotum siue antidotus, est medicamentum, quo nos contra venenum præmunimus, ex eo quod contra detur, dicta. Gellius lib. 17. ca. 16. Huius autem regis antidotus celebratissima est, quæ Mithridaticos vocatur. Serenus: antidotus verò multis mithridatia fertur Consociata modis. & Pli. lib. 7. contra venena est præcipuum antidotum. Paulus lib. 33. dig. titu. de penu. leg. l. non omne. Quo inquit, numero antidotũ non est. Item lib. 18. tit. de contrah. emptio. l. quod sæpe. antidota, inquit, & alia quædam salubria medicamenta. Vtrobique Accursius nihil aliud dicit, quàm esse genus medicamenti, sed non quid illud sit. Nebr.

Antidotum solet dici, quod datur contra venenum, & sic ponitur pro medicina, vt in cap. cæterum. de iura. calum. Inde antidotarius, liber in medicina. de iureiurando. cap. j. in clemen. in glos.

Antinomia potest interpretari, legum contrarietas, ab contra, & lex, vt Codice Iustiniano, tit. de veteri iure enucleando. l. deo autore. Nulla, inquit, in omnibus prędicti codicis mẽbris antinomia. Sic enim à vetustate Græco vocabulo nuncupatur. Et paulò post: Per suũ vitium antinomias induxerunt. Nebr.

Antinomia ponitur pro legum contrarietate. l. j. §. nulla. C. de ver. iur. enuc.

Antiphona pro pignore ponitur. ff. de pig. actio. l. si pecuniam. & ibi glo. vbi etiam aliter exponitur, & melius de pign. l. si is qui. §. j. Item antiphona potest latine interpretari: vox reciproca. in d. l. si is cui. §. j. Sed verior lectio est antichresis, de quo suprà.

Anthypophorizat. i. tacitæ quæstioni respondet. de supp. negl. præl. c. ij. lib. vj. in prin.

Antiptosis est figura quæ ponit casum pro casu, &c. dist. ix. c. ego solus eis scriptorum, id est scriptoribus, vbi ponitur genitiuus pro datiuo.

Antistes dicitur sacerdos, eo quod ante stat, ca. cleros. xxj. dist. communiter tamen sumitur pro episcopo. secundum glo. in cle. dudum. de sen.

Antonius & Seuerus quoties in libris Digestorum legis, mendum est insigne, pro eo quod esse debuit, Antoninus & Verus, tum ex codicibus illis vetustis Florentinorum, tum etiam ex ipsa temporum historia. Nebris.

Anus per vnum n, exponitur, id est vetula. ff. de carbo. edict. l. iij. §. duæ causæ.

## De A ante P.

Aperire viã quid sit, vide ff. de via pub. l. j. ij. respon. Item aperire tabulas: vide ff. ad Syllan. l. si quis in graui. §. aperire.

Apex est summitas honoris, vel distinctionis nota. Nã quod in summo est, distat à pedibus vel infimis. Et hęc summitas: respicit temporalia, vt in c. solitæ. de maio. & obe. Etiã sumitur pro litera, vt dicit Christus. Minimus apex non peribit. Item sumitur pro subtilitate, dum dicimus, de apicibus iuris non disputandum. ff. manda. l. si fideiussor. §. quædam.

Aphehitus, qui aphehis laborat. aphehæ autem sunt oris vlcera, præcipuè infantes vexantia.

Apocha dictio Græca est, interpretatúrque receptio: nam tũc illam creditor dat debitori, cum ab illo pecunias numeratas, aut rem quam illi debebat recepit. Vlpianus libr. 46. Dig. de acceptill. si accep. latum. Inter acceptilationem, inquit, & apocham hoc interest, quòd acceptilatione omnimoda liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit. Apocha non aliàs, quàm si pecunia soluta sit. Item de fide iastrum. l. plures apochis. de apoc. pub.

Apocha, suprà, in ver. antapocha.

Apocrisarij sunt nuntij domini Papæ, quasi secretarij: vt dist. xvj. c. septuaginta. dicti ex eo quòd decedunt & proficiscuntur in longinquas regiones, vt responsum mittentibus referat mandatorum suorum. Nam Græci apocrisin dicunt decessionem & responsum. De hac dictione vide etiam in litera y.

Apocripha vel apocryphum dicitur occultum vel secretum: inde dicitur apocryphus, id est liber secretus & occultus, cuius auctor ignoratur, vel de cuius veritate dubitatur, non tamen ab ecclesia recipitur, sed reprobatur, quasi diceret, non in ecclesia, sed remotè & longè ab ecclesia sit legendus. De apocryphis habetur xvj. dist. canones generalium. & ibi glos.

Apolides Græcè dicuntur, qui ex torres siue exules sunt, dicti vel ab apoleo, quod est deperdo, siue ab a, particula priuatiua, & polis, quod interpretatur ciuitas, vt Martianus scribit lib. 47. Dige. de pœn. Quidam, inquit, apolides sunt, id est, sine ciuitate. Vlpia. quoque de lega. iij. l. j. Nec testamenti, inquit, faciendi ius habent, cũ sint apolides.

Apolides dicuntur, qui sunt sine ciuitate, ab a, quod est sine, & polis, ciuitas.



Apologia est excusatio vel respõsio, vnde dicitur, clerici qui alios accusant, iustam accipiant apologiam: & est apologia posita in defensione, vel negatione tantum: nam in ea solent quidam accusantibus respondere. vnde apologeticus, id est excusatorius vel responsorius. not. per Archidiz. xxxvj. quæst. ij. cap. circa.

Apostasia secundum Host. est temerarius recessus à statu fidei, obedientiæ, vel religionis, quã quis professus est se tenere. Inde apostatæ, qui recesserunt à fide, & qui egressi religionem quam professi fuerant, iterum ad seculum redeunt, vt tradit Bart. in rubr. C. eod. tit. sic dicti tanquam retro abeuntes. canon obseruetis. xvj. q. vij.

Apostoli, orum, ex Græco interpretantur dimissoriæ literæ, ab apostello, quod est mitto. Vnde est apostole es, idẽ quod remissio. Ti. Li. apostolos, inquit, fregit in senatu. Titulus est apud Iurisconsultos de libellis dimissoriis, qui dicuntur apostoli lib. 50. digest. Modestinus quoque de verbo. significa. l. dimissoriæ. Dimissoriæ inquit, literæ dicuntur, quæ vulgò apostoli dicuntur. Nebris.

Apostoli secundum Hostien. dicuntur literæ testimoniales, quia testificantur de appellatione facta, & secundum cu-

dem, & Spec. in iij. parte, in tractatu libel. § sequitur, versicul. apostoli, ibi vide quid sint apostoli, vnde dicantur, & de quadruplici eorum specie, & eorum formis. Nam alij sunt apostoli conuentionales, scilicet quando pars admittit appellationem, siue in iudicio iudicis refutantes, siue tacentes, siue extra iudicium, vt cap. fraternitatis. & oblatæ. de appell. Alij sunt testimoniales, testificantes de appellatione facta, vt supra. Alij dimissorij, per quos apparet, quòd iudex detulit appellationi. Alij refutatorij, per quos apparet, quòd iudex non detulit appellationi. Alij reuerendi, vel reuerentiales, scilicet quando ob reuerentiam superioris appellationi defertur, vt cap. j. de appellat. lib. 6. in glos.

Apotelesma, significat absolutionem & perfectionem operis. l. rei. § fin. de verb. signif.

Apotheca, est arca, vel locus in quo aliquid ponitur custodiendi causa, vel in quo merces venduntur, quasi locus & alio nomine statio vocatur, inde apothecarius, i. stationarius, qui stat ad vendendum.

Apparere, id est ad memoriam reducere, in authentic. de fide instrumen. circa princip. secundum vnam expositionem. Aliquando apparere exponitur, id est præsumere, vt extra de præsumpt. scribam.

Apparitio quandoque ponitur pro discussione, vt in l. j. C. de loca. præd. ciuil. lib. xj.

Apparitores dicuntur qui apparent, & præsto sunt, obsequuntur que magistratibus. Virgil. vi. Aeneid. Quam ipsi cupiant regi apparere Latino. Gell. libro 2. Posteaquam lictor, qui illi apparebat, intellexit. Cicli libro tertio de legibus: leges, inquit, sunt, quas apparitores nostri volunt. Hierony. ad Salvinam: Nihil nocuit militanti paludamentum & baltheus: & apparitorum caterua. Vlpianus libro 21. titu. de exactionibus. l. si pignora. Si pignora, inquit, væneant per apparitores. Nebris.

Apparitores dicuntur qui citant partes, & eas apparere faciunt in iudicio, hoc nomen inde trahentes, vel dicuntur ideo apparitores, quasi apparatores, quasi ipsi apparent in iudicio. Item dicuntur catholiciani, quasi communiter & vulgariter seruientes, vt bedelli ad iudicium. Item dicuntur officiales, secundum Azo. vel secundum Isido. apparitor dicitur ille, eo quòd appareat, & videatur, & præsto sit ad obsequium vel aliquid audiés teneat. Et de apparitore habetur in cap. tua. de homic. & glo. magna in cap. veritatis. de dolo & contum.

Appel



Appellare, est à minori iudice ad maiorem prouocare. Et pro inducta appellatione secundum leges, vt iniquitas, vel imperitia iudicantium corrigatur, licet nonnunquam bene latæ sententiæ in peius reformentur. de appell. cap. cum speciali. §. porrò. vel ideo vt homines ab iniuria releuentur. ij. q. vj. ad Romanam. ij. & quis possit appellare à quo, ad quē, quando, qualiter, quoties, intra quod tempus, & à qua sententia. vide ij. q. vj. per totū. & Goff. in sum.

Appellatio, secundum Azon. est à minore iudice per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis primæ latæ sententiæ recessio. ff. de minor. l. præfecti. Item est de minore iudice ad maiorem prouocatio, secundum summulistas, de consuet. c. ij. li. vj. in glo. iiij. Vel aliter secundum Hostien. appellatio est iurisdictionis prioris iudicis per inuocationem superioris iudicis rite facta suspensio. & hæc diffinitio secundū eum cōpetit tāsecundū leges, quàm secundum canones, vt extrà de offi. deleg. c. pastoralis. §. præterea. Vel sic, Appellatio est ab audientia minoris iudicis ad maiorē propter grauamen, vel illatū vel comminatum prouocatio. de appe. vt debitus. & ca. cum cessante. & si extra iudicium appellatus, tunc est superioris inuocatio seu protectio, vt iniuria, vel grauamine illato, ea cum sit Romana, eo sit de appellatoria. & vt cui. ff. appellatio & recusatio sunt paria. de appel. super. cod. ij. resp. nis. & hoc quo ad modum, sicut non admittitur frustratoria appellatio: ita nec recusatio. Differunt tamē, quia recuso etiam si non grauor, non tamen appello à iudice ad quem consensi nisi grauer. & c. vt. supra. de leg. cap. si contra. in glo. fin. lib. vj.

Appendicius, a, um, dicitur quod ab alio pendet. Hieronymus ad Furiam: iudicij sine comitibus, & appendicijs suis, conuentia & parcitas. Vlpianus libro 22. Digest. de acquirenda hered. l. fi. quis. Sunt, inquit, appendicia præcedentis institutionis. Nebr.

Appendicia quid sit. vide ff. de acquir. hered. l. si quis hæres. & de admin. tut. l. tutores. & C. si tutor non gest. fin.

Appilatio, est diuersarum materiarum consolidatio, vt auri, argenti, auricalci, plumbi, stagni, &c. & earū materiarū cōiunctio dicitur applumbatura.

Appulsus pecoris ad aquā, est ius ad hauriendi pecus vel gregē ad aquam fontis alieni, vel riuum ad eundum.

Apud quandoque exponitur pro id est, vt not. de prob. statutum. lib. vj. quandoque apud id est, contra, vt Marcellus apud Iu-

lianum.not.ff.de pet.heredit.l. nec vllam. §.non solùm. & de requir.reis.l.iij.quandoque ex ponitur apud.i.penes. C. vnde vi.l.si quis in tantam.& in quo differant apud & penes, vide ff. de verb.significi.l.penes.

## De A ante Q.

Aqua quotidiana & æstiua, aqua pluuiali arcenda, & aqua de cástello educenda. Require infrà inter dictum de illis.

Aqua & ignis interdicebatur olim rerum capitalium damnatis, cùm nec supplicium de Romano ciue sumi liceret, nec is prius amitteret ciuitatem, quàm in aliam receptus esset. Nam his duobus elementis, quæ humanam vitam maximè continent, priuabantur, vt vrbe Roma egrederentur, atque ita in aliam ciuitatem se conferrent. Id quod eleganter ostendit Cic. in orat. pro domo sua. Demum introducta est deportatio, qua ius ciuitatis absq; hu iusmodi circuitu amittitur.

Aqua profluens, id est, de cœlo cadens. insti. de rerum diui. §. j.

Aquã euocare pro aquam abducere. l. proculus. de dam. inf.

Aquarius. i. aquarum custos. C. de aquæduc. l. decernimus. lib. xj.

Aquæductus est ius ducẽdi aquã per fundũ vel agrum alienum ad irrigandum agrum meum vel alterius iure seruitutis constitutæ. vt instit. de seru. rust. præd. in princip. Aliter dicitur priuilegium quod datur illis qui præficiuntur ad custodiam formarum per quas ducitur, vel per quorum fines formarum meatus transeunt, & quo purgant formam vel ductus aquarum. l.j. C. de aquæduct. lib. xj. & l. decernimus. eo. tit. & l.ij.

Aquæ haustus est ius hauriendi aquam, & portandi per agrum, fundum, seu prædium alterius ratione seruitutis. Et differunt: nam aquæductus fit in fistulis & meatibus terraneis. Sed aquæ haustus fit per animalia portando. l. si prius. §. j. & ij. ff. de aqua plu. arcen.

Aquilegia nomen loci. ff. loca. l. pen. §. j. & dicitur quasi aquis ligata, quia aquis est circundata, & habet patriarcham. ix. q. iij. nunc verò legitur Aquileiam.

Aquileges siue Aquirices dicuntur artifices inuentendorum fontium aquarúmq; colligendarum ad aquæductus. l. fin. ff. de iur. imm. vel vt quibusdam placet, sunt qui curam agunt publicorum aquæductuum.

Aquiliæ actio. Require suprà, actio legis Aquiliæ.

Aquiliana stipulatio est promissio quæ nouat omnem contractum. Dicitur autẽ hoc nomine ab inuentore hoc statuente qui vocabatur Aquilius. Et habet fieri hoc modo: Si dicã sic debitori meo, Quæcunq; mihi debes ex quacũq; causa, illa mihi promittis animo nouandi, & dicat mihi promitto, tunc postea per acceptilationem tollitur obligatio. Ad cuius euidentiam, nota q; sic habet fieri acceptilatio & aquiliana stipulatio, & est quidam circuitus, sicut quandoq; q; quis per se immediatè facere non potest, facit per alium, ita & hic. Vnde supponendum est quòd si mihi tenearis in centum libris, quas tibi mutuaui, hæc est obligatio naturalis & re contracta, modo immediatè per ciuilem obligationem, quæ verbis contrahitur, tolli non potest: quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere potest, naturalia verò non: tunc si fiet, q; illa naturalis re contracta, in ciuilem mutabitur per nouationem, vt dicendo sic, illud quod ego mutuaui tibi, promittis, si tu dicas promitto, tunc obligatio illa prima efficitur ciuilis, & verbis contrahitur per Aquilianam stipulationem & nouationem. Post si te dicente mihi sic, id quod ego promisi tibi, acceptũ ne habes acceptúmque fers? respondeam acceptum habeo, acceptúmque fero. i. teneo me pro pagato, isto modo tollitur obligatio per acceptilationẽ. Et sic patet qualiter habet fieri aquilia stipulatio & acceptilatio. De hac visum est suprà, ac-



ceptilatio.

Aquiminarium vas est, quod quo quo versum fundit aquas: vnde à Græcis ex Herodoto. interprete Valer. peri hanterion dicitur, à peri circum, & rantizo spargo, siue irrito. Pomponius libro 34. de auro, &c. l. & sic de aquiminario dubitatum est. §. si cui. Et puto continerinam & hoc propter escã paratur. Et eo. titul. l. in argento. De aquiminario, inquit, Cassius se consultum respondisse. Item de supellec. legata. l. id est, aquiminarij sæpe memi nit. Nebris.

Aquiminatiũ, genus vasis, quod secundum aliquos quoquo versum erat, aquas fundebat. Mentio fit in l. in argento. & in l. etsi. ff. de aur. & argento. §. sed de aquiminario.

## De A ante R.

Arabia prouincia est, vt l. penul. §. j. de extraordi. crimi. ff.

Arabarches dicebatur præfectus exigendo vectigali de pecuariis, quæ ex Arabia in Aegyptum adducebantur. Inde Arabarchia, cuius meminit l. vsurpationem. C. de vectig. com.

Arare, id est colere. C. de thesau. l. j. lib. xj.

Arbiter est qui etiam compromissarius appellatur, & est ille qui ex compromisso, id est ex consensu partium & ex litigantium electione de causa

cognoscit, qui nullam habet iurisdictionem propriam seu delegatam. ff. de arbit. l.j. Sed electus est partibus discordantibus sid earum litem sua sententia dirimendam. Ergo ab ipso non appellatur, cum ipso iure non teneat sententia eius, sed metu pœnæ statur ei. Et quod nō tenet, rescindi non potest, hoc verum in arbitrio cōpromissario, secus in arbitrio iuris. xj. q. j. peruenit. C. de iudi. l. vlti. de offic. delega. suspitionis. de appellat. cum speciali. & element. j. eod. titul. in gloss. j. & cap. ab arbitro. de offic. delega. lib. vj. vbi glo. Item arbiter ponitur quandoque pro teste, vt in Genesi cap. 39. Accidit vt Ioseph operis quippiā absque arbitris faceret. Est differentia inter arbitrum, & arbitratorē, & amicabilem compositorem. Nam arbiter & arbitrator possunt eligi cum pœna, sed differenter, quia arbiter dicitur iudex per consensum litigantium electus, qui iudicijs partes suscipit, & finem controuersiis sua sententia se posse tenetur impositurum. ff. de arbitr. l. si de meis. §. recepisse. Et à sententia talis non potest appellari. ff. de arbitr. l. diem prosecti. §. stari. & l. j. C. eod. titulo. Sed arbitrator est in quem alii qui compromittunt tali forma, vt possit cognoscere & etiam iudicare alte & basse, & qui etiam dici possit amicabilis compositor, & à sententia illius etiam non appellatur. Sed si fuerit lata contra ius constitutionis, irrita est ipso iure. C. quando prouoc. non est necesse l. j. Sed si lata est contra ius litigatoris, valet. redigitur tamen ad arbitrium boni viri. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Debet enim arbiter obseruare iuris ordinem tanquam iudex ordinarius, & sententia eius siue iusta siue iniusta semper est tenenda si pœna fuerit apposita. ij. q. vij. iudicibus. Sed arbitrator non tenetur seruare iudiciarium ordinem. Sed si profertur iniusta sententiam recurritur ad audientiam superioris, vel arbitrium boni viri. Et amicabilis cōpositor est sine pœna, qui tentat & experitur an litigatores parentur cōtrouersiam suo consilio, vel auctoritate discuti. §. si quis. in præalleg. l. si de meis. Alias differentias multas vide per doct. plenè in c. quintauallis. de iureiur. Arbiter autē esse potest qui non prohibetur à iure. Arbitrorū duo sunt genera, scilicet compromissarij, qui propriè dicuntur arbitri, qui eligūtur vt iudices, vt videlicet procedant seruato in substantialibus ordine iudiciario. Et dantur ad cognoscendū & diffiniendum, vt si petis à me domum, & ego denego, & fiat cōpromissum in aliquem, ille est verus arbiter, quia eligitur vt cognoscat & diffiniat cuius sit domus. Secundi, sunt arbitratores qui non eliguntur vt iudices à partibus, vel super re litigiosa, sed vt componendo vel diuidendo inter partes diffiniant, vt si duo socij res societatis diuidere velint ad arbitriū Petri, Petrus erit arbitrator. arg. ff. pro socio. l. si societatem.

Arbitratu alicuius cum quid fieri mandatur, quomodo hæc verba intelligenda sint, declaratur in l. illa verba, arbitratu. vbi Alcia. de verb. sign.

Arbitrium est actus certarū personarum exequentium compromissum, secundū Azo. Nam arbiter exequitur veritatem, inquirendo vt index, xxx. q. v. iudicantem. Nam actor vult vt obtineat, & reus vt soluatur, vel actor ad amplificādam causam, reus ad diminuendā eam. Sunt ergo in actu arbitrij, scilicet tres personæ, arbiter, actor, & reus. Ideò alij dicunt, arbitrium est actus trium personarum super ciuili quæstione quasi in iudicio contendentium. Vel secundū Host. arbitriū est potestas alienæ voluntatis tradita, & recepta ad pronuntiandum in lite, prout arbitro visum fuerit, aliquando certa pœna vallata, & certis terminis limitata. Sed cōpromissum est potestas arbitris data, quorum arbitrium est sententia arbitralis, quę etiā laudū dicitur. Et arbitriū seu arbitratus, suo proprio significato, significat libertatē arbitrādi, & voluntatē ratione regulatā. Et vbi actus ponitur in arbitrio seu arbitratu, significat per modū conditionis, vt actui valeat si arbitrio decernatur, & hoc diuersimodè secundū diuersitatem materiæ subiectæ, verbi gratia, Promitto tibi equum arbitratu Titij, Titio nō arbitrante, quia non vult, vel non potest arbitrari, nulla est promissio, nec recurritur ad arbitriū boni viri. l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. Ratio, quia contrahens de arbitrio illius tantùm intellexit, quòd hæc verba importāt, vbi autē stat per illū cui cōpromittitur, cōditio statim deficit, nec promissor de cætero ex illa promissione potest obligari, vt l. si quis. præalleg. Et contrario si per promissorē steterit, cōditio statim habebitur pro impleta. arg. l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. vt promissio sit efficax, siue ille arbitretur siue non, secundum boni viri arbitrium, ad quod tunc recurritur. Et ideo hoc ne sit in potestate debitoris se liberare à promissione.

Arbitriū tutelæ, id est actio tutelæ, de hoc suprà, actio tutelæ.

Arbor vento deiecta, nō arboris sed ligni appellatione cōtine-

tur. l. ligni. ff. de leg. iij.

Arboris appellatione multa continentur. ff. de arb. fur. cæsa. l. iij. & iiij. Item vites continentur appella. arboris, vt ff. de arbo. cæden. l. j. §. j.

Adde quòd arborum verbo continentur etiam radices arborũ, vt not. gloss. in l. obligationum ferè. in versic. & in tradendo. ff. de actio. & oblig.

Arbores furtim cædere est scindere vel incidere arbores inscio & inuito domino.

Arbores cæduæ dicuntur quæ excisæ repullulant.

Arbores grandes quarum mentio habetur in l. sed si. ff. de vsufru. quæ sint, eleganter explicat Alciat in l. Sylua. de verborum signific.

Arbustum locus est in quo arbores sunt ad fructũ cõsitæ, sicut salicetũ in quo sunt sálices, hoc & arboretũ aliqui vocãt vt tradit Aulus Gellius, & meminit Paul. Iurisconsul. in l. impensæ necessariæ, de verb. sign. ff.

Arca pro monumento supra terram, in qua cadauera condũtur. l. is qui. ff. de relig. sump. fun.

Arca camerata, id est arcuata & conformicata. l. sed addes. §. si inquilinus. ff. loca.

Arcarius, is dicitur, qui pecuniã publicam adseruat. Hieronymus in calce epistolæ ad Roma. pro eo quod in Græco est œconomus ipse arcarius interpretatus est: Salutat, inquit, vos Erastus arcarius ciuitatis. Scæuola libr. xl. dig. in titul. de fideicommiss. liber. l. Thais. Stichũ, inquit rationibus redditis manumitti volo. Stichus arcarius probante domino nomina fecit. In codice quoque Iustiniano titulus est de suscep toribus & præpositis & arcariis: potest igitur arcarius esse publicè & priuatim. Nebris.

Arcarius est qui præest aræ, i qua pecunia custoditur, & ita sumitur in tit. de suscep. & præp. & arca. lib. x. C.

Archiatros ex Græco interpretatur princeps medicorum, dictus ab archos quod est princeps, & iatros medicus. Augustinus libr. 3. de ciuit. dei. Vbi se, inquit, Aesculapius excusabit, quod archiatrum se non obstetricem profitebatur. Hieron. ad Euagrium: Ne fieret ait, aliqua plaga, quæ scientiã nostri lateret archiatri. Iulius quoque Firmicus libr. 2. mathes eon. Mercurius in tertio ab horoscopo loco constitutus facit archiatros. in codice Iustiniano titu. de professoribus & medicis. lib. x. medicos, inquit & maximè archiatros, vel ex archiatris, & infrà l. archiatri. Archiatri, inquit, scientes annuaria sibi commoda. Neb.

Archiatri dicuntur medici principis, vt tradit Alcia. in rubr. C. de comi. & archia. lib. xij.

Archi



Archicancellarius: require infrà cancellarius.

Archidiaconus est princeps diaconorũ, qui imperat subdiaconibus & leuitis. Et dicitur ab archos, quod est princeps, & diaconus, quasi princeps diaconorum. Vnde quando vult præ aliis Euangelium legit, vel cui vult legendum cõmittit. extrà de offi. archi. ca. ij. in princ. Vel est oculus episcopi ad conspiciendum, corrigendũ & emendandũ per episcopatũ exceptis arduis. Et debet audire iurgia singulorũ, & habere curam, & sollicitudinẽ in ecclesiis, & de clericis, vt in c. ad hoc. de offic. archi. Inde venit archidiaconatus, & quãdo fit per electionem, tunc est dignitas, si verò habitus sit per collationẽ, non est dignitas, vt not. in c. decernimus. de iudic. C.

Archiepiscopus est princeps episcoporum. xxj. dist. cleros.

Archiflamines qui sint, vide xxj. dist. in prin. lxxx. dist. ca. j. & pe.

Archigeron interpretatur princeps seniorum, quoniam gerontos Græcè est senior, siue senex. In C. Iustin. titu. de pisco. aud. l. archigerontes. Archigerontes inquit, & dicœcetæ. Accurs. quod mirum sit, archigerontes archipresbyteros interpretatur rectè: quod presbyteros æquè senior interpretatur, vt idem sit archigeron quod archipresbyter.

Archigubernus interpretatur gubernatorum princeps, siue classis præfectus: compositum nomen ex Græco & Latino, quod perquam ratum est: aliquando fieri solet, vt Quintilianus lib. j. ostendit. Iabolenus libro 36. Dig. titu. ad Senatusconsultum Trebellia. l. eius. Saturnius, inquit, archigubernus ex classe Britannica. Nebr.

Archigubernus præfectus classis. l. Seius. ad Senatusconsul. Treb.

Archimadrita interpretatur agminis siue gregis princeps: mandra nanque multa significat apud Græcos: speluncam interpretatur frater Ioannes Carmelitanus. Iuuenalis mãdram posuit pro mulione, cùm in tertia Satyra scripsit, Stantis conuicia mandræ. Martialis pro ipsa mulorum concatenatione, dicens: Vixq; datur longas mulorum vincere mandras. Atque idem aliubi pro calculo in ludo, quem vocat vulgus scaccorum, his verbis: Sic vinceas nomiumque publiumque Mandris & vitreo latrone ciusos. In Codice tamen Iustinianeo libro j. pro pontifice accipitur. Reuerendissimi, inquit, archimandritæ: Idem de monachis. Deo, inquit, amabiles episcopi & archimandritæ, vtrobique pro pastore. Nebr.

Archimandrita est pastor ouium, vnde, archimãdrita sit ouium tibi pastor. Et ponitur pro epi-

scopo.j. qui.vij. dispensationes. quasi princeps gregis. ab archos. i. princeps, & mandras Græcè quod est grex vel spelunca Latinè, eria ponitur pro abbate, vt in l.fin. C. de sum. trit. siquidè initio monachi in eremis habitabant.

Archimimus interpretatur princeps mimorum. Sunt autem mimi pœmata lasciuientia in turpitudinem: de quibus scripsit Ouid. Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Et Martia. Mimos nidiculi philistrionis. Mimus verò, autore Diomede, dictus est, quòd omnia solus imitetur, à verbo Græco mimeomæ, quod interpretatur imitor, nam cum alia pœmata idem faciant, hic tamen peculiari quodammodo. Iulia. libr. xxxviij. de oper. lib. l. patronus. Nam si quis, inquit, archimimum vel pantamimum. Nebrif.

Archimimus, mimorum princeps & qui melius quàm alij nouit in scena gestus seu mores eorum quos irridere vult imitari, l. patronus. ff. de ope. lib. 66.

Archiotæ qui præsunt archiuo. l. vlti. ff. de mune.

Archipresbyter quasi princeps presbyterorũ, qui tamẽ subest Archidiacono, cuius ministerium & officium cum officio archidiaconi ponitur. xxv. dist. perfectis: item duo sunt genera archipresbyterorum, scilicet ciuitatensis, vt ea. officium. cod. tit. & ruralis, vt c. vt singulæ. de offic. archipresby. secundum Hostien.

Archisynagogus est princeps synagogæ.

Architectus interpretatur princeps fabrorum: nam tecton est faber, lignarius maximè, sed architecti negotium ad plura se extendit. Vitruuius lib. 1. de architectonica. Architecti inquit, scientia est pluribus disciplinis & variis eruditionibus ornata, cuius iudicio probatur omnia, quæ à cæteris artibus proficiscuntur opera: ea nascitur ex fabrica & ratiocinatione. Hinc Paulus apostolus trãslatione vtens dixit in Epistola quadã: Quasi sapiens architectus fundamentum posui. Callist. lib. 30. de iu. immu. l. quibusdam. Veterinarij, inquit, architecti. Nebrif.

Architectus est princeps artificũ, vel principalis ædificator qui structuris ædificiorum præest. l. si. de iu. immu.

Archiuum interjecta, v, à Latinis dicitur, quod est Græcis archon, quod interpretatur principium, & est locus vbi monumenta literarum publicè asseruantur. Martia. in philologiæ nuptiis: Cloto & Lachesis librariæ superum archiuique custodes. Hierony. in prologo Esther: Librum, inquit, Esther variis à translatoribus constat esse viriatum



vitiatum, quem ego de archivis Hebræorum reuelans verbum è verbo expressius transtuli. Vlpianus lib. xlviij. tit. de pœnis. i. mori. §. solent. Quo inquit in publico instrumenta deponantur archiuo fortè vel grammotophilacio. Nebrif.

Archiuum publicum, id est armarium publicum, scilicet vbi libri ponuntur, seu instrumenta seu acta habentur. C. de fide instrũ. in auth. ad hæc. & nouel. xxx. quæ. ff. pertinent.

Arcus est pons lapideus, nec appellatione arcus venit pons ligneus. ff. de aqua plu. arcen. l. sua pra. iter.

Area, inquit Festus Pompeius lib. j. locus est vacuus quasi exaruerit, & non possit quicquã generare, qualis est in qua terũtur messes. Est quoque in vrbe solum, siue terræ superficies, in qua nihil est ædificatum. Florentinus de verb. signi. l. fundi. Locus, inquit, sine ædificio in vrbe, area in rure, ager appellatur. Nebrif.

Area locus est in vrbe sine ædificio. l. fundi. de verbo. sig. Interdum significat rusticum locũ vbi messes teruntur. l. vltim. C. de serui. sic dicta ab ariditate, quòd in ea fructus arescant.

Arelatensis ab eo est, quod est Arelas, siue Arelates ciuitas prouinciæ Narbonensis: nunc est Arles. Pli. lib. 33. Pompeius Paulioni equitis Arelatensis filius. Sæuola. libr. xxxiij. dig. de vsũ & vsufructu. l. codicillis. Ad rempubli. inquit, Arelatensium pertinere.

Arena plerunque pro amphitheatro ponitur, quo in loco bestiæ edebantur, siue appellatus, ab eo, quod arena in solo spargebatur, quæ sanguinem effusum ex vulneribus, siue ferarũ siue gladiatorum ebiberet. Iuuenal. Lenonibus atque lanistis Libertas inuisque idem conringat arenæ. Vlpia. lib. xlviij. dig. tit. de accusation. l. qui iudicio. Qui cum bestiis, inquit, de pugnandi causa in arenã intromissi sunt. Hinc & Arenarij dicti, qui operas suas locabant, aut obiiciendo se feris, aut cõgrediẽdo cũ altero gladiatore: cuiusmodi homines infames sunt. Callistratus lib. xxxviij. de operis libertorũ. l. hæc demũ. Neque arenarius, inquit, manumissus, &c. Nebrif.

Arena appellabatur amphitheatrum: quo in loco spectacula edebantur. l. qui iudicio. de accusa. Inde arenarij, qui ibi de pugnabant. l. ea demum. de oper. libert.

Arenæfodinæ dicuntur loca, in quibus arena foditur: quæ etiã arenariæ dicuntur. l. sed & ij. de publi. tametsi quidam malint ibi legere arenæ.

Arenatores dicuntur qui in arenis deiecta, & collapsa solent extrahere, & dicuntur humiles

Ies personæ: vt C. de incest. nuptiis. l. humilem.

Arengn, est opta, & concors verborum sententia, quæ ponitur post. salutationem in priuilegiis arduorum negotiorum.

Areopagus locus erat Athenis, vbi fuit olim summum concilium, quod de cædibus atque id genus iudicabat.

Aresetusa nomen celebre est fœminarum in libris Digest. In libris recentioribus mendose legitur arethusa. Neque ignoro; Arethusam nympham esse; & fontem eiusdem nominis in Sicilia, de vtraque Virgilius in Bucolicis, & in quarto Georgicorum lib. Sed quod ad iuris rationem attinet nihil refert Aresetusam dicas, an Arethusam, nos puritatem lectionis defendimus, quod Grammatici prium est officium. N.

Argentarius non tam argenti opifex est, quam is qui pecunias publicas exigit, aut pecunias sub fide publica permutat, qui vulgò Campsores appellantur. Marcellus lib. xi. de statuliberis. l. Stichus. aut argentariæ, inquit, mensæ exercitores. Itē lib. xj. Dig. tit. de edendo. l. prætor. Prætor ait, Argentariæ mēsæ exercitores.

Argentarij sunt quasi Campsores vel argentariæ mensæ exercitores, qui singulorum solebant rationes, id est calculos & instrumenta conficere, scribētes accepta & data, ita quòd ex scriptis eorum quæ erant communia, doceatur & sciatur quantum datum sit, & quantum acceptum, qui aliàs dicuntur numularij, vt infrà de N.

Argentifodinæ, aurifodinæ, sulphurifodinæ, lapidifodinæ, arenæfodinæ: sunt loca in quibus huiusmodi res fodiuntur.

Argentum escarium dicitur quod in vsu habetur ad epulandum, id est, ad esum & potum. l. sed & si. §. si cui. de au. & arg. leg.

Argentum factum quod dicitur, declarat Iurisconsul. in l. Quintus. de aur. & argen. leg.

Argentum infectum appellatur, rudis materia argenti, id est, nō facta. l. etsi. de aur. & ar. leg.

Argentum pusulatum apud Suetonium accipitur pro purgatissimo argento, de quo fit mentio etiam in l. naue. de locat. licet Bud. attestetur ibi non absurdè legi posse postilatū, vt rudem argenti massam intelligamus. lege pusulatum.

Argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidē, de hæreti. cum ex iniuncto. Et dicitur quasi arguens mentē, vel quasi argutè inuentum, vt no. Bern. in c. forus. de verb. significa. aliquando sumitur pro experientiæ, rerúmque vsu. vt instit. in proœ. §. cúmque, ibi. sed q̄ in ipsis rerum obtinet argumentis, id est quod est in viridi obseruantia.

Argutus dicitur secundum Isido. qui



qui citò inuenit argumenta in loquendo. i. subtilis, & astutus.

Arma sunt defensoria. Et nomine armorum veniunt fustes, lapides, ferrum, & omne illud quod manu & arcu mittitur, prout not. Bern. in cap. sicut dignum. de homi. Et sic tela comprehēduntur, licet arma propriè sint quibus defendimur. Tela etiā quibus impugnamus. instit. de public. iudi. §. lex Cornelia. & not. in clemen. ne in agro. §. quia. de statu monac. in glo. super verbo, arma. & l. armorum. ff. de verb. signific.

Armarium vel armamentarium est locus vbi arma ponuntur.

Aridi fructus qui dicantur, vide C. de vsur. auth. ad hæc.

Armenia, vide C. de offic. magist. mili. l. vlti. & de agric. & cens. l. cùm antea. libro xj.

Armentum, inquit Varro de Lingua Latina, dictū est quod boues maximè parabantur, vt inde eligerent ad arandum: inde armenta dicta postea, tertia litera extrita: pro aramenta. Festus tamen Pompeius armentum id genus pecoris appellat, quod est idoneum ad opus armorum. Pomponius tit. de ver. signific. l. boues. Boues, inquit, armentorum magis quàm iumentorum nomine appellantur. Nebris.

Armentum est magnorum animalium, vt equorum, & boum, grex verò minorum, vt porcorum, caprarum, & ouium, licet etiam largè sumatur pro maioribus. ff. de abigeis. l. j. in fin. & clem. j. de deci. Nam armenta propriè dicuntur pecora gregis, inde armentarius, id est, armentorum custos.

Armillæ, inquit Festus, erant ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerebant, dictæ quòd antiqui humeros cum brachiis armos vocabant, vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Vlpian. lib. xxxiiij. dig. tit. de auro & argento leg. l. argumento. inaures inquit, & armillæ. Nebris.

Armillæ enumerantur inter muliebria ornamenta. l. argumento. §. ornamenta. de aur. & argento legato.

Armus est spatula assata alicuius animalis, vt in cap. vnico. circa medium. in verb. principis vnctio. de sacr. vnctio. & ibi per doct. 1. Reg. 9. eo.

Arrha arrhæ, siue arrabo arrabonis, propriè illud est quod datur pro emptionibus confirmandis: nam quemadmodum Vlpianus ait, sine pretio venditio nulla est, neque pretij numeratio, sed consentio facit emptionem. Sed (vt Gaius iurisconsultus ait) quod arrha pro emptione datur, non eo pertinet, quasi sine arrha conuentio nihil proficiat, sed vt euidentius probari possit conuenisse de pretio. Sed cur in sponsalibus

bus contrahendis ab sponso arrhæ dentur sponsæ, vnde quæ ea res habeat originem, pauci nouerunt. Consuetudo fuit apud maiores nostros, vt sponsus & sponsa inituri fœdus matrimonij se inuicem coementent facta igitur pretij conuentione, & sponsa emebat sponsum dotis pretio, id quod Plautus expressit dicens: Imperium accepi, dote libertatem vendidi & Iuuenalis: Veniunt ando te sagittæ, Libertas emitur. Econtrario sponsus emebat sponsam. Vnde est illud Virgilianum ex primo Georg. Teq; ibi generum Tethis emat omnibus vndis. Sed quia vtrunque pretium futurum erat in potestate viri, accipit ille dotem, quia emptus est in sponsa: illa vero tatum accipit arrhas, quod est quasi quoddam emptionis signum, aliquando tamen arrha pro pignore simpliciter accipitur apud auctores. Nebr.

Arrha dicitur in emptione & venditione id quod datur in testimonium vel signum venditionis. Est enim arrharum datio argumentum emptionis & venditionis contractæ.

Arrhæ sponsalitiæ, vel sponsalitiæ secundum Hostien. in sum. de sponsa. & mat. §. vnde dicantur, versi. sed quia arrhæ, dicuntur donatia data inter sponsum & sponsam in signum matrimonij contrahendi & remunerandi consentientes, & fit hoc per verba affirmatiua, scilicet, Do tibi arrhas istas, vt cum filio meo contrahas. Et hæ arrhe dicuntur sub annuli, quia fiunt per immissionem annuli iuxta illud, annulo suo subarrhauit me, vt patet per eundem. §. quot sunt species.

Arreptitius, id est, possessus a dæmone.

Arrestare est aliquem vel bona sua per mandatum iudicis impedire, ne moueatur a loco donec conquerenti respondeat, vt cap. ij. de crimin. falsi. & l. relegatorum. ff. de interdictis & relegatis.

Arrogare est aliquem qui sui iuris est in filium recipere, inde arrogatus filius dicitur ille, qui sic assumitur in filium. Et sic arrogator est pater qui accipit aliquem hoc modo in filium. Et est differentia inter arrogationem & adoptionem, quia ille adoptatur qui non est sui iuris, sed alterius potestati subiectus, vt supra visum est. Sed arrogator ille qui primo sui iuris est, & per arrogationem transit in potestatem Patris licet arrogatoris. Vnde, arrogo qui, suus est, sed habet meus esse necesse. Patris adoptio sui, sed patris permanet idem. De hoc do cog. leg. capit. vnico. in gloss. i. Item arrogare in alia significatione, id est, adscribere. Vnde dicitur arrogans quasi omnia



omnia sibi adscribens. Inde arrogantia, id est superbia. Differunt tamen, quia superbia est inanis gloria de eo quod quis habet, vt sunt Philosophi, Legist. & alij sufficientes in sua. Sed arrogantia est inanis gloria de eo quod quis non habet, vt cùm quis credit ea se scire, quæ tamen nescit.

Ars est collectio præceptorum, insti. de iusti. & iur. §. iuris præcepta. Vel ars secundū Porphy. est de infinitis sumpta doctrina. no. ff. de iusti. & iur. l. j. super verbo ars. Item ars quandoque sumitur in malam partem, vt C. de his qui ad sta. confu. l. j. & ideo dicitur arte, id est dolo. xxij. q. v. quacunque.

Ars quandoque dicitur cura animarum, vt de æta. & qual. cum sit. Item secundum Archid. ars dicitur actus damnatus, vt in c. vnico. de vita & honest. cler. lib. vj. ibi si per annum artem istam ignominiosam. Etiā balistarij dicuntur exercere artē. de sagit. cap. j. & magi dicuntur exercere artem, & coqui de cō fect. distinc. v. ne tales.

Aratrū est idem quod arotrum.

Artemo, onis, trochleæ genus est machina ad subleuanda onera, quæ Græcè dicitur epagon, Vitruuius libro decimo de architectura: In radice, inquit, machinæ collocatur tertia trochlea: eam Græci epagonta, nostri artemonem appellant. Lucas in Apostolica historia. cap. 27. artemone quasi Græca dictione vtitur, cū dicit: Et leuato artemone secundum auram flatum, tendebant ad littus: nam in Græco artemona positum, sed fieri potest, vt à sermone Latino acceperit Lucas, cùm præsertim qui cum Paulo erant in ea nauigatione Romani essent, aut saltem Romanè loquerentur. Quod si artemo dictio Latina esset, non potest per th aspiratam legi, id quod Isidorus putauit, cùm nulla dictio Latina th, sed nunquam vllam aliam consonantem aspiratam recipiat. Iabolenus de verborum significa. l. malum. Malum nauis esse partem, artemonem autem non esse Labeo ait. Nebris.

Artemon est id quod retro ponitur ad nauim gubernandam. l. malum. ff. de verb. signi. & Bal. in l. precibus. C. de impuber. & aliis substitut. Sed Alcia. in d. l. malum, ait esse velum additicium dirigendæ nauis causa, quod verius est.

Articulus est pars intentionis continens illud quod actor probare intendit. facit. ca. veniens. ij. de testi. & gl. in c. præsentium. & teites. eo. tit. lib. vj. Et articuli dicuntur capitula in iudicio probanda. eod. titu. per tuas. Et quādoque assertiones, & quandoque intentiones. ca. ex parte A. in fine. de testib. & not. Pan.

in

in cap. cùm dilectus. de fid.instrum. adde q articulus quandoque significat idem quod statim l.fin.C. de offi. com.fac. pal.interdum ponitur pro themate seu casu, vt in l. non possunt, de legibus, aliquando pro particula.l. triplici. de verborum significa.

Artifex quid sit,& nomina diuersorum artificũ.vide tex.iuncta glo.quæ exponit significata eorum in l.j.C.de excu.ar.lib.x.

Artificiales operæ sunt quæ ad artificium pertinent,veluti pictoriæ,& fabriles.

Arupex quis dicatur,vide in ca.j. xxvj.q.iij.& not.gl.in l. nullus. C.de malefi.& mathe.

## De A ante S.

As dicitur tota hereditas, vel quicquid in xij. partes diuidi potest.In asse autem continentur certæ partes, scilicet xij. quarum quælibet habet proprium vocabulum. Sunt enim ista nomina xij. partium assis. Vncia,sescunx,& est vncia cum semiuncia.Sextans, quia sextã partem significat, id est duas vncias.Quadrans, quatuor vncias significat. Triens tres vnciæ. Quincunx quinque, semis,septunx, bes,dodrans,dextans,deunx,as. De quibus omnibus require loco suo. & Inst. de here.insti.§.hereditas. & in glos.ver. sescunx. As tamen in possideribus idem est quod vnum.Etiam ponitur pro obolo.Vnde versus.

As obolus pondus,as est possessio tota.

Ascriptitius glebę dicitur ille qui adscriptus est glebæ, fundo,siue solo terræ,& adstrictus per scripturam, in qua promittit domino soli se nunquam à solo discedere. Et ex illa scriptura ascriptitius constituitur, sed tamen per eam solum non probatur,imo secundum Azon.& Hostiens. aliquando scriptura est necessaria,in qua confiteatur se esse adscriptitium. Et à gleba quam colit, nec volens recedere permittitur, nec inuitus potest compelli ad recedendum,nec sine gleba potest alienari, inter ascriptitios glebæ & originarios colonos quidam hanc dicunt esse differentiam,quia ascriptitij inhærent glebæ,ita vt sine gleba nõ trãsferantur. Sed coloni originarij non sic inhærent prædiis quin quandoque sine prædiis dominus fundi possit eos mutare,& transferre ab vno prædio in aliud, item inter seruos & adscriptitios secundũ Azon. & Hostiens.penè nulla est differentia.C.de agrico. & censit. l.ne diutius. libro xj. ideo autem dicitur notanter penè, quia seruus potest vendi sine peculio,sed adscriptitius nunquam sine solo: item ascriptitij in prædiis in quibus ascripti



pti sunt contra domini voluntatem ordinari possunt,& matrimonium contrahere: vt in authen.de sanct.epis.§. adscriptitio. serui verò non. C. de episco,& cler.l.iubemus. insti. de iur. personarum. §.j.& ibi gloss. in verbo, aut serui.licet secundum canones si contrahant matrimonium,tenet. Et ascriptitij quia tenentur colere terram,dicuntur coloni. Et quia ascriptitij deputati sunt ad hæc facienda,ex conditione sua dicuntur ascriptitij. Et quia ex sui origine, vel patrum,vel auorum suorum,ita adhærent glebæ, vt sine gleba vendi non possint, nec gleba sine illis ideo dicuntur originarij.Require agricola.& in frã colonus. Breuiter dicas,q ascriptitij serui seu coloni appellantur qui glebę seu prędio colẽdo perpetuò addicti sunt, inde nunquam recessuri, dominisque prædiorum annuos reditus omnes præter sumptũ & victum reddituri.

Assassini,fuerunt quidam infideles,qui ex quibusdam falsis opinionibus nitebantur ad occidendum Christianos,contra quos statutæ fuerũt pœnæ grauissimę,extra de homicid.cap. pro humani.lib.vj. Bart.autem in l. non solùm. §. si mandato. de iniur.& in l.Cicero.de pœn. eos vocat assassinos, qui ob pecuniam quẽpiam interficiunt. De assassinis diffusè tractant Docto.in authen.sed nouo iure.C.de fer.fugit.& in dicto c. pro humani.

Assecla,id est seruus,eo quod sequatur aliquem causa lucri,secundum Isido.lib.x.etym.

Assectari quis dicitur matrem familiam.aut puellam,qui tacitus libidinis causa frequenter insequitur.l.item apud.§. appellare.de iniur.

Assellare est opus naturæ facere: vt dicitur,dum assellaret emisit intestina.

Asserere,est in libertatem vindicare.vnde assertores dicuntur vindices alienæ libertatis.

Assertio secundum Azo. in Sum. de assertione tollenda, erat quoddam vanum & friuolum iudicium quorundam,qui dicebantur assertores, eò quòd asserebant eum liberum, qui tamen erat seruus.

Assessores dicuntur qui assident iudici,non vt iudices,sed vt approbaturi iudicis sententiam, quomodo Saluator noster discipulis dicit:Sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicãtes duodecim tribus Israël. Iulius Firmicus libro secundo Matheseon:Mars,inquit,assessores maximos iudicum facit. Paulus libro primo Dige. titu. de officio assessoris. l.j. omne Officium assessorum,quo iuris studiosi partibus suis fungũtur,in iis causis constat. In Co-

dice quoque Iustiniano titulus est de assessoribus & cancellariis. Nebris.

Assessor dicitur quasi assidens iudici in cognitione causarum, suum præbens concilium iudici, qui alio nomine dicitur officialis iudicis,& consiliarius. Item dicitur domesticus iudicis.de hoc vide Azon.in Sum. C.de assess.& demonst.qui videtur ponere differentiam inter assessorem & domesticum iudicis & causidicum.& Accurs. C.de domest. & protect.in rubrica,libro xiij.

Asseuerare & profiteri quomodo differant:vide C.de probatio.l. non nudis.

Assidei sunt Iudæi qui semper cultui diuino insidebant.

Assiduè qualiter intelligatur, vide extra de præben.cap. significatum.& de offic.archipresb. capit.primo.

Assisij dicuntur vulgò mansionarij, quasi assidui ministerio ecclesiæ,& sunt beneficiati,nõ etiam canonici,vt not.glos.in cap.cùm ad hoc.de cleric.non residentib.

Assignare fit nudis verbis testamento vel codicillis.ff.de verbor.signi.assignare.& ff.de assignat.lib.l.j.§. assignare. Et not. Anch.in ca.appellati.de appel. lib.vj.in glos.fin.

Assignatiuus libertus, require infra libertus.

Assistere.i.cumaliis esse.C.de ad. diuers.iud.l.vlt.& ibi not.

Assisterium est locus vel domus sanctimonialium,sicut monasterium monachorum,in quo seruiũt Deo,vt est tex.in authi. hodie nouo iure.C.de cust.reo. Item assisteria est illa,quæ præest assisterio,quia ipsa curæ aliarum assistit principaliter.Et secundum quosdam Azo videtur exponere assisterias,id est, fœminarum debilium instatrices.in Sum.C. de episc. & cler. §.nunc de orphanotrophis.vel ascetaria,id est reclusa, ab assistendo, quia quotidie assistit orationi. Itẽ ascaterium apud Græcos est locus,in quo vnus sacerdos, quinque acolythi, quinque mulieres,quæ assisteriæ dicuntur,sunt manentes:vt xxvij.q.j.si quis rapuerit.in glo. [In locis suprà citatis legitur ascaterium & ascetaria.]

Assistrix,id est ancilla, dominæ assistens ad seruiendum.

Assolatus.i.ad terram redactus,& inuenitur in Nathã Propheta.

Asta,vel potius hasta fiscalis,est venditio quæ fit à fisco sub hastatione.Quandoq; autẽ fiebat hastatio cũ dicebatur per præconem.Qui plus dederit infra mẽsem,ille rem habebit, licet ergo infra mensem aliter venderetur, tamen admittebatur adiectio infra certum tempus, vt C.de fid.instru.& iure hastæ fiscalis.& de adiectio.l.j.Si autem cũ ipso emptore conuentum



tũ esset,vt posset dare plus offerenti,esset pactum in diem adiectionis,vt ibidem in glos. l.si tempora C.eod.

Astruere est affirmare, asserere, vel assimilare.de cau.possess. & propri.cum ecclesia.& etiã est probare.de hæret.cũ ex iniũcto.

Astutè.i.malitiosè.C.de legib.l. ij.

Astutia est cũ aliquis adassequendum aliquid siue bonum siue malum falsis viis & simulatis vtitur,vnde propriè accipitur in malum,non enim oportet etiam ad bonum finem vti falsis viis vel simulatis.2. Corinthi. 4. Abdicemus occulta dedecoris non ambulantes in astutia,neque adulterantes verbum Dei.

Asylum interpretatur templum misericordiæ,quo confugientes olim tuti erant, nec inde extrahi poterant. l.quis sit fugitiuus. §. apud. de ædil. edic. vbi Budeus.

Asystatos,vt vulgati habent Codices.in l.qui quadringenta.ad l.Falcid.exponitur, id est non consistens status.

## De A ante T.

At dictio aduersatiua est, vel superbundat, vt in authenti. de trien.& semis. §. & quod sæpe. aliquando ponitur pro certè,vt instit.de fidu.tut.§.j.& de rer.diuis.§.insula.& qui.alie.li. §.at ex contrario.

Atauus est pater abaui,& atauia est mater abauiæ.

Athleta interpretatur pugil siue certator,quia athlos est certamen,& athlon ipsum certaminis præmium:res quidem honorifica: non quemadmodum eorum qui artẽ ludicram exercent,infamis.Iuuenalis: Læuibus athletis & vasa nouissima donat.Vlpia.li.xxvij.tit.de excusationibus. Athletæ,inquit, habent à tutela excusationem. Vlpianus lib.ij. Dig.titu. de iis qui not.l.athletas. athletas autem artem ludicram non facere. Nebrissens.

Athleta dicitur pugil siue certator.l. athletas.ff.de is qui not. infam.vbi Bud.ait,athletarum verbo gymicos omnes intelligi,hoc est, luctatores, cursores, pugiles, saltatores, item qui discũ in sublime iaculantur in ludo gladiatorum:& ad hoc quòd athleta habeat immunitatem tanquã victor,requiruntur tria. Primò quòd à tenera ætate fuerit in arte pugnandi.Secundò,quòd habuerit tres coronas victoriæ, & vnam ad minus in altera Roma. Tertiò, quòd obtinuerit aduersariis incorruptis,ita Bar. to.in l.vnic.C.de athlet.libr. x. & ille text.facit pro trina examinatione fienda antè, quàm quis doctoretur,& trinam approbationem debet reportare, secundum Bar.ibidem, quem refert Abbas in ca.cùm secun-

dum Apostolum.de præbend. numero 7.& in cap.cùm venerabilis.de except.in princ.

Athletæ secundum Accursium dicuntur qui sine mercede,gratia virtutum pugnabant, vt ff. de iis qui not.infam.l.athletas. & C.de athle.in princ.lib.x.

Atnepos & atneptis, est filius vel filia abnepotis vel abneptis.

Atornari dicuntur procuratores apud acta constituti: in c.vnic. de stat.regul. libro vj.§. porro.

Atque pro sicut ponitur.ff.de iur. dot.l.si pater mulieris:aliquando ponitur pro id est,ff.de administr.tut.l.j.in prin.aliquando pro sed.ff.de negot. gest.l. cum alicui.§.primo.aliquando id est,perinde.ff.de pactis.l.itē quia.

Atqui ponitur pro certè, vel atquin pro certè. institut.de fid. tuto.circa medium.ff.de offic. prætor.l.Barbarius. versicu.atquin verum est.

Atriensis siue atriarius, seruus est,qui aliis seruis à domino præponitur,dictus quòd atrio, hoc est primę domus parti,vbi apud antiquos diuitiæ adseruabantur,custos adhibebatur,de cuiusmodi seruo Virgil.intellexit cum in Aeneid.dixit: Fidúsque ad limina custos. Et qualis est aut fingitur Plautinus ille Saureas atriensis, qui sit quasi œconomus,siue villicus.Plinius Cæcilius in epistolis:Sumptus atriensium, topiariorum & fabrorum. Seneca quoque in epistolis:Sed habet villicus atriensis colonus. Vlp. lib.xxxiij.titu.de fundo instructo.l.instrumenta.in fi.Si villa inquit,cultior est, veluti atrienses & scoparij.Item de verborum significa.l.in lege.Vtrū ait,dispensatores,insularij, villici,atrienses.Accursius atrienses interpretatur qui purgant atrium.

Attriarij sunt serui siue custodes atrij,& iidem dicuntur etiam atrienses.Horum summá erat olim auctoritas,vt ex Plau.tradit Alcia.in l.in lege.de verb. sig.nam & negotia domini procurabant,& res venales distrahebant,& debita exigebant,& in alios non parum iuris habebant, imo vt ibi idē Alcia.scribit, Atrienses dicti sunt,quòd in atrio cæteris seruis cibaria distribuerent.

Attrox, id est, immisericors vel crudelis, quasi acris sit moribus,secundum Isido.lib. x.ety. Attrox iniuria,quasi contumeliosior & maior appellatur,l. prætor.§.atrocem.de iniur.& quot modis atrox iniuria fieri dicatur,traditur in §.atrox. insti.de iniur.

Attellanus,na,um,ab Attella vrbe Campaniæ, de qua Sillius lib.vndecimo punicorum.Iám que Attella suas,iámq; & Calatia adegit. Inde Attellani ludi,& Attellanæ comediæ.Iuuena



uena. Vrbicus ex odio risum mouet attalenæ Gestibus autonoes. Sceuola titu.de legatis iij.l.patronus.Fundum,inquit, in regione Attelana legauit.N. [In pand. Florent. est attela.]

Attentari pudicitia alicuius dicitur,cum id agitur, vt ex pudico impudicus fiat,l.attentari. de iniur.

Attestari est absenti denuntiare. l.subsignatum.de verb.sig.

Attestationes sunt dicta testium vel testimonia ordine iuris in scriptis redacta.

Attilianus tutor dicitur, qui olim ex l. Attilia Romæ dabatur iis quibus nullus omnino fuerat tutor. Instit. de Attil.tuto. in princ.

Attonitus media breui, est eleuatus vel quasi quodam pauore concussus.

Attritus est afflictus, consumptus, exhaustus, imbecillis, vel fessus.

Atyptus est qui malè exprimit verba, secundum Bud. in l. item Offilius.de ædil.edi.

## De A ante V.

Auarus appellatur cæcus & ambitiosus.c.quorundam, de ele. lib.vj.quia ita excæcatur eius animus,vt agenda non videat, & à prohibitis non declinet. xlvij.dist.virum.& c.sicut hi.& differentia inter auarum, largū & prodigum, habetur de consuet.ex parte.

Auctio ponitur pro publica rerū venditione,qua plus offerentibus addicuntur.

Auctor dicitur, à quo quispiam rem comparauit aut alias adeptus est.

Auctorē fieri est approbare quod geritur aut gestum est.l.etiam. ff.de auctor.tut.

Auctorare aliquem,est illum nō obnoxium facere atque obligare,quoniam autores dicuntur,qui habent potestatem aliquid faciendi,& sine quorum autoritate non potest aliquid fieri.Vnde tutores dicūtur autores pupillorum, & milites dicuntur autorari à duce siue præfecto exercitus,id est obligari in illorum verba iurantes.Vnde titulus est apud Iurisconsultos, de legēndo vel autorando milite.& inde autoramentum pro ipsa obligatione.Vnde Seneca dicit,Nullum sine autoramento malum est. Et Cicero in primo officiorum.Est enim illis ipsa merces autoramentum, seruitutis.Vlpianus libro xxvj. titu. de autori. & con. tut. l. etsi pluribus. Si tutor, inquit, auctoretur cui administratio tutelæ concessa non sit,pro obligetur. Inde componitur exauctorare, pro eo quod est ab obligatione soluere.l.in verbo exauctorare. Nebris.

Auctorati est auctorem fieri & approbare.l.etsi. de auto.tuto.

aliàs ponitur pro obligare. vnde auctorati milites, id est ære stipendiario obstricti, siue sacramento.

Auctoritas & consensus tutorum & curatorum, requiritur in tutor & curator.

Auctoritas præstanda. nor. secundum Azo. in sum. C. de auto. præstan. Auctoritatem præstare est, cùm quis dicat se approbare id quod agitur, hoc est, auctorem fieri. Præstare autoritates potest quilibet tutor in rebus minoris ad quem spectat periculum administrationis. Et sic autoritas videtur idē quod consensus legitimorum tutorum & curatorum. Et differē etiam inter autoritatem & potestatem, vide per Hostien. in sum. de sacra vnct. §. refert autem.

Adde q; autoritas præter notam significationem aliquando accipitur pro iure vendicandi rē suam, qualibet vsucapione reiecta, vt cùm in l. Attinia dicebatur, Quod surreptum erit, eius rei æterna autoritas esto. Interdum significat actionem pro re euicta. l. vlt. de eui. item, ius quod quis ab autore, id est, venditore consecutus est. vt in l. vlt. de pign. actio. ponitur & pro simplici consensu. l. cum adoptio. de adop. Habet præterea aliàs significationes, de quibus apud Alciat. lib. ij. parer. cap. ix.

Autorizare est cingulo militem vel ordinibus clericum decorare vel ordinare.

Authenticum est liber iuris ciuilis excerptus, quasi quædam summulas ex aliis legalibus libris, continens ix. collationes & ix. partes principales. Sed authētica authēticę est lex vel §. incorporatus in libro Codicis. & ergo semper allegatur authentica. C. tit. tali vel tali, vt C. de episc. & cle. authē. generaliter. & sic additur titu. sed non additur numerus collat. Et dicitur authenticum, q uasi authoratum & comprobatum.

Authentica persona quæ dicatur vide not. per Archid. extra de elect. c. licet canon.

Authentica scriptura quæ sit vide extra de fide instru. c. j. & ij. per Bern. Innoc. & Hostien.

Aucupium dicitur locus aptus ad capiendum aues, vel thete, vel virga viscata, vel tugurium ad hoc præparatum. An aucupare liceat in fundo alieno. ff. de seru. rust. præd. l. diuus. & institut. de rer. diuis. §. ferè.

Audax dicitur qui nihil metuit, & sumitur propriè pro arrogāte. Et ita dicuntur audaces facientes contra ius. in authen. de admi. circa. princi. col. viij. Quandoque sumitur in bona parte. viij. quæst. audacter. in princ. xxxvij. q. v. si Paulus. vers. caue. quæso.





Audacia idem est quod temeritas, & accipitur in malo. c. ij. de censi. lib. vj. distin. iiij. factæ sunt, & not. Archi. in c. ij. præalleg. in glo. ij.

Audiens, id est obediens. ff. de arbit. l. arbiter. ex compromisso.

Audientia licet etiam aliter capiatur, propriè tamen magis dicitur esse facultas & potestas loquendi corā superiore alicui cōcessa prout dicimus, data est illi audientia vel denegata est ei communis audientia.

Auditor in curia Papæ vocatur, qui vice iudicis alicuius causam vel causas audit, in clem. audito. de rescript.

Auditor cameræ Papæ dicitur, qui audit negotia super thesauro Papæ, & super his quæ ad cameram Papæ pertinent.

Auditor contradictoriarum dicitur in curia Papæ, qui audit impetrantes rescripta ad lites vel aliter ad ius commune pertinentes gratias.

Auditorium est forum causarum vel locus in quo causæ audiuntur. Sed tamen rectè potest dici auditorium magistrorū vbi disputant, & non magistri forus, sed iudicis, cū sic in curia Papæ vocetur, & dicitur ab audiendo. Vnde & pro ludo literario sumitur. l. viij. C. de stu. lib. & auditor dicitur discipulus. l. ij. §. pen. de orig. iur.

Auditus exponitur, id est, consensus, vt in authenti. vt inimo. an te nup. dona.

Auellere est auferre violenter vel extirpare, vt ff. de incend. rui. naufra. l. iij. §. non solum.

Auerta inquit Alciat. in l. quoniam. de curs. pub. est pectorale equorum. Bud. putat esse loralatiora, quæ per terga equi iugalis excurrūt, sub alis eius succinta. Sed Alciat. tentat. accipi posse pro capitis ornamēto quo habenæ figuntur, sic dicta q; per eā auertatur equi prout sessori visum fuerit.

Auertere. i. distrahere. C. de naui. l. qui fiscales. libr. xj.

Auersione vel per auersionem vēdere aut locare est (vt quidam interpretātur) cum periculum venditor vel locator à se auertunt in emptorem vel conductorē. l. qui officij. de contrah. emp. & l. j. §. exercitorem. de exer. actio. Alciat. verò lib. vj. Parer. c. xxiij. legit aduersione & nouiter declarat.

Aues si legentur, quid veniat in legatum, docet Iurisconsul. in l. auibus de leg. iij.

Auferre differt ab amouere & rapere, vt not. in l. iij. §. non solum de incen. rui. & nauf.

Augere & ampliare non eundem habent significatum, de quo suprà in verb. ampliare.

Augustalis capitur pro dignitate quadam, quæ inter magistratus municipales erat, de qua in l. quinque. C. de cur. Appellabatur & angustalis præ-

fectus Aegypti, vt ex titulo, qui est, De offic. præfec. Augu. significatur ex eo dictus, quòd ab Augusto constitutus esset.

Augustus vt attestatur Tranquil. primus omnium vocatus est Octauianus ab augendo Imperio, ex quo deinde & qui post eum Imperarunt, id nomen sibi assumpsere.

Auia est mater patris & matris.

Auiaria sunt in quibus asseruantur aues. l. auibus. de leg. iij.

Aureus: id est solidus. insti. de pœ. temerè litig. §. fi. & lxxij. aurei faciunt libram auri. C. de suscept. & arca. l. quoties. & nota. de in ius voc. l. fin. & C. de ser. fugi. l. quicunque. sed x. aurei faciunt libram argenti. C. de argen. pret. quod infertur l. vni. libro x.

Aurichalcum, dicitur secundum Isido. quod splendorem habet auri, & duritiem æris.

Auricularius est consiliarius vel secretarius, cui solent secreta domini committi.

Aurifex est qui operatur aliquid de auro sicut aurifaber.

Aurifodina, est locus vbi foditur aurum. Sed aurificina est locus in quo fabricatur aurum.

Aurigenarij, vel auricẽtenarij. no. C. de cur. pub. l. quoniam. li. xij.

Aurum coronarium dicebatur, quod erat coronis faciendis aptissimum, & quantum possumus coniectura assequi, est illud quod ex insulis Indorum nuper repertis aduehitur, non quodcunque, sed quod vulgò dicitur Guanim: neque enim est eiusdem speciei, cum auro communi, quoniam igni purgatum, non pertingit gradum vigesimum. In sacris literis hoc genus auri Cethim dicitur. & inde Cether dicta est corona auri. Huius generis auri meminit Iustinianus in suo codice. titul. de Iudæis. l. Iudæorum. Quam formam, inquit, patriarchæ quondam coronarij auri nomine postulabant. Item libro decimo de auro coronario, lege vnica. Ad collationem, inquit, auri coronarij placuit neminem absque consuetudine esse cogendum. Sed cur illud auri genus destinaretur coronis, illam puto fuisse causam, quòd splendore quodam peculiari fulget. Nebr.

Aurolegato non debetur pecunia aurei, aurei autem anuli debentur. l. cùm aurum. & l. etsi. in princ. de auro & arg. leg.

Aurum coronarium dicebatur, quod conferebatur ad coronationes principum, vel quod coronarum faciẽdarum nomine præstabatur. Alij dicunt coronariũ illud esse, quod dabatur athletis, prout not. Azo, de auro corona. C. lib. x.

Aurum factum quod dicatur, definit Paulus Iurisconsul. in l. pediculis. & Vlpian. in l. Quintus. de auro & arg. leg.

Aurum



Aurum obrizum appellatur purgatissimum & excoctissimum, vnde obrizati solidi. in l. j. C. de oblat. vot. lib. xij. ex purgatissimo auro conflati.

Aurum publicum est quod pertinet ad ærarium fisci. C. de aur. pub. per. libro decimo.

Aruspex est inspector momentorum vel horarum quo puncto aliquid sit inchoandum, ita dicit glo. in l. nullus aruspex. C. de male. & math. Sed verius appellatur Aruspex, aut potius huruspex, quasi horarum spectator. cap. j. xvj. q. iiij.

Auscultare, id est, obedire, attendere & audire mandatum cum effectu. vt in c. illud. de maior. & obedien. in glos.

Auspicium iuris, idem est quod exordium litis, secundum Ber. in cap. pastoralis. de cau. pos. & proprie. in gl. j. Sed secundum Alber. & alios auspicium, id est augurium, quasi auis garrium, vt xxvj. q. iiij. ca. j. quia sicut ille qui se committit augurio, id est diuinationi quæ fit in garritu auium, dubius est, ita ille dubius est qui se committit liti.

Aut quandoque ponitur disiunctiuè, vt quando altero posito necesse est alterum tolli, vt cùm dicitur dies aut nox. Quãdoque etiam ponitur copulatiuè pro &. Nam quandoque sumus in materia in qua requiritur vtrũque extremorum per talem disiunctiuam coniunctorum, vt in capitu. si post præstitum, de confes. lib. sexto. De hac dictione habes in authent. si quando. C. de constit. pecun. & l. cùm quidam. C. de verb. signific. & clem. sæpe. co. titu. ij. quæstio. v. omnibus. in glos. ij. xx. q. j. monachum. & c. cùm virum. de regul. l. lti. ff. de verbor. signific. Sed autem aduersatur in facto & iure. ff. de nego. gest. si autem, & qualiter accipiatur autem, vide Bart. & doctor. in l. hoc amplius. §. de his. ff. de dam. infect. Et qualiter capiatur aut, vide Archid. xlvij. distinct. cap. j.

Automata siue automataria dicuntur opera quæ ex se mouentur, cuiusmodi sunt horologia. l. cætera. §. finali. de legatis primo.

Antophorus fur manifestus. l. iij. de furtis.

Auunculus est frater matris, & auunculus magnus est frater auiæ, inde proauunculus frater proauiæ, & abauunculus frater abauiæ.

Auus patris vel matris pater.

Auxilium iuris est suffragium & beneficium iuris, prout dicitur, contra hæc prodita iuris auxilia, vide de hoc ff. Ad Syllanianum, lege cùm dominus. Frustrà auxilium legis inuocat, qui committit in legem. ff. de minoribus. l. auxilium. de vsuris. capitulo quia frustra.

## De B ante A.

Baburrus vel baboſus idem eſt quod ſtultus vel hebes, & babigor idem.

Bacchari, hoc eſt, baccharũ more lymphaticè vaticinari l. prima. §. fin. de ædil. edic.

Bacchari mulier ſeruili amore dicitur, in §. fin. inſtit. de ſucceſſ. ſub. quæ ita ardenter ſeruum adamat, vt veluti furore correpta videatur.

Baiulare, idem eſt quod portare.

Balanus genus eſt glandis. l. carbonum. ff. de verb. ſignific. licet aliqui ibidem legant mendosè ballariis. Acron verò ſcribit balanum eſſe herbam vnguentariã, & ab Horatio pro vnguento myrobalano poſitam. Balanus etiam nomen eſt vrbis in Epyro, vt refert Strabo.

Balbus dicitur balbutiens vel titubans, qui verba non explicat ſed frangit, à balbando dictus, ſed bleſus dicitur qui literas imperfectè profert.

Baliuus eſt officium dominitemporalis. vt C. de ſenten. excom. dilecto. li. vj. & in cle. j. de pœ.

Baluca aurum eſt nondum purgatum, neque adhuc in maſſam redactum. Græce chryſamos dictũ, & quaſi ab eo quod fit aurũ imperfectum. Neq; eſt verbũ Latinum, quod Accurſ. putauit, ſed Hiſpanum. ſcribit Plinius libro 33. natur. hiſtor. rii Hiſpani, inquit, aurum quod minutum eſt, balucam vocant Iuſtinianus libro vndecimo, in titul. qui eſt de metall. & met. Octonos, inquit, ſcrupulos in baluca. Et infrà l. ob metallum. Quatuordecim, inquit, vncias in baluca. Cuius legis ſenſus hoc eſt, quòd ſi metallarij conduxerunt à principe aurifodinam aliquot auri libris, puta centum, id debere eſſe purgatum, quod ſoluendum eſt. Quod ſi voluerint ſoluere in baluca, debere pendere pro ſingulis libris quatuor denas vncias, hoc eſt pro intertrimento & ſpurcitia duas vltra duodecim. Eſt operæpretium audire ſomniantem Accurſium. Baluca, inquit, vas lucens, quaſi in eo vaſe aurei illi vectigales principi deferrentur. Sed quia hæc interpretatio ſibi non placebat, adiecit aliam non minus ridiculam. Vel baluca, inquit, quaſi baiulans lucem, hoc eſt, auri ſplendorem. Die mihi, ô Accurſi, hoc eſt de quo tu gloriaris, accurrere vel ſuccurrere legibus, an potius ea quæ dilucidè à legiſlatore dicuntur, tenebris inuoluere? Neb.

Baluca eſt publica vtilitas, vel eſt vas luteum. C. de meta. & met. l. j. libro j. ſecundum Accurſ.

Balnearij fures, qui in balneis furantur. Balneatores, qui miniſtrant in balneis.

Balneatorium inſtrumentum appellatur, quo vtimur in balneis.



neis. l. pictoris. de fun. inſtr. le.

Bannire ſecundum dictavulgariũ videtur idẽ eſſe quod proſcribere: & dicitur bannitus quaſi proſcriptus de ciuitate.

Bannitorium eſt locus cauſarum alias panditorium.

Bannum à recentioribus dicitur illa ſpecies exilij, quæ ab antiquis dicebatur proſcriptio. Ergartados huiuſmodi exules Hiſpani appellant, Itali bannitos, ij ſunt de quibus in iure ciuili & apud auctores Latinos dicitur, quod carent de iure togæ, quibus aqua & igni interdictum eſt. Codice de epiſcopis & clericis in noua conſtitutione Federici: Banno inquit, imperiali ſubiaceant.

Bannum ſecundũ vulgare Gallicorum & longobardorũ, videtur eſſe edictũ publicũ, iuxta illud quod dicit Rayn. c. quod clericis. de foro comp. & preco pariſienſis nuntiat bannum nomine epiſcopi à Rege.

Bapheus interpretatur tinctor, & baphe tinctura, vtrunque ductum à bapto, quod eſt tingere ſiue colere inficere. Seruius in illud Virg. libr. 4. Georg. Hyali ſaturo fucata colore: iuxta Terentiũ, inquit, ſunt Baphia, vbi tingitur lana. Iuſtinianus libro vndecimo Codicis, tit. de murilegulis. l. Baphei, inquit: Per quos & priuata noſtra ſubſtantia tenuatur, & ſpecies gynæcij confectæ corrumpuntur. Idem in titu. de veſtibus holoberis. l. purpuræ. Ad baphia, inquit, phœnices. Nebr.

Baphius dicitur tinctor, & baphia taberna tinctoria. l. ij. C. de murileg.

Baptiſmus eſt ablutio corporis exterior facta ſubordinata forma. de conſe. diſt. iij. c. neceſſarium, & per totam diſtin. De triplici baptiſmo vide ibidem in c. baptiſmi vicem.

Barbari ſunt qui extra Romanum imperium ſunt, & maxime hoſtes. inſti. in proœ.

Barbaricarij de quibus in l. j. C. de excuſ. arti. lib. x. ſunt qui barbaricas veſtes intexunt, aliter dicti phrygiones, quorum ars vt ibidem ait Alcia. eſt ex auro & coloratis filis, in veſtibus hominum animaliũmque effigies exprimere.

Bariles dicuntur vaſa ſicut in alipibus ſolent haberi.

Bar-iona, id eſt filij columbę, ita dictus fuit ſanctus Petrus. diſt. xix. ita Dominus. & Mar. 16.

Bartolus lucerna iuris ciuilis, ſic eum appellat Ang. in l. j. C. de iudi.

Baſes dicũtur orbiculi, illi in quibus vaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur, quorum meminit Iab. in l. heres meus. §. pen. ff. de leg. iij. quanuis apud iuriſconſ. verba mendoſè circunferantur, ſunt & aliæ maiores, vt ſeſſiones ſtatuarum, columnarum, ſeu ſtatuarum

Universidad de Deusto Biblioteca

cuarum sunt & fabricarũ quæ à fundo consurgunt, & suppositæ fabricæ sustinent pondus. & de his intellexit Pompo.in l. pen.ff.de verb.signif.

Bases strutiles sunt veluti pedamenta, & sedes columnarum ex lateribus calcéque,non etiã solido lapide compositæ. Alc. & Bud.in l.pen.de verb. sig.

Basilica dicitur palatium Regis, & inde dicitur quælibet ecclesia basilica, quia est palatium regis æterni. De hoc per Archid.lxiij.distinc. non oportet. ij.& ibi concordan. Adde quòd basilica dicitur ecclesia constructa antequam sit consecrata, post consecrationem verò vocatur ecclesia.No. Io. Andr. in c.nobis.suprà,inverbo eccle siam.de iure patro.

Basilicæ viæ sunt quas consulares vel prætorias vocant. l.ij.ff. ne quib.loco pub.

Bastagarij siue bastazõtes,dicuntur bajuli & corbulones, qui ferunt onera humeris, dicti à bastazo verbo Græco,quod est porto as,Latinè.Iustinian.libr. xj.Codicis.titu.de murilegu.& bastagariis.l.iiij.Quod ad præsens,inquit, remediũ pertinet, quintũ animal bastagariis pro reparatione præbeatur. Accur. nihilo plus succurrit , quàm solitus est: Sunt, inquit, bastagarij, qui cogunt rusticos ad hoc, vel sunt becharij de domo principis. Becharios Itali vocant lanios , siue laniones, sed diuinat,vt solitus est aliis in locis. Nebr.

Bastagiarij secundum quosdam dicuntur quasi bestiæ angariæ, eo quod rusticos angariabant, id est,angebant ad quintam bestiam præstandam.vt C. de muril.l.quod ad præsens. lib. xj.& secundum Accurs. bastagiarij sunt de domo principis , quasi bestiarij,primo modo,vel quasi vastatores animalium,secundo modo aliter bestatores. Adde quòd bastagiatij secundum Alcia.in rub.C.de muril. erant qui vestes ad tincturam ferebant referebántque.

## De Bante E.

Beare,id est prodesse , vnde beati appellantur diuites & felices, quia cæteris prodesse possunt & debent.l.bonorum.de verborum significatio.

Beguardus,& beguina, vel beguta , sunt viri & mulieres tertij ordinis,qui etiam aliter vocantur fratres de pœnitentia. De his vide clemen. j. de religio. dom. vbi Hostiens. & vide cle. ad nostram.de hæret.vbi damnatur secta talium beguardorum & beguinarum. Item cap. cùm ex eo. de excess. prælat. libro sexto. & clem. cùm ex eo. de sentent.excom.

Bellum iustum quid sit, innuitur xxiij. quæstio. ij. per Archidia. in Sum.& c.iustum bellum. Iustum videlicet, illud quod fit de præcepto principis de rebus repetendis, vel propter iniuriã repellendam. Sunt autem septem genera bellorum , de quibus vide Archidi. in Rosario xxiij.q.ij.c.& iustum. Et sciendum quòd belli appellatio accipitur dupliciter, scilicet, pro ipso conflictu , vt in l. bello. in prin.de excusatio. tutor. & pro tempore militiæ,vt institut. de excusatio.tutor.in princ.

Belos,dictio Græca,quæ idem significat quòd telum.l.si calumnietur.de verb.signif.

Beneficium sumitur latissimè pro omni liberalitate. Minus latè pro liberalitate ptincipis: & sic sumptum significat largè & strictè.Largè vt continet beneficium strictè sumptum,& cum hoc rescriptum &priuilegium. Strictè dicitur beneficium principis concessio facta à principe de aliqua re, vel iure: quod est principis concedẽtis,& per hoc differt à rescripto vel priuilegio: & licet ita strictè sumatur,tamen eius interpretatio latissima est,l.pe. ff. de constit.prin.c.cùm dilecti.in fin.de donat.& de verbor. signifi. cap. olim. Natura enim princeps debet esse liberalis in his quæ sua sunt, verbi gratia, Princeps alicui concedit domum aliquam delatam ipsi principi cum integro eius statu. Hæc verba sumuntur latissimè, scilicet,cum his quæ insunt,& adiacentibus & omni iure suo.l. si quãdo.cum ibi not. C. de bo. vacan.libro decimo. Sed pone princeps cõcedit domum, non apponendo cum integro eius statu: certè sola domus concessa videtur , quia verbum domus, ad illa non potest extendi, videlicet curiam, viridarium , & adiacentia. facit l. si quando,prælega. nisi aliun de sumeretur scientia quòd princeps de illis intellexerit. Nam sola liberalitas non est sufficiens significatum , nisi aliud significatiuum concurrat, quia alias sequeretur quòd concedendo vnam rem videretur aliam concedere.

Beneficium iuris est id quod à iure conceditur vel indulgetur. Et horum beneficiorum iuris quædam sunt ordinaria,quędã extraordinaria, vt illa quæ ex speciali priuilegio quibusdam specialiter indulgentur, sicut beneficium restitutionis in integrũ ecclesię vel minori xxv. annis çoncessum,facit de in integrum restit.capitul. j. & ff.de constitut.princip.l.penul.

Beneficium epistolæ diui adriani. Require infrà in epistola.

Beneficium nouæ constitutionis de fidei iussore. Require infrà fidei iussor.

Beneficium nouæ constitutionis de duobus reis stipulandi vel promittendi est,per quod subueni

uenitur duobus reis debendi, vel promittendi, vt per ipsum postulare possint se non in solidum, sed pro parte tantùm posse conueniri, nisi se obligauerint, & huic beneficio renuntietur, & hoc adiecta noua constitutione in actione de duobus reis promittendi & stipulãdi, quia vt dicit Azo in Summa. C. eodem tit. effectus duorum reorum promissionis fuit vt si duo vel plures eandem pecuniam promiserunt, aut stipulati fuerunt, ipso iure singulis in solidum debeatur, & singuli debeant. Poterat ergo ab vno eorum in solidum peti, quia vnusquisque eorum in solidum erat obligatus.

Beneficium cedendarum actionum. Require infrà cedendarum actio. Quomodo autem renuntietur his instrumentis & beneficiis. Require infrà renuntiatio. & de hoc in Spec. tit. de renuntia. §. finitis partium. versic. sed not.

Beneficium ecclesiasticum datur ratione officij, de præb. cùm secundum apostolum. lxxx. dist. si quis à modo. Ergo beneficiũ potest non conferri excommunicato. c. cùm bonæ. de æta. & qualit. quia officiari nõ potest, nec fructus percipit, secundum Gosfre. de cler. excom. ministr. §. si tamen quæris.

Beneficium feudorum Federici, & beneficiũ fœminæ, hæc duo require in lib. feudorum.

Benemeriti sunt, qui aliquod insigne seruitium fecerint. capit. si quis papa. lxxix. dist. nam pro præmio remunerandus est seruus libertate. cap. episcopus. §. in criminali. xij. q. ij. tamen benemeritus largè dicitur quicunque nondemeruit. l. seruos. ff. de manu. testa. sic quilibet dicitur dignus qui non est indignus. c. dudum. de præsumpt.

Berones sunt sacri, quasi perones à para dicti. Bud.

Berytus ciuitas est Syriæ Phœnices, prope Tyrum & Sidona, patria Vlpiani Iurisconsulti. Plinius libro quinto. Berytus, inquit, Colonia, quæ Felix Iulia appellatur. Scæuola lib. xlv. Digest. titu. de verborum obligatio. l. qui Romę. §. Callimachus. In prouincia, inquit, Syria, in ciuitate Beryto. Paulus quoq; in tit. de censib. l. j. Berytos, inquit, in Phœnicia. Hinc berytius, tia, tium. Vnde Plinio vina bentia celebrantur, legę statim biblij. Nebr.

Bes, id est octo vnciæ. §. hereditas. instit. de hered. instit.

Bestias, inquit Vlpia. in l. j. de postul. accipere debemus magis ex feritate, quàm ex animalis genere.

Ad bestias damnati dicebantur: qui in exercitationem depugnandi cum feris in theatro addicti erant: quæ pœna longè mitior erat, quàm bestiis obiectorum: hi enim protinus laniabantur à feris, quos bestiis subiectos interdum Iurisconsulti vocant: vt in l. pœna. ad legem Pompe Bud.



Berytus, vrbs est metropolitana, olim literarum studiis celebertima, hodie vulgò dicitur Lauitus.

## De Bante I.

Biarcha vel biarchus dicitur princeps xl. militum, à bis viginti, & archos, princeps dictus, vt colligitur l. iij. C. de agend. in reb. vbi apparet quòd biarcha est minor dignitate quàm centarcha cui est potestas centena ri, quia dux centum militum.

Adde quòd biarcha vel biarchus vocatur, qui comparat necessaria aduitam totius domus principis: bios enim Græcè, vitam significat, archos principem. Aliàs dicitur biarceus, quòd vitæ necessaria curet.

Biblius a, um, à Biblo oppido quoque Phœnices de quo Strabo, Plinius, Mela. Est & in eadem prouincia Palæbiblos, id est antiqua biblos. Bibliorum meminit Ezechiel Propheta, cap. 26. & 27. Iustinianus libro decimo Codicis, titu. qui est de municipibus, & originariis. l. j. Cùm te Biblium origine, incolam autem Berytium esse pronas. Vtraque enim Syriæ Phœnices est ciuitas, & altera alteri finitima est.

Bibliopola, est venditor librorum.

Bibliotheca, locus quo libri reponuntur, quod plenius explicat Vlpianus in l. librorum. de legatis ij.

Bidens, tis, genus est instrumenti fossorij, dictum ex eo, quòd duos habeat dentes, quemadmodum rastri, quod habent plures. Iuuenalis: Viue bidentis amans, & culti villicus horti. Vlpianus libro xxxiij. dig. l. instrumenta. Ligones, inquit, farculi, falces putatoriæ, bidentes. Nebris.

Bidẽtes annumerat Vlpianus inter instrumenta rustica. l. instrumenta, de fund. instru. Est autem bidens instrumentum fossorium, sic dictum, quòd duos habeat dentes.

Bifaria, id est, bis nupta.

Bigamus secundum Hostiens. dicitur qui diuersis temporibus & successiuè, duas legitimas habuit vxores. xxxj. quæstio. j. aperiant. Sed largè & interpretatiuè dicitur, qui contra-

xit cum corrupta vel vidua. xxxij. distinc. seriatim, vel qui duas vxores habuit ante baptismum, & aliam post, xxxiiij. distin. c. si quis viduam, vel qui castitatem promissam violauit. xxvij. quæst. j. quotquot. vt subdiaconus vel monach⁹ qui contrahit de facto, cum de iure non possit, vel qui vnam de iure, alteram de facto, vel qui de facto duas duxit vxores, vel qui vxorem adulteram postea scienter cognoscit. Nam non potest promoueri ad sacra, cuius vxor adulterata est etiam si eam virginem duxerit, dum post adulterium eam cognouit, alias secus. xxxiiij. distinct. si cuius vxorem. Secundū quosdam autem indistincte bigamus censetur etiam si ignoranter cognoscat eam sicut qui publicam pœnitentiam egit, vel repudiatam duxit. l. distin. in capite ieiunij. Dicitur autem bigamus secundum Innocen. iuxta vulgare prouincialium quasi bis gamus, id est, stultus vel fatuus, quia ibi stultus dicitur gamus. Vel dicitur bigamus à bis quod est binū, & gama quo est mulier, quasi homo binæ mulieris vel bini coniugij. Et licet bigamus ad saterdotium promoueri non possit. cap. j. de biga. quia prohibentur bigami non propter culpam, sed propter sacramenti defectum. cap. debitum. eo. titu. tamen in necessitate bigamus ordinatur in subdiaconū. xxxiiij. distin. subdiaconus. Et bigamus non est ille qui contrahit cum vidua si est cognita. cap. debitum. præalleg. Nec est bigamus contrahens cum vnica & virgine. de cler. coniu. c. sane.

Bigamia triplex est: vna videlicet quoniam quis duas vel plures habet vxores. Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est quādo quis castitatē promissam per votū solēne violat, vel quādo sciēter cognoscit vxorem adulterā, & cū talibus nō dispensatur, & qui tales ordinat, priuatur officio, & potesta te ordinandi. Et similiter ordinatus tali ordine priuatur, vt not. eod. tit. c. ij.

Bima, id est duorū annorum. de annu. leg. l. iij. & de vsufr. leg. l. si vsusfructus.

Bini, æ, a, nomen est numerale distributiuum, siue diuiduum, hoc est, quod significat tot res illarum quæ diuiduntur singulis competere, vt si dixeris, bini argentei sunt viritim distribuendi, intelligimus quod singulis viris competunt duo argentei. Poetæ, abutuntur hac significatione, accipientes bina pro duobus simpliciter. Virgilius. i. Aeneid. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Idem in 8. Frænáque bina meus quæ nunc habet aurea Pallas. Accursius



cursius huiusmodi nomina in bis tantum interpretatur, vt bina pro quatuor, quina pro decem: dena pro viginti, contra mentem legislatoris, magnóq; sensus detrimento. Lege in dictione deni. Est alia significatio huiusmodi nominum cum iunguntur nominibus pluraliter declinatis, vt si dicas, binas literas tuas accepi, intelligo q̄ accepi duas epistolas, sed binas dixi, quia literæ, arum, prò epistola caret numero singulari. Hinc est, quòd M. T. reprehēdit filium Ciceronem, quia scripserat se accepisse duas literas, cùm debuisset dicere binas, nam dicendo duas, significabat quòd duo tantū elementa accepit, puta a, b. Neratius lib. xxxix. tit. de damno infe. l. quod conclaue. Binarum, inquit, ædium: & in alia lege, de seruitutibus vrbanorum prædiorum, cuius initium est, Binas ædes habeo, alteras tibi lego, vtrobique significat duas domos. Nam ædes pluraliter declinatum, vt diximus in dictione ædicula, domū priuatā significat. Quòd si dixisset duas ædes, intelligēdum esset quòd habebat duo tēpla: quandoquidem ædes templum significat in vtroque numero, aut quemadmodum Accursius interpretari consueuit, in bis tantum, quatuor templa.

Bisextus appellatur dies ille intercalaris, qui in quarto quoq; anno interponitur, mense Februario, die sexto Calen. Martias, vnde bisextus dicitur, q̄ bis numeramus sexto Calendas Martij. Sed vt alterum ab altero distinguatur, in priori dicendum est sexto Calendas Martij, die intercalari, posteriori simpliciter sexto Calend. Martij. Est autē intercalare ferè interponere. Causa verò adiiciendi illum diem, ea nimirū fuit, vt cursus solis cum numero dierū congrueret, quod fieri non posset, nisi quarto quoque anno dies vnus adderetur, qui colligitur ex quadrante, hoc est sex horis, quæ ad complendum solis cursum post trecentos sexaginta quinque dies supersunt, de quo multa apud Macrobium in primo Saturn. Celsus de verb. signific. l. cùm bisextus, &c. vbi Accursius multa delirat. Nebris.

Bissextus habet dies cccl xvj. vt nota. in l. cùm bissextus. ff. de verb. sign. Et vnde dicatur, not. Bern. in cap. quæsiuit. de verb. sign. & not. ff. de statu lib. in l. cùm heres. §. Stichus.

Byssicus, a, um, siue byssinus, a, um, est res ex byssi materia cōstans. Est autem byssus genus lini candidissimi circa Elidem Achaiæ nascēs, neque vsquam ferè alibi: quēmadmodum Carbasus in Hispania iuxta Tarraconem: de vtroque Plin. est

autor lib.19.Nat.historiæ.Byssi meminerunt sactæ literæ in vtroque testamento.Martianus lib.xxxix.tit.de publicanis. l.fi. Xylocinnamonum, opus byssinum,vbi pro byssico mendose bussicum legitur. Nebr.

## De B ante L.

Bladum secundum Accurs. in l. triticum.de verb.oblig.dicitur omne quod in area teritur.quę diffinitio etiam Bar.placet in l. prima.§. de eo opere.de aqua pluuia.arcend.

Blandiri sibi apud Vlpian.in l.iij. de admi.tu.est seipsum fallere.

Blasphemare quid sit,docet Bart. in l.ité apud Lab.§.ait.de iniu.

Blæsi teste Budæo sunt qui certâ aliquâ literam exprimere non possunt. mentio sit in l.ité Ofilius,de edil.edic.de quo & su prà in ver.Balbus.

## De B ante O.

Boethi logistarum,adiutores eorum sunt qui rationes publicas discutiunt.Et inde boethius nomen accepit:boethus enim Græcè,Latinè dicitur adiutor secundum Accurs. C. de tab. scribis,& log.lib.x.

Bolida vel bolidis est massa plumbi quam mittunt nautæ ad mare ad experiendum profunditatem.vnde, Per bolidâ plumbi dicę massam significari, per quam nauta solet maris explorare profundum.

Bombycinus, a, um, quod est à bombyce.Est autem bombyx vermiculus, ex cuius capillamento depectitur,quod vulgò dicitur sigo siue seda. Gallis soye.Nam sericũ longè aliud est,quàm quod putat vulgus in certus loquẽdi artifex, de quo in verbo Sericum. Sunt igitur vestes bombycinæ,quas ignari harum rerum vocant sericeas. Iuuenalis:Hæ sunt quæ tenui sudant in cyclade,quarũ Delicias & pãniculus bombycinus vrit.Vlpia.lib.xxxiij. tit.de au. & arg.leg.l.vestis. Vestimento rũ,inquit,sunt omnia lanea lineáq;,serica vel bõbycina. N. Bombycina vestimenta appellantur,quæ ex bombycũ vermiũ telis confecta sunt.l. vestis.de auro & argen.leg.

Bona,orum,inquit Festus,dicuntur substantia rerum:sic dicta, quòd viris bonis digna sunt. Sed aliter vulgus accipit bona, aliter sapientes.Vulgus nãque imperitum ea tantum appellat bona,quæ sunt fortunæ subiecta:cùm illa infimũ gradum in genere bonorum obtineant, imò verò secundum Stoicos neq; omnino sint bona simpliciter, cætera verò bona cum additamento:aut bona vtilia, aut bona iucunda. Iurisconsulti tamen quia cum vulgo & ad vulgum loquuntur, bona vocant patrimonium & censum cuiusque, vt Vlpianus titu.de verb



verborum signific. l.bonorum appellatio,&c. Nebr.

Bona dicuntur sic à beando, eo quòd habeant,id est beatos faciunt vel prosunt. Nam beare, idẽ est quod prodesse,& quod prodest, beat.l.bonorum.ff.de verb.sign.Sumitur autem hęc dictio pro omni bono vtili, delectabili vel honesto,spirituali vel temporali, vt j.de anima. In iure autem hæc dictio bona in plurali,& neutraliter significat res nostras quę sunt in dominio nostro vel quasi, in d.l. bonorum. & ipsas res ex suo proprio significato communiter accepto,significat deducto ære alieno. Quandoq; autem non deducto significare concluditur,verbi gratia,Testator legat alicui certam partem bonorum,& ibi bona dicuntur deducto ære alieno.l.cùm autem.ff.de legat. ij. Nam sensus est,quòd per heredẽ deducto omni ære alieno de hereditate legatarius habeat quartam in bonis quæ supersunt, id est, quotam sibi legatam,& sine onere creditoris,vt in l. præal. Sed vbi testator herede instituto legat Titio omnia bona,vel per fideicommissum vult restitui,significat æs alienum non deduci,imo transire ad legatarium vel fideicommissarium. Et ita idem significat quod hereditas. l. nam quod. §. finali. cum l.sequent.ff.ad Trebellia. Finaliter, hæc dictio bona,significat latissimè omne quod quouis modo potest prodesse. Et prout in iure accipitur, in communi significatosignificat quæ sunt in nostro dominio vel quasi,deducto ære alieno. Significat etiam hereditatem, quando probabile mediũ commodius hoc declarat. Et sic bonorum appellatio aut est ciuilis aut naturalis: Ciuilis enim significat sicut lex & eius significatum se adapeat,& in bonis annumeratur, si quid est in actionibus, petitionibus,persecutionibus. lege bonorum.ff.de verborum significatione.

Bona aduentitia,castrensia,quasi castrẽsia,profectitia, quæ sunt, vide in ver.peculium.

Bona ciuitatis abusiuè publica dicta sunt. Sola enim publica sunt,quæ populi Romani sunt. lege bona. ff.de verborum significatio.

Bona materna,& materni generis sunt illa quæ ex matre vel auia debentur filiis familias, vel emancipatis deferuntur, & quandoque pronepotibus, putà res auiæ ipsorum.

Bona vacare,est ipsa dominum non habere.

Bonorum possessor dicitur ille, qui de iure prætorio alteri succedit, quia bonorum possessiones à prætore sunt inuentæ. Et est differentia inter

bonorum possessorem & heredem, quia bonorum possessor de iure prætorio succedit. inst. de bonorum possessio. §. j. & ff. eodem titulo: per totum. & est nomen iuris, vt notat Ber. de cau. possef. & propriet. in gloss. iiij. & ff. de verborum signific. l. hereditas. Aliud est possessor bonorum, duæ dictiones non nomen compositũ, significans factum & non ius, sed heres succedit de iure ciuili.

Bonorum possessio ponitur pro vna dictione secundum Azonem, & significat ius recipiendi persequendíque & retinendi illud quod in bonis illius erat cui succedit de iure prætorio, & differt à petitione hereditatis, quæ est de iure ciuili: vt Instit. & ff. præalleg. Item est ius quod persequimur, & in hoc differt ab actione hereditaria vniuersali, scilicet, possessoria hereditatis petitione. Et quãdo ponitur pro vna dictione, vt bonorum possessio significat hoc ius. Si autem dicitur possessio bonorum, tunc significat factum. Diuiditur autem bonorum possessio, quia alia est ordinaria, alia est extraordinaria. Alij diuidunt bonorum possessionem in has duas species, scilicet, bonorũ possessionem secundum tabulas testamenti, & bonorum possessionem contra tabulas testamẽti, vt infrà dicetur.

Bonorum possessiones extraordinariæ sunt duæ, ex testamento, scilicet secundum tabulas, & contra tabulas. Et quatuor ab intestato, scilicet bonorũ possessio vnde liberi, bonorum possessio vnde cognati, & bonorum possessio vnde vir & vxor: quarum descriptiones subiicientur.

Bonorum possessio extraordinaria dicitur duobus modis. Vel quia non est stabilita certa parte edicti, scilicet ex testamento tantum, vel ab intestato tantùm, sed vt vaga, quandoque ex testamento, quandoque ab intestato defertur, & competit tantùm his qui vocantur ex nouis legibus, vt ecce mater aliis in testamento institutis, postea in puerperio decessit, & filium quem gestabat in vtero præterit. Præsumitur enim filius hic institutus, & habet bonorum possessionem secundum tabulas, & septimam partem extraordinariam. Cuius bonum est exẽplum secundum legem corneliam, tam ex testamento, quàm ab intestato, quæ fingit eum qui moritur in captiuitate, decessisse ipsa hora captiuitatis. Et ideo quilibet potest ei noua lege cornelia ex testamento ab intestato succedere, vt insti. de bonorum possef. §. septima. Dicitur autem extraordinaria possessio, quia ius non tribuit, vt



vt carboniana, & quæ datur ventri, & quæ datur gratia litis agnoscendæ. vnde & extraordinaria datur sine causæ cognitione, quæ in ordinariis, quia omne ius tribuit necessaria est. Item bonorum possessio aliter diuiditur, quia alia dicitur bonorum possessio edictalis, vt quæ ex edicto prætoris mortui decernitur. Alia verò bonorum possessio decretalis, quæ à viuo prætore decernitur. Vel quia hodie nõ est necessarium eam decerni vel dari. Dicitur enim decretalis siue iudicialis, à iudicis præsentia, quę in eius agnitione exigitur, secundum Azonẽ: posset & illud dici vnam esse bonorum possessionem edictalem, & eandem edictalem, & eandem appellari decretalem vel iudicialem, ex eo quòd accipit efficaciam ex præsentia iudicis. Nec est differentia inter decretum & decretalem, licet quidam dicant contrarium. Repelluntur autem à bonor. possef. qui amiserunt libertatem vel ciuitatem, vt ff. de bonor. possef. tit. generali. l. edicto. Petitur autem bono. posse. à liberis intra annum vtilem, ab agnatis autem & cognatis infra centum vtiles dies, & si plures sint in eodem gradu, omnes admittuntur. Si autem repudiauerunt, vel tempore sint excluſi, statim possunt admitti sequentes infra eadem tempora, vt Instit. eodem titulo, §. liberis itaque.

Adde quòd bonorum possessiones edictales appellantur quas ordinarias vocant, quæ quidem ius tribuunt: Decretales verò sunt quæ vulgò dicuntur extraordinariæ: & hæ sunt facti, qualis est carboniana, & quæ ventris nomine decernitur, & his similes, quæ omnem vim ex decreto Præconis accipiunt, vt eleganter docet Alciatus in l. delata. de verborum signification.

Bonorum possessio secundum tabulas est ordinaria ex testamento. Et dicitur esse ex testamento secundum Azon. non quia iuuatur ex voluntate defuncti, sed quia non habet locum, nisi existente testamẽto, & datur scriptis heredibus, & eis deficientibus vocantur substituti. Et inde substitutis deficientibus vocantur substituti eis. Petuntur autem ex originalibus tabulis tantum, non exemplo. Item si fiat quæstio de tabulis, debet probari cuiusque intentio per septem testes, & non per duos tantùm, secundum Azon. licet quidam dixerunt cõtrarium. Si autem testator non facit testamentũ in scriptis, sed in verbis, vel nuncupatione rerum vel hominum, datur bonorum possessio secundum nuncupatio-

nem testamenti.

Bonorum possessio contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur, secundum Specul. in tractatu de libel. titu. de testam. §. sequitur videre. vbi dicit, Est & alia bonorum possessio contra tabulas, quæ datur filio vel nepoti præterito contra testamentum patris vel aui qui filium vel nepotem in testamento suo, vel vita præteriit, & datur etiam in tabulis, si filio vel nepoti legauit, ipse tamen legatum non agnouit: & secundum Azon. in Sum. eod. tit. defertur liberis naturalibus & legitimis tantùm, putà adoptiuis. Item natis & nascituris. Item emancipatis præcipuè, & his qui erant in potestate defuncti, & datur illis ex quibus potuit aut hereditas, aut bonorum possessio peti de iure communi. Datur autè à patre naturali, & in adoptione non habet locum hæc bonorũ possessio, nisi instituantur ab eo heredes, & alius eis committat edictum. Item alia est bonorum possessio cõtra tabulas, secundum Specu. ibidem, quæ datur patri vel matri, auo vel proauo, si sint præteriti ex testamento filij vel nepotis emãcipati gratis & sine pecunia, cũ quo non est factum pactum ne pater vel auus inquietaret sua iudicia, nec receptum est ab eo quantum satis est, qui etiam nec miles nec in militia decessit. Item secundum eundem ibidem est alia bonorum possessio contra tabulas quæ datur patrono prætorito contra testamentum liberti si sit maior centenario ad recipiendum per patronum tertiam partem sibi debitam de iure: & datur patrono si sit præteritus omnino, vel etiam si sit sibi minus tertia parte legatum, & tunc datur pro supplemento vsque ad tertiam partem. Et differt in hoc secundum Azo. à bonorũ possessione quæ datur liberis, quia tunc hæc demum datur si hereditas liberti sit adita saltem ab vno de heredibus. Sed illa quæ datur liberis, satis est quod quis potuit esse heres, licet non potuit petere secundum tabulas bonorum possessionem. Item notandum quòd querela inofficiosi testamenti ferè hoc idem operatur quod bonorũ possessio contra tabulas, quia testamentum rescinditur de facto. Sed Specul. dicit, quòd de iure scissum & irritum est. Sed in hoc differunt, quia bonorum possessiones omnes prætoriæ actiones sunt, vel edicta prætoria. Quærela autem inofficiosi testamenti ciuilis est. Et præmissæ bonorum possessiones ordinariæ sunt & competunt ex testamento. Aliæ bonorum possessiones competunt ab intest



intestato.

Bonorum possessio vnde liberi, secundum Specu. vbi suprà. §. viso, datur filio emancipato, quando pater decedit ab intestato, & est ordinaria, & eam non habent liberi in linea materna. l. quoties. C. de suis & legitim. heredib.

Bonorum possessio vnde agnati vel vnde legitimi ordinaria est & secundum Specu. ibidem datur proximis cognatis coniunctis per virilem sexum post liberos ab intestato. Et nota, quòd bonorum possessio vnde legitimi, non est caput speciale, sed generale, concurrens cum aliis speciebus bonorum possessionis, scilicet cum vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde ex lege & senatusconsulto.

Bonorum possessio vnde cognati similiter ordinaria est, & secũdum Speculatorem datur his ab intestato, qui per fœmineum sexum coniuncti sunt, vt si neque liberi, neque legitimi existant, cognati proximi succedant.

Bonorum possessio vnde vir & vxor similiter ordinaria est, & datur viro, muliere ab intestato decedente, agnatis vel cognatis non existentibus, vel econtra datur mulieri viro ab intestato decedente, agnatis & cognatis non existentibus. Et hæ omnes ordinariæ quatuor bonorum possessiones competunt ab intestato. Aliæ verò quæ sequuntur, sunt extraordinariæ.

Bonorum possessio extraordinaria est, quæ nomine caret, secundum Spec. ibidem, & competit his qui ex lege, senatusconsulto & constitutionibus principum tam ex testamento quàm ab intestato veniunt, scilicet, vt cum aliquis vult succedere patri suo quem ab intestato decessisse inuenit, cùm ab hostibus redit, vel cùm à captiuitate fuerit emancipatus, & sic iure ciuili cum cognatis in successione iure postliminij petit sibi hanc bonorum possessionem concedi.

Bonorum possessio ex lege Cornelia eodem modo datur filio emancipato de iure ciuili incognito, cum vult succedere patri decedenti ab intestato apud hostes in captiuitate.

Bonorum possessio extraordinaria septima datur vno modo patrono volenti succedere liberto ab intestato decedenti sine liberis. Alio modo filio volenti succedere in bonis matris, vel econuerso. Et datur alio modo infanti vel curatori eius, volenti succedere ex testamento matris, quæ testamentum mutare non potuit, præuenta morte, cùm in puerperio decessit, & alios filios

coheredes instituit. Datur autem hæc bonorum possessio filio adoptiuo, vel arrogato volenti succedere patri adoptiuo vel arrogatori ab intestato decedenti. Omnes autem bonorum possessiones præmissæ ius tribuunt, sed quæ sequūtur ius non tribuunt, licet facti sint.

Bonorum possessio carboniana est illa, per quam filius impubes volens succedere in bonis patris ab intestato, tanquam proximior, vel rumpere testamentum per contra tabulas, vel dicere ipsum nullum ipso iure cùm fuerit præteritus, cùm obiicitur sibi controuersia bonorum & filiationis: vel mouetur sibi quæstio status, putà quòd sit seruus, petit per carbonianum possessor institui per controuersiam motam de bonis, & filiationem, & quę stionem status, vsque ad tempora pubertatis suæ differri. Et datur solùm cognitione luminaria. Require infrà, carbonianum.

Bonorum possessio nomine ventris datur mulieri prægnanti in bonis mariti, in quibus secundum dignitatem suam sibi & familiæ suæ alimenta constituuntur.

Bonorum possessio ex edicto dui Adriani tollen. datur alicui volenti succedere in bonis alicuius ex testamento in quo institutus vel inscriptus est, ex eo quòd ostendit testamētum non cancellatum nec abolitum, nec in aliqua parte suā abrasum, secundum Alber. Et datur volenti succedere ab intestato, secundum Goffr. quod probat secunda pars rubr. quæ dicit de scripto herede. Sed ratio Goffr. dicit contra in Sum. Hoc tamen notandum secundum Spec. de bon. pos. q. bonorum possessiones olim fuerunt vtiles, sed hodie sunt inutiles, præterquàm in quinque casibus. Primus, quando viuo testatore posthumus præteritus decessit, quasi videatur testamentum rumptū iuris solennitate, cùm nihilominus heres scriptus ex isto testamento petit bonorum possessionem, vt in l. posthumus. ff. de inin. rup. & irrit. testam. Secundus est in l. filius. eod. tit. Tertius, institu. quib. mod. testament. infirm. §. ij. Quartus in l. heres. ff. de decret. ab ordin. facien. Quintus, in l. æquissimum. §. ij. eod. titu. & l. filius. C. de inoffic. testam.

Bonorum possessio ex testamento militis in militia decedentis, non datur patri, vel auo, vel proauo, vel contra tabulas, vt C. de testam. milit. l. ne quidam. & l. milites.

Bonæ fidei emptor dicitur, qui ignorauit rem alienam esse, vel putauit venditorem habere ius vendendi, scilicet, esse procuratorem vel tutorem. ff. de verb. signific. l. bonæ fidei.



Bonæ fidei possessor est, qui credit se aliquam rem iustè retinere, sed malæ fidei possessor est, qui iniustè scit se aliquam rem possidere, vt in reg. possessor. de regul. iur. lib. vj. & instit. de vsucap. per totum.

Bonum & æquum, teste Budæo l. j. ff. de iust. & iur. absolutam bonitatem, æquitatémque significat, & ceu iuris medullam.

Bonum nomen facere dicitur creditor, qui debitorem delegatum admittit, existimans soluendo esse. l. inter. §. abesse. ff. mandati.

Bos cornupeta, est bos qui facilè cornupetit, id est, cornibus pungit.

Boues non continentur sub appellatione iumentorum, sed pecudum vel armentorum. ff. de verb. signifi. l. boues. vnde si lego armentum, continentur boues. ff. de legat. iij. l. seruis. §. armento. sed si lego iumenta, non continentur, l. legatis. §. iumentis, eodem tit. & ff. de ædil. edict. l. ædiles.

## De Bante R.

Brabeutæ latinè designatores appellantur. l. athletas. de iis, qui not. infa. Sunt autem qui constituendis pompis præsunt, vni cuique incedendi locum & ordinem præscribentes, non dissimili munere eorum, qui Romæ vocantur magistratus cæremoniarum.

Bractearius est ille, qui secat aurū in tenuissimas laminas, quæ dicuntur bracteæ, vt apud Virgil. lib. 6. Aeneid. Tenui crepitabat bractea vento. Inde bractearius dictus. Iulius Firmicus libr. 3. Matheseos: Venus, inquit, aurifices, inauratores, bractearios, & argentarios facit. Iustinia. lib. decimo cod. de excu. artif. l. j. Artifices, inquit, bractearij. Accurs. Pentaburgos interpretatur, id est, qui faciunt quædam rotunda, & infirmo circa caput equi volubilia: sed in qua lingua dicantur huiusmodi artifices pentaburgi, ego fateor me ignorare: quemadmodum possum persanctè iurare, Accursium omnino non intellexisse, quid bractearij nomine significaretur. Ant. Nebris.

Bractearij in l. j. cod. de excusat. tut. artifices dicuntur, qui aurū malleis sursum, & ad quanuis tenuitatem ductile, rebus inaurandis inducunt. Nam bracteæ sunt auri tenuissimæ lamiuæ. Bud.

Brauium, victoriæ præmium.

Brephotrophium, locus est, vbi infantes expositi publicè aluntur: nam brephos interpretatur infans, & trophe alimentū: sic orphanotrophium dicitur, vbi aluntur orphani, & ichyotrophium vbi pisces, peristerotrophium vbi columbæ. Iusti-

nianus in Codice tit. de sacrosanct. eccles. l. illud. vbi mendosè bephotrophium legitur, expuncta secunda litera. Item & iterum l. sancimus. atque iterum l. vt inter. habétque accentum in penultima. Nebr.

Brephotrophus appellatur gubernator infantium pauperum, & orphanorum, & brephotrophium locus vbi huiusmodi infantes publicè aluntur.

Breuiter, not. Ioan. Cald. in commento suo super decreta, cùm dilectus. de cau. poss. & propri. & Ioan. Andr. de testamen. cap. primo. libro sexto.

Breuis, breue, breuiarium, dicuntur epitomæ siue commentarioli rerum summas complectentes, quæ vocant summaria.

Breuiatores quæ sint, not. in auth. de consu. & sunt etiam in curia Romana officiales qui sic dicuntur, qui scribunt & dictant rescripta curiæ Romanæ.

Breuiloqua hæc dictio significat substitutionem quæ breuibus verbis continet substitutionē, cumulationem seu multiplicationem. Etiam breuiloqua est illa substitutio, qua substitutionis vnius personæ ad aliam fit repetitio. Item breuiloqua illas tou & eodem modo significat substitutiones, vt significant eius verba, vel quæuis aliunde sumpta significata. Et dicitur breuiloqua, quia breuibus verbis fit, & breuibus verbis comprehendit plures substitutiones, vt not. Accurs. & Bar. ff. de vulg. & pupi. substit. De hoc vide infrà Substitutio breuiloqua.

Brocardica materia dicitur, quæ est contrariarum opinionum rationibus inuoluta.

Brutus dicitur quasi obrutus, quia sensu caret, & est sine ratione & prudentia, secundum Isidorum. vnde brutire, id est, infatuare.

## De B ante V.

Bubulcus est custos boum, aut qui bobus vtitur. Ouid. quarto de ponto: Per medias Istri plaustra bubulcus aquas. Cato de re Rustica: bubulcum vnum habeat, asinarium vnum. Paul. de fund. instru. l. cùm delanionis. De bubulco, inquit, siue de eo qui ibi bobus arat. Inde bubulonicus, a, um, res ad bubulcum pertinentes. vt in eodem titu. l. sed & stragulas, vestes. Ant. Nebr.

Bubulcus dicitur tam qui bobus arat, quàm qui boues pascit. l. cum delanionis. de fun. instr.

Bubulus est magnus & syluestris bos, vnde bubalinæ stragulæ, ex bubulorum pellibus confectæ, sed buculꝰ est paruus bos.

Buccellarij sunt latrones qui pronuntiũ ore captiuorũ lignum, vt non clament. C. ad l. Iul. de vi. l. vltim. vel melius dicebantur equites cataphracti per orientem: qui suberant magistro militum, author Alciat. in l. j. C. de ero. mil. ann.

Buccellānis, vt sentit idem Alcia. in præalleg. l. j. C. de erog. mil. an. appellatur id genus panis, quem vulgo vocant bis coctũ, nimirum ad diuturnitatem vsus excoctum.

Buccinum, genus conchyliorum est, ex quibus purpureus color fit: nam purpuræ annumerantur murices: buccina, quæ à Græcis dicuntur ceryces, & quæ proprio nomine dicuntur purpuræ. Vlpianus libro xxxij. qui est de legatis tertius. l. fi cui. §. vlti. Purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto, sed coccum non continebitur: buccinum autem & ianthinum continetur. Accurs. coloris genus dicit. Ant. Nebr.

Buccinum, species purpuræ. l. fi cui. §. fin. de leg. iij.

Bucus est garrulus qui cæteros oris loquacitate non sensu supetat, secundum Isidorum.

Bulla, est sigillum Papæ, vel litera quam dat papa, vel ornamentum schedulæ.

Bupresti, vt scribit plinius, bestiola est rara in Italia, similliima scarabeo longipedi. Idem libr. xiij. pollet, inquit, contra cantharides bupresti, & pithyocampas. Apud Marcellum xlviij. Dig. l. eiusdem. vbi pro bupresti & pithyocampis mendosè legitur buboſtris & pituocarpas. Siquidem bupresti dicitur quasi bouis præster, id est serpens: nam subit naresboum. atque ita enecat illos. N.

Bupresti animal est valde noxiũ, haud absimile scarabeo, de quo mentio fit in l. iij. ff. ad leg. Cornel. de sicar.

Burdo, partus est ex equo & asina sicut ediuerso mulus ex asino & equa. Hispani, burdieganos appellant. In quarto Regum libro cap. quinto, Hieronymo interprete: Obsecro, inquit, concede mihi seruo tuo, vt toliam onus duorum bardorum de terra, hos Græci ginnos vocãt. Theodorus Gazes ex Aristotele in libro de animalibus. Inos interpretatur. Vlpianus libr. xxxij. dig. qui est de legatis tertius. l. item legato. Vel lectica, vel burdones. Nebris.

Burdo, partus est ex equo & asina. l. item legato. de leg. iij.

Burgos vocant crebra per limitem habitacula constituta.

## De C ante A.

Caballatio, munus alendi equos publicos.

Caballus ab equo eo distat, quòd caballus ferè nunquam sine derisione dicitur, atq; ideo Satyrici poetæ, qui dum risum excutiant, nemini parcunt, caballo potius quàm equo vtuntur. Lucilius apud Nonium Marcellum: Succussatori tetri tard

tardiq; caballi. Et Horat. Saturreiano circunuectare caballo. Equus verò non dicitur nisi de apto,& qualem Virg.3. Georg. describit,dicens: cui ardua ceruix,Argutúmque caput,breuis aluus,obæsáque terga. Luxuriátque thoris animosum pectus,&c. Põponius libr. xxxiij. tit.de fund. instr. l. si ita. caballos, inquit, qui in pistrinis essent. Nam pistrinis non delegantur nisi mali,& de quibus Iuuenalis dixit: Dominos pretiis mutare iubentur Exiguis, tritóque trahunt epirhedia collo.Segnipedes digniq; molam versare nepotis. Hos Hispani rocines, illos cauallos appellant. Ant.Nebr.

Cacabus olla grandior est, siue illa sit ex argilla, siue ex stanno,siue ex argẽto, vel alia quacunque metallica materia. Columella libro 13. de re rustica, In cacabo figlino nouo coquitur,vel stãneo musti arbustiui aminæi vrna.Ecclesia.13. Quid communicabit cacabus ad ollam:quãdo enim se collisérint confringentur. Quasi cacabus sit ex metalli tantum materia, & olla ex creta duntaxat figlina.Pomponius libr. xxxiiij. tit. de auro & argen.leg.l.& si.§.si cui.certè,inquit, si cacabos argenteos habebat, vel miliariũ argenteum, id est, vas ad coquendum milium. Nebr.

Cacabos annumerat Paulus in l. cùm delanionis. de fund. instr. inter instrumenta fundi: sunt autem vasa in quibus coquitur pulmentarium.

Cadat ab omni iure suo. ista verba important per sententiam. Bel.in cap.Rodulphus, in xviij. versic.cadit ab omni iure suo. de rescript.

Caduca glans,quæ ex arbore cecidit. l. Sylua. de verborum significatione.

Caduca bona, quæ ad fiscum deferuntur.l.penult. de iis quæ in testam.delen.

Caducum, ex lege Papia, legatum erat relictum sub conditione, quia deficiẽte, vel viuo, vel mortuo testatore cadebat, & redibat, vel ad testatorẽ, viuum,vel ad substitutũ eo mortuo.Vnde titu.est in cod. Iustiniano, de tollen. caduc. Iuuen. Legatum omne capis, necnon & dulce caducum. commoda præterea iunguntur multa caducis. Nebris.

Caducum legatũ secundum Azo. in Sum.de caduc. tol. est quod deficit post mortem testatoris quacũque ratione. Et quia qui busdam modis & rationibus iniquis olim legata fiebãt quãdoque caduca,ideo lex ponit vnam rubr.cod.de cadu.tol. Et differunt pro non scriptum, quasi caducum & verè caducum.Legatum, pro nõ scriptũ est quando legatur alicui damnato in metallum, vel non existenti



stenti in rerum natura, puta nõ nato.Quasi caducum est quando non omnino cadit, sed verè caducum est,quãdo legatarius vixit post mortem testatoris, & superuenit ei conditio propter quam efficitur incapax legati. Sed in alio casu legatur illi qui est in rerum natura,sed moritur ante mortẽ testatoris. Primum accrescit sine onere, secundum verò cum onere.

Cadus vas erat vinarium, in quo vinum diffusum seruabatur.l. pen.de vin.trit.& oleo leg.

Cæduus,a,um,à cædendo, id est, scindendo dicitur, vnde sylua cædua dicta,quòd illius arbores licitum est scindere, siue lignorum, siue materiæ causa. Nam sylua nunquam dicitur nisi de arboribus.Plin. cæcilius in epistolis: cædua, inquit, syluæ,cum monte ipso descendunt.Cato de re Rustic. Sylua, inquit,cædua, &c. Papinianus xxiiij.dig.titu.solut.matrimon. l.diuortio. Si arbores, inquit, cæduæ fuerunt, vel germinales.Item de verbo.signific.l.sylua cædua.

Cæmentũ dicitur à cædendo,nec est quod vulgus putat, ædificij fundamentum, sed sunt lapides,vt ait Nonius, quibus ædificia consurgunt, citátque Si ennam in 4.historiarũ: Formidine, inquit, oppressis, quod humilem cæmẽtis instructum oppidi murum sciebat. Vitru. lib.1.Saxa quadrata, siue silex, siue cæmentum, siue coctus later.Vlpia.lib. xlj. tit. de riuis.l. Seruius. Si riuũ cæmentitium velit facere, audiendum esse, hic pro lapidibus quadratis posuit. Ant.Nebr.

Caius Iurisconsuit (pace aliorũ dixerim) peritissimus omniũ. Eius consulta consultissima citantur quàm sæpissimè in libris pandectarum, sed in illis Florẽtinis semper per c, caius: in recentioribus verò g,gaius, causa verò erroris ab eo est orta,quod Seruius grammaticus scribit in 1.Georg.Virgil.libro. tria esse nomina quæ scribuntur per c, proferri debẽt per g. eneius,caius:amurca.de amurca superius dictum est in suo loco:de caio per c, debere scribi Quintil. est autor libro primo orator.instit. Nebr.

Calamitas est infelicitas vel miseria quæ euacuatur omni bono,vel est pœna vel labor immensus.

Calata comitia dicebantur, autore Gellio, quæ pro collegio pontificum haberi solebant, aut regis, aut Flaminum inaugurandorum causa. Ea autem in duo genera diuidebantur, curiata videlicet, & centuriata,de quibus Dionysius Halicarnasseus, & Liuius in primo ab vrb.cond.scripserunt. comitia verò calata dicebantur ex eo,ꝙ populus vocatus in vnum locum

locũ ad ferenda suffragia conueniebat. Calein enim est vocare. Comitia prætereà à coeũdo, hoc est, conueniendo dicta sunt. Iustinianus lib.ij. Institutionum.titu.de testament.ordinandis: Testamẽtorum, inquit, duo genera invsu fuerunt, quorum altero in pace & otio vtebantur, quod calatis comitiis appellabant, id est, ad cuius solennitatem requirebatur populi vocati consensus. Reliqua lege ibidem. Nebr.

Calata comitia, de quibus fit mẽtio Inst.de testa.ord. quæ olim essent, enarrat eleganter Aul. Gel.lib.xv.c.xxvij.

Calcaria est fornax, vbi calx ex coctis lapidibus conficitur. Vnde Plin.in histo.nat.scribit, oliuas cinere ex calcariis lætari. Imperator in tit. de pœn.l.aut damnum, pro fodina posuit lapidum, ex quibus igni resolutis calx ipsa conficitur: nam de damnatis ad metallum loquitur, sunt autem lapides in genere metalli. Nam quod Accurs. dicit calcariam esse opus calcandi terram, etiam pueri qui nondum ætate leuantur, intelligunt esse perinane. Neb.

Calcaria, locus vbi calx conficitur, l.aut damnum.de pœn.

Calcearium, quod pro calceis impenditur.

Calcitrosus equus est qui solet calce ferire, id est, pedibus retro se percutere.

Calculator propriè dicitur, qui per lapillos rusticorum more computat, nam calculus est lapillus: vnde calculare, per lapillorum signa cõputare. Martial. Nec calculator inquit, aut notarius velox, eosdẽ appellamus & calcularios. Modestin. libro xxxvij. Dig.tit. de excus. tutor. Lspadonem. Neque calculatores, inquit, quos vulgò ratiocinarios dicimus. Nebr.

Calculator, secundum Isido. dicitur à calculis, id est, lapillis minutis, quos antiqui in manibus habuerunt, componendo numeros.

Calculus, id est, computus. C. de erro.calcu.l.vnic. Item est causæ cognitio & enumeratio, vt C.de iudic.l. rem non nouam. Item prima sententia definitiua. C.de appel.si actor. Vide ali quid de calculo de fide instru. cùm dilectus.

Calendæ & calendarium, vide in litera K.

Calẽdarium liber erat rationum, non quaruncunque, sed earum tantùm quæ ad fœnus pertinebant, & in quo debitorum nomina scribebantur: dictum calendarium, quia primo cuiusque mensis die, hoc est Calendis, pecuniæ dabantur fœnori, & exigebantur cum vsura. Quid. Si puteal Ianúmque timesceléresque calẽdas: celeres dixit, quia debitoribus cito redire videtur terminus debiti soluendi. Horat. Qui nisi cum misero tristes venere Calendę: tristes autem ab effectu vocauit, quæ debitorem faciunt tristem. Idem quoq; in Epodo de Alphio fœneratore: Omnem redegit idibus pecuniam, quæ rit Calẽdis ponere, scilicet ad vsuram. Seneca lib. 1. de beneficiis: Nemo beneficia in Calendario scribit, id est in libro fœneratitiarum rationum, vt inde sortẽ cum vsura recipiat. Idem in quinto eiusdem: Quid fœnus & calendarium & vsura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina? Atque adhuc in epistolis: Forum conterit, calendarium versat, fit ex domino procurator. Scæuola lib.xxxiij. dig.titu.de fundo instru.l.nepoti. Legauerat, inquit, nepoti prædia, vt structa sunt cum vino, grano, calendario. Item Aphricanus, de legatis tertio. l. qui filium. Certa prædia nepoti per fideicommissum dederat, excepto calendario. Atque ibidem l.nomen. Nomina, inquit, ex calendario quæ elegerit. Accurs. nomina debitorum calendarium interpretatur, verè quidẽ non sufficienter: neque enim quodcũq; debitũ venit appellatione calendarij, sed tantũ quod ex fœneratione conflatur. Neb.

Caligatus miles dicebatur, qui erat manipularis. Manipulus autem exercitus. Varro de lingua Latina, appellat minimas manus, quæ vnum sequuntur signum, ex manipulis autem cohors componitur. Caligatus autẽ dicitur à caliga, hoc est, tibiali siue ocrea, quod erat crurum armatura, de qua Tranq. in vita Caij Cæsaris: Caligula, inquit, cognominatus est, quia manipulari habitu est inter milites educatus. De milite igitur calligato, hoc est, manipulari, siue infimę conditionis, dixit Iuuenalis: Cum duo crura habeas offendere tot calligatos. Quintilianus in declamationibus. Parere caligatum tribuno lex iubet: & paulò post: Commendem tibi ordinem caligati militis. Vlpianus in titu. de iis qui notantur infamia. Ait, inquit, prætor, qui ab exercitu dimissus erit, dimissum accipere debemus militem caligatum, vel si quis alius vsque ad centurionem vel præfectum cohortis vel alæ, siue legionis. Item de custod.& exhibit.reorum.l.de militibus.& de re militari. l. omne delictum. Ant.Nebr.

Caligatus, id est miserrimus. Inde caligatus miles dicitur, qui habet ferreas ocreas, vel calligas de corio. Etiam idem est, quod infirmus vel obscurus, has expositiones facit glos.in l. à caligato.C.de nupt.

Calliditas, require infrà dolus malus. Est enim calliditas dolus

Ius adhibitus tacendo, vt not. ff.de do.ma.l.j.in glos.Inde callidus.i.fallax vel astutus.

Calumnia secundum Hostien. in Summ. est cùm quis ex certa scientia iniustè agit vel resistit. ff.ad Turpil.l.j.§. calumniari. Vel est petitio iniusta ex certa scientia in iudicio facta: & iustæ petitioni iniusta responsio, vel est falsi criminis impositio. ff.de verborum signific.l.si calumnietur.

Calumniari secundum Azon. in Sum.cod. de calũ. est falsa crimina scienter intendere & alicui opponere, vel imponere. Et ex eo quòd quis non probauit crimen, calumniari videtur, licet textus videatur sonare in contrarium, quòd talis non sit calumniatus.ij.quæstio. iij.c.si quem. §. notandum. vbi dicitur: calumniari est falsa crimina scienter intendere, præuaricari crimina vera abscondere. Tergiuersari in vniuersum ab accusatione desistere. Sed non vtique qui non probat quod intendit, calumniari protinus videtur: similis text. in l. j. ff. ad senatusconsultum Turpilianum.

Calumniator est qui scienter alicui falsa crimina imponit vexandi occasione, vt ff.ad Turp. l.j.in princip. vnde secundum Isidor. calumniator à calumniando, id est, frustrando vel decipiendo dictus est. Et inde dicitur iuramentum calumniæ, scilicet, vitandæ. Et est assertio veræ petitionis vel repulsionis, secundum Goffred. cùm quis iurat se bona fide & non calumniandi animo causam mouisse, vel quòd venerit ad reluctandum putans se bona iustitia vti.cod.de iuramen.calum.l.j.§.j.& habet quinque capitula, vt cap. primo de iura.calum.vbi glos.

Camelelasia, siue camelaria, est curatio camelorum, qui publicè, & ad vsus publicos alebantur: & camelarij ipsorum camelorum curatores; quorum duo sunt genera, alterum bactrianum, quod vnum tantùm habet tuber, alterum arabicum, quod duo tubera in dorso habet: eosdem & dromedarios ob velocitatem cursus vocant. Arcadius lib.30.tit. de muneribus.l.munerum. camelasia, inquit, personale munus est. Et ibidem de camelario. Nebr.

Camelarij sunt ductores curatoréque camelorum, & camelasia munus agendi ac curandi camelos, nam cameli iumentorum operam præstabant impedimentis exercitus comportandis.

Camerata arca, vehiculum contectum, quo matronæ & valetudinarij gestantur, lege sed ad des.ff.loca.

Cannabis herba est, & materia netilis, ex qua non modo texta fiunt, sed etiam funes torquentur. Vnde Persius. Tibi torto cannabe fulto Cœna sit in trãstro. Vlpian.libro xiiij. de exercitoria actione.l.j: Præpositus inquit, est legumini & cannabi. Ant.Neb.

Cannabis herba notissima, ex cuius cortice funes fiunt.l.prima de exercit.actio.

Cancelli sunt ligna inter se modicis interuallis, in transuersum connexa, quibus tribunalia, scenæ, & fenestræ munire consueuerunt: Cicero in Verrem: Circundari cancellis videntur in sua prouincia. Idem primo de Oratore: Forensibus cancellis circunscriptam sententiam. vtrunque per translationem. Sed propriè Sidonius libro primo de turba satellitum Theodorici regis: Exclusa, inquit, velis, inclusa cancellis. Canticorum cap.secundo; Hieronymo interprete: Respiciens, inquit, per fenestras, prospiciens per cancellos, id est, per foramina cancellorum. Huiusmodi quoque fenestræ Clatraræ dicuntur: Aphricanus lib.xxx. qui est de legatis primus.l.cætera. Si cancelli, inquit, sint vel vela. Item titulo de fundo instructo.l.quæsitum. Cancellos quoque instrumẽto contineri puto, & aliis in locis. Nebr.

Cancelli dicuntur ligna inter se modicis interuallis in transuersum connexa. l.quæsitum. de fund.instruct.

Cancello, cellas, verbum videtur esse ductum à cancellis, in quibus vt transuersaria nectuntur ligna, ita cũ scripta expungenda sunt, transuerso calamo lineæ inducuntur: quod propriè illinire, siue allinire est. vnde litura. Horatius in arte poetica: Iricorruptis allinet atrum Transuerso calamo signum: ac si dicat, cancellabit. Vlpia.libr. xxviij.titu.de iis quæ in testamento deleantur.l.cancellauerat quis testamentum vel inducerat.& ibidem l.proxime. Si omnem scripturam cancellasset. Item libr.xxij.titul.de probat. l.si chirographum cancellatum fuerit. Ant.Nebr.

Cancellare est scripta transductis lineis instar cancellorum delere.glos.in l.si quis libertatem. de petitione hered.

Cancellarius nomen accepit à cancellando, cuius officium est rescripta vel responsa imperatoris, & mandata inspicere & mala scripta cancellare, & bene scripta cum signaculo suo signare, & sigillum eis imprimere. Inde etiam venit archicancelarius quasi princeps cancellariæ, secundum Azon. in Summa.

Candidati principis erant ex Quæstoribus, qui orationes epistolásque principis in Senatu recitabant.l.prima.de offic.Quæsto.





Canna, mensura continens duas varas; vam auti quatuor palmos. Ex Clemente. 4.

Cannium potio est quæ fit ex hordeo & aliis frugibus,& est species ceruisiæ,vt meminit Vlp. in l. si quis vinum.ff. de vino trit,& oleo lega.

Canon græcè, est regula latinè, iij.distinct.canon.Et in vna significatione est id quod in concilio generali vel prouinciali statuitur,& sic capitur de constitut. cap.canonum statuta. In alia significatione videtur esse id quod ab emphyteuta de re emphyteutica soluitur, & sic videtur sumi ab Azon.in Sum. cod.de iur.emphy.vers.ex hoc autem contractu. Etiam dicitur illud quod sumitur pro pedagio vel vectigali, vt in rubr. ff.de pulv.& vectig. Vnde & canonica illatio in l. placet.cod. de sacrof.eccles.pro ordinaria tributi præstatione.

Canonum quidam est latę sententiæ, quidam ferendæ. Et Primus exprimitur per verbum innodatus, vel eoipso. Secundus per verbum innodetur,vt est glo.in c.quicunque.de hæretic.lib.x. Item canon habet sub se quatuor species.xxv.q. iij.si quis dogmata.

Canon frumentarius vrbis Romanæ,est certus numerus mẽsurarum frumenti,quæ singulis annis mittebãtur Romam. l.j.& cod.titu.libr.xj.quod erat etiam de oleo.

Canon largitionalium titulorum est summa tributi,& præstatur de regulari præstatione à prouincialibus fisco. Et dicuntur tituli,quia ex specialibus titulis id est literis,breuibúsque chartis leguntur.cod.de anno.& tribut.l.iij.& l.j.de canone largitit.lib.x.secundum Accurs.

Canonia est ius quod prouenit e lectione & receptione in fratrem,vel est ius percipiendi fructum prębendæ,siue redditus. cap.relatum.de præbend.

Canonia est nomen tituli & iuris, præbenda verò nomẽ facti, & cadit in extraneum,vt not.Innoc.in c.cùm M.de constitut. quære infrà Præbenda.

Canonica monitio est quãdo interuenit citatio cũ tribus monitionibus,vel vna peremptoria tres continens,de qua in c. cõstitutionem.de sent.excom. libro sexto.

Canonica portio est à canone deputata ecclesiæ parrochiali de relictis à parochiano defuncto illi ecclesiæ, vbi elegit sepulturam,cùm alibi quàm in parrochiali elegerit eam, & secundum varias cõsuetudines alia & alia.Nam alicui medietas, alicui tertia,alicui quarta datur.de sepul.cap.certificari.

Cantare & legere differunt,quod not.pro statutis,quia qui tenetur cantare officium,non satisfacit dispositioni legendo,sed cui permittitur legere, permittitur cãtare.Abb.in cap.quod in te.de pœniten.& remis.& in cap.vt quisque.in ij.no.de vita & honest.cleric.

Cantharis, cantharidis, scarabei quædam species oblongioris est,maculas rubras transuersarias habens.Hispanè in Bætica mea cubiculas vocant,aliis in locis Abadeios:in quo falluntur tempestatis nostrę medici pro cantharidibus vtentes,qui bus dam vermiculis ad muscarum similitudinem.Plinius libro 18.Est,inquit,cantharis dictus scarabeus paruus. Galenus præterea de medicina simplici:cantharidum,inquit,siue scarabeorum.Nam cantharus est scarabeus,cantharis verò scarabei habens effigiem.Marcellus libro 28.titul.ad legem corneliam,de sicariis & venefi cis.l.eiusdem.§.alio. Et quod quis,inquit,lustramenti causa dederit cantharidas. Nebri.

Cantharus vas erat,quo vtebantur in sacris Liberi patris,habens ansas,atq;(vt ait Acron) patulum erat. Virgil.in Bucol. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.Plin.libro 33. cantharis potasse exemplo Liberi patris traditur.Est præterea cãtharus illud aquæ conceptaculum,vnde salientes erumpunt, quemadmodum apud Aphricanum lib.30.Dig.ti.de legatis primo.l.cætera.§.hoc senatusc. cantbari,inquit,per quos aquę saliunt. Ant.Nebr.

Cantharus, vt quibusdã vi.letus, appellatur illud aquæ conceptaculũ, vnde salientes aquæ erumpunt. l. cætera. de leg.iij.

Cantharis animal est venenatũ.l. iij.ff.ad leg.cornel.de sicar.

Capitale crimen quod est,vide ff. de pœnis.l.rei capitalis. de bo. poss.l.dicto.§.rei capitalis.dil

Capitalem fraudem admittere, est tale quid delinquere, propter quod delinquens capite puniendus sit.l.cum autem.§. excipitur.de æd.edict.

Capitales inimicitiæ sunt cùm quis alicui minatur mortem, cùm odit vel ejus mortem desiderat,vel qui eũ accusauit criminaliter.Idem dic,quãdo ea quæstio de omnibus bonis vel maiori parte.ar.in c.frequens. de restit.spol.lib.vj.nam bona téporalia sunt vita hominum. l.innocati.cod.de aduo.diuin. iud.vbi est gl.in verb.vitã.facit text.in l.ij.cod. de constit.pec. quem text.Bald.alleg.in capit. cùm causa. de re iudic.ad hoc quod pecunia deseruit necessitati humanæ,de hoc vide Panorm.in cap.cùm oportentinu mero 2. de accusat.

Capitales pœnæ tres sunt:prima est mors corporalis.l.capitalium.ff.de pœ.secunda est damnatio in metallum. l.quidam. ff.de pœn.tertia est deportatio, & tali non perditur libertas, sed ciuitas. de hac materia vide Felin.in c.qualiter & quando.ij.de accus.

Capitales trium viri carceris custodiam habebant, vt cùm aliquid admiserit in aliquem opus esset, eorum fieret interuentu. l. ij. §. constituti. de orig. iur.

Capitalia iudicia dicimus, quæ vltimo supplicio afficiunt, vel libertatem aut ciuitatem adimunt. l. ij. de pub. iud. l. j. & inst. de pub. iud. in princ.

Capitalis causa intelligitur etiam vbi tractatur de existimatione. l. licet capitalis. de verb. sig.

Capitalis inimicus qui dicatur, vide Accurs. ff. de arb. l. licet autem gl. iij. & Bar. ff. de quæst. l. j. §. si quis dicatur.

Capitatio est genus tributi quod pro cuiusque capite infertur nulla habita ratione facultatis.

Capitatio ciuium censibus eximenda capitatio, id est census capitis. Vnde dicebantur ciues Romani per excellentiam exempti, & quidam orientales prouinciæ. l. vnic. C. cap. ci. exi.

Capite censeri dicitur, qui dat censum pro capite. C. in quib. cau. dolo. censit. domin. accus. poss. libro xj.

Capitis deminutio est status commutatio, vt quando liber efficitur seruus. Et est triplex deminutio capitis, scilicet, maxima, media, & minima. Minima capitis deminutio est quãdo quis, nec ciuitatem in qua morabatur, nec libertatem amittit, sed tamen patitur contra se status commutationem, vel minorationem circa familiam, vt qui iuris sui est, alieno iuri incipit esse subiectus, veluti per arrogationem, aut cùm quis emancipatur, qui primo erat in aliena potestate. Et debet intelligi prædicta descriptio, cũ permutatur status hominis facto eius intercedente, vt in condemnando, vel in emancipando vel arrogando, vel adoptando, vel etiam in reuocando ex ingratitudine, vnde licet patre alicuius mortuo mutetur eius status, quia sui iuris est factus, non ideo capite deminutus est. Et status hic potitur secundum Azon. pro ciuitate & libertate, vel ciuitate tantùm, vel patria potestate, seu propria potestate aut alieni. Tria enim sunt quæ habet homo, scilicet, ciuitas, libertas & familia. Et secundum hæc tria, sunt tres capitis deminutiones, Media capitis deminutio est, cùm salua libertate ciuitas amittitur, vt cùm quis deportatur seu relegatur ad exilium per quinquennium, vel bannitur. Maxima capitis deminutio, est cùm ciuitas amittitur, nec libertas retinetur, vt cũm quis in metallũ dãnatur, & sic etiam bannitur in opus metalli, vel si maior xx. annis patitur se venundari ad pretiũ participandum, vel si manumissus in seruitutem ex ingratitudine reuocetur. vide institu. de capit. demin. per totum. Specu. tit. de tut. §. tutela. Effectus autem capitis deminutionis maximus est, nam si quidẽ fuerit capitis deminutio maxima vel media, certum est taliter capite minutum haberi pro mortuo, ergo non conuenitur à creditoribus, nec agit contra debitores nisi pro relicto legato in alimenta, vel pro habitatione legata, quæ legata potius consistunt in facto quàm in re: eius enim bona publicata sunt, vel in alium deuoluta, datur tamen actio in eos ad quos bona eorum peruenerũt. Item non vocabitur ad tutelam vel curam, vt ff. de cap. demin. l. ij. & l. tutelas. §. vlt. Si autem fuerit capitis deminutio minima per eam non expirant publica iura, remanet etenim taliter capite minutus magistratus & senator & iudex, & in quolibet officio pristino. Item nec per eam expirant tutelæ, nisi sit legitima, illa enim expirat, quia defertur agnatis secundũ Azo.



Capitium est capitis tegmen, vt inquit Nonius, citátque Varronem in quarto libro de vita patrum. In libro tamen de origine linguæ Latinæ, lib. iij. ab eo capitiũ dici putat, quod capit pectus, id est (vt antiqui putant) indutum comprehendit. Iob cap. 30. Quasi capitio tunicæ succinxerunt. vbi interpres capitium pro collario videtur accipere. Vlpianus libro 34. de aur. & argen. leg. l. vestis, muliebria, inquit, sunt, veluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ. Ant. Nebr.

Capitium est muliebris capitis tegmẽ. l. vestis. de au. & ar. leg.

Capitularia, id est libri statutorũ, authent. cassa. C. de sacrosanc. eccles.

Capitulenses populi sunt Italiæ. l. fin. de censi.

Capitulum à Plinio libro tertio naturalis historiæ, est oppidũ Italiæ: vnde possessiuum gentile ponitur, capitulensis. Paul. lib. 50. Dig. tit. de censi. l. fi. Similes his capitulenses. Nebrif.

Capitulum vno modo est locus vbi res capitales firmantur. Secundò significat lectionẽ. Tertiò distinctionem, vt ille habet quinq; capitula. Quartò significat congregationem multorum, & præcipuè virorum ecclesiasticorum, vt not. Io. And. in cap. capitulum. de rescript. quandoque particula operis. l. j. de milit. testam.

Capsarij dicuntur, qui filiis nobilium ciuium ad scholas euntibus, libros deferunt in capsula. Iuuenal. de seruo capsario. Quẽ sequitur custos angustæ vernula capsæ. Sueton. in Nerone: Constat quosdam cum pedagogis & capsariis vno prandio pariter necatos. Vlpi. lib. xl. tit. de manumiss. vind. l. si collectaneus. vbi exprimitur,

capsarij officium, id est, qui portat libros. Item de iure immunit. l. quibusdam. Nebr.

Capsarij dicuntur qui in balneis vestimenta suscipiunt custodienda. Vel aliter sunt illi qui portant aliis libros ad scholas.

Captare (inquit Alciat. lib. j. Paterg.) est illecebris, obsequio, donis, spe maiorum aucupari: hinc captatorias institutiones appellari, quæ ideo factæ sunt, vt ab aliquo quis instituatur, aut legatum consequatur.

Captare verba legis, est aliter interpretari, quàm senserit legislator. l. penul. ad exhibend.

Captio, id est deceptio: inde captiosum, id est deceptorium, vel deceptiosum, aut dolosum, vt not. Ioan. And. de offic. de leg. l. fi. duo. lib. vj. in glos. j. in fin.

Captio causa mortis, aliàs capio secundum Azon. est quando per mortem alicuius occasio capiendi obuenit alicui, exceptis his capiendi figuris & causis, quæ certis & propriis nominibus nuncupantur, vt hereditas, legatū, & fideicommissum, quia scilicet talis captio vel capio non incidit in naturam capionis hereditatis, legati vel fideicommissi. Et causa mortis capio secundū Azo. in Summ. C. de donatio. cauf. mor. est cum post mortem alicuius aliquid datur alicui causa conditionis implendæ, vt aliquid peruenit ad aliquem mortis occasione, nec tamen aliquo certo translationis vel acceptionis nomine nuncupatur: verbi gratia, fundum tibi commisi vt Titio dares, cùm tu post mortem meam non haberes fundum dare Titio, dedisti Sticho, qui forte est hæres. Et Stichus tunc causa mortis capit, cum fundus ei donatus meram obtinet voluntatem vel liberalitatem, & non emptam vel conditionatam.

Caput est membrum honorabilius inter cætera mēbra. Interdum ponitur pro statu, vt instit. de cap. di. in prin. & caput aquæ illud est, vnde aqua nascitur. l. j. §. caput. de aqua quot. & æsti.

Carbonianum, require suprà bonorū possessio carboniana. Vnde secundū Azo. dicitur à Carbonio inuentore vel auctore. Et datur solo nato, & nō nascituro, in quo differt ab edicto de vētre in possessionē mittendo, quod subuenit nascituro.

Carbonū appellatione quid contineatur: vide ff. de verb. sign. l. carbonum.

Carceraticum, merces quæ præfecto carceris datur ob custodiam. l. pen. de bon. dam.

Cardinales dicti sunt à cardine, quia sicut ostium regitur à cardine, sic per eos regitur ecclesia vniuersalis. xxxiij. distinct. presbyteri. Dicuntur etiā quandoque cardinales, id est, principales, quia per eos debet officium



fieri in ecclesia regi.

Cardinalatus est de iure diuino, quia per sacerdotes Leuiticos intelliguntur cardinales: vt in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. & ibi Abb. & idem Abbas & Hostiens. in c. ex gestis. de cler. non resid. Barbat. latè in tract. cardina.

Careat viribus, importat necessitatem ipso iure. Feli. in ca. Rodulphus. in versic. careat viribus. de præscript.

Carena dicitur à carentia hominum, vel cibariorum, nam per quadraginta dies ieiunant in pane & aqua, & includuntur in aliquo secreto loco iuxta ecclesiam, vbi non habent consortium hominū: vt not. Bar. in c. accusasti. de accusa. & simile not. glos. in c. ij. de spons.

Careum genus est aromatis myropolis cognitū, nobis verò incognitum, quippe quod peregrinum sit. Plin. lib. 19. Peregrinum, inquit, est careum, gentis suæ nomine appellatū, culinis principale. Galen. ad Paternianū. cap. de careo. Vtitur eo quoque Apitius de re coquinaria. Paulus lib. xxxiij. digest. tit. de penu. leg. l. nō omne. Sed quod quidam negauerunt piper ligusticum careum, & laser, eiusmodi in penu non esse, improbatum est.

Careum in l. non omne. de penu. lega. feminis species, de quo & Dioscorides & Pli. tractarunt.

Cariña infima pars nauis. l. quod in rerum. §. fi. de leg. j.

Carnificare est carnes facere, scilicet mactare. Inde carnifex, qui carnes facit & vendit. de appel. significante, etiam homicidæ solent dici carnifices: vt glos. iij. j. clem. j. de vi. & hon. clericorum.

Carpentum est genus currus, in auth. vt ordi. præfec. & ibi. glo.

Carruca, vehiculi gestorij genus. l. vxori. de aur. & arg. lega. hinc carrucasij.

Carrum siue carrus & carruca, plaustra sunt oneraria: hoc est comparata ad ferendū tantum onera. Cæsar in primo commē. Iumentorum, inquit, & carrorum quam maximum numerū coemere. Ita commētario quoque Hispaniensi. Per viarum angustias carra cōpluta. Martia. O iucunda comes solitudo, carruca magis, sed doq; gratū. Iurisconsul. lib. xxxix. titu. de donationibus. l. si id. Vel grex, ait, vel carrum, vel carruca. Item. Scæuola tit. de aur. & arg. leg. l. vxori. An carruca dormitoria debeatur. Nebr.

Carthaginienses post n literam peri, non carthaginenses, & literata dispuncta, vt nunc vulgus loquitur, debere scribi & proferri adstipulantur Florentinorum Pandectæ, in quibus quoties carthaginensium fit mentio, sic scribi adnotauit Ludouicus Bonoginus

data, sibi copia libros illos sæpe legendi. Sed & Priscianus libro quarto de octo partibus orationis: Si nomina, inquit, sunt tertiæ declinationis, abiiciunt s, extremam genitiui, & & assumunt ensis, vt pistor pistoris, pistorienſis: carthago carthaginis, carthaginienſis: hoc est sex syllabarum. Atque ita in omnibus casibus vetustis propè semper legitur. Ostendit huiuc locum primus omnium Laurentius Abstemius, atque ab omnibus viris doctis eius inuentio est admissa. N.

Cassiopa ciuitas & promontorium est Epiri, Strabone, Ptolemæo, Plinio, atque aliis auctoribus. Vlpia. xij. lib. Dig. tit. de exercitoria actione. l. prima: Sunt, inquit, naues quæ à Brundusio, vel à Cassiopa, vel à Durachio vectores trahunt. N.

Casitare est minuratim stillare.

Castaldus siue castaldio, idem qui actor villicus. gl. in §. pœnã. Instit. de iniur.

Castè viuere dicitur etiam mulier transiens ad secunda vota. Bartol. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad senatusconsul. Trebellianum.

Castellum est aquæ conceptaculum, vnde ex aquæductu publicitus distribuenda est per vrbem aqua. Festus ab antiquis, ait, castellum diui dicu-lum fuisse appellarunt, ex eo dictum, quòd inde aquæ diuiderentur. Apud Plinium, Vitruuium, & Frontinũ, de aquæ ductibus, sæpe castellum in ea significatione legimus. Aphricanus de leg. j. l. cætera. Si cancelli, inquit, sint, vel vela, legari poterunt, non fistulæ vel castella. Item libro xliij. de aqua quotid. l. prima, quid sit, Vlpia. satis clarè interpretatur: Ex castello, inquit, id est ex eo receptaculo quod aquam publicam suscipit. Castellanos Frontinus quoque illos appellat, qui castellorũ curam gerunt. Ant. Nebris.

Castellus secundum Alber. vel castellum, secundum alios dicitur secundum Spe. receptaculum quod aquam publicam suscipit, quæ ducitur ad aliquod prædium irrigandum, require infrà interdictum, de aqua cadu. & ff. de aqua quotidian. & æstiu. l. j. §. æquissimum. Alias, id est, castrum. ff. de lega. ij. l. Titia. §. fin. vulgò autem accipitur pro arce.

Castrametor, id est, pono, figo, vel diuido castra.

Castratus castè natus, glossa in l. sed & quæritum. §. spadonem. ff. de liber. & posthu. vel secundum alios, est cui vitilia sunt amputata.

Castrense peculium: require infrà peculium.

Castrum si vendatur, ius patronatus ei annexum accedit, secus si vendo palatium vbi est ecclesia, vbi habeo ius patronatus. de hoc vide Innoc. in c. ex literis. de iure patr. & Host. in Sum. de iure patron. §. qualiter. ij. q. vij. accusatio.

Castrum distinguit Barto. à Villa, in l. j. §. siue. de ope. no. nunt.

Castra autem numero plurali locus est, vbi milites fixerunt tentoria. l. quarta. §. emansor. de re milit.

Catadromus interpretatur decursus: nam catadromeo est decurro, decursio autem per catadromum non sine periculo erat, quod & Iurisconsultus significat libro xix. Digestorum, de action. empt. l. si seruus tuus. Eum, inquit, fuisse seruum, qui per catadromum descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. Suetonius in Nerone: Notissimus eques Romanus elephanto superſedens per catadromum decurrit. Quod autem iudicri genus catadromus esset, nemo dicit, quòd ego sciam, neque ausim diuinare. Ant. Nebris.

Catadromus Latinè decursorium dici potest, significat autem stadium, in quo equites decurrere solent imaginario prælio. Budæus.

Catechizare est imbuere, docere seu instruere, vel benedicere. Inde catechismus, nam ante baptismum instrui debent baptizãdi infidè, & præcipuè adulti. de consecr. dist. iiij. ante.



Cathecumenus instructus dicitur, vel qui baptizari proponit, medio tempore Symbolũ Dei discens. xlviij. distinct. §. j. capit. quoniam multa, vel dicitur audiens, eo quòd doctrinam antevaluas ecclesiæ audiat cum suscipere velit baptismum.

Categorica propositio notatur ff. de acquir. rer. domin. l. quæsitum. in fi. & ibi in glo.

Cathedra secundum Hugonẽ, est Græcum, & ponitur pro excelsa sede iudicis præsidentis. Et ponitur etiam pro sede doctoris, ita dicit glo. in clemen. dudum. de sepul. vnde, Rex solium, doctor cathedram, iudex que tribunal.

Cathedralis ecclesia, id est, episcopalis vel regularis & collegiata, extrà de elect. ne pro defectu per Innoc. & Hostiens. & vide Archi. de rescrip. c. statutum. superverb. cathedralibus.

Cathedraticum est quod soluitur annuatim episcopo à suis clericis suæ diœcesis in signum subiectionis vel obedientiæ, & etiam sustentationis, & est duorum solidorum, vt x. q. iij. placuit. Et dicitur cathedraticum, quia soluitur ad honorem cathedræ episcopalis.

Catholicianus, id est, vniuersaliter deseruiens, vt C. de iudic. l. antep. & vlti. & in auth. de iud. §. his qui causas præparant. & de defens. ciuit. §. ex prouinciali.

Catholicanos Alcia. ait dictos apparitores præf. præt. Orientis: nam is propter amplissimam iurisdictionem catholicus, id est vniuersalis dicebatur.

Cathomus est flagellum ex virgis factum in modum scopæ, & tali vtuntur religiosi in capitulis.

Catillus est superior pars molæ. ff. de fun. instru. l. cum de lanionis.

Catullus, id est sapiens media producta, sed media breui est animal. Vnde, est animal catulus, fruitur ratione catullus.

Cauere varie accipitur: nam idē significat quod securum facere: securus autem quis fit non solum fideiussoribus ab aduersario præstitis vel hypotheca. l. habere. de verb. sig. sed quandoque etiā nuda promissione. l. sancimus. C. de ver. sig. qua de re copiosē Alcia. in d. l. habere. & in l. satisdationis. eod. tit. Interdum cauere idem significat quod disponere vel ordinare, vt l. epistola. ff. de pact. & Instit. de legi. patr. tut. At cauere ab aliquo, significat cautionem exigere. l. si sciēte. ff. ad l. Pom. de parricid.

Cauillari variis modis in iure sumitur, cauillatur calumniosē agens, cauillatur qui breuiter & falsē aduersarium sermone captat aut irridet: cauillatur item qui sciens vt suā sententiam tueatur, falsa prodit, specialius verò cauillari dicitur, vt infrà in ver. cauillatio.

Cauillatio est quando ab euidenter veris transitur ad euidenter falsa per quandam verborum intuolutionem vel sophismata. c. venerabilis de iudi.

Cauma, atis, color siue incendiū interpretatur, cauo enim est calefactio siue incendo. Vlpianus de lega. primo. l. cùm res. Si fundus, inquit, caumate perierit. Atque aliubi. Prædia inquit, quæ caumate perierunt. Atque adhuc alibi: Si caumate aliove casu pars fundi perierit, quibus in locis casma pro caumate legitur: casma namque per ch, aspiratum aliud significat: hoc est cœli hiatum sine recessum. Autores sunt, Aristoteles in Meteorologicis. Plin. in secundo natu. histo. Seneca in primo naturalium quæstionum. Seruius lib. 9. Aeneid.

Cauillatio, inquit Nonius Marcellus, est iocosa calumniario, & cauillari, iocari. Valla: cauillatio, inquit, est subdola quædam ratio, quam nos conscij nobis mendacij, vincendi causa proferimus. Vlpianus titu. de verborum significatione. l. natura cauillationis, &c. Item de regulis iuris. Ea, inquit, est natura cauillationis, quam Græci sophistikin vocant.

Caupo dicit propriè qui vinum vendit: caupona vero est mulier quæ vinum quoque vendit. Est etiā caupona locus, in quo vinum venditur, autor est Priscianus. Apuleius libro primo de asino: De quadam, inquit, amica caupona illico percōtor. Gellius libro septimo: Quod in caupona delitesceret, quod ad vesperam perpotaret. Apud Iurisconsultos titulus est libro xlvij. Digestorum, furti aduersus nautas, caupones, & stabularios, vbi cā propemodū quæ apud Horatium in primo sermonum leguntur. Nebr.

Caupo qui cauponem exercet, eiūsque institor. l. 1. ff. nau. cau. stabu.

Caupona quomodo differt à taberna, vide ff. de ri. nup. l. palā.

Causa est ex quo aliquid producitur, vt pater est causa filij, & contractus causa obligationis. l. & an ea. §. actiones. ff. de except. rei iudi. Item causa est finis ex quo impulsio datur faciendæ dispositioni, & ita sumitur in titu. de condition. & demonst. & causis & modis earum, vbi patet quòd causa differt à modo, quæ est de futuro, & à conditione, quæ est de futuro & suspendit etiam à demonstratione quæ tantum declarat rem vel personam, verbi gratia, Patronus potest compellere liberam vt nubat, vt ciuitates repleantur. Iste finis vt ciuitates repleantur est causa condendę legis, ideo dicitur quòd cessante causa cessat lex, vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Et vtimur promiscuè illis verbis cessante causa legis, vel cessante ratione legis, differunt tamē causa & ratio, quia ratio est oculus cordis, discernens, rem per mediū. Sed causa est quòd in facto accidit per quod ratio discernit quid iuris. Dicit etiā causa efficiēs, id est cōditor legis in cōtractibus cōtrahendis: causa materialis in legibus est materia de qua in illis disponitur. Et causa formalis est modus tractandi, & forma contrahendi vel disponendi, quæ additur cōtractui vel dispositioni. Dicitur etiā causa instrumentalis, vt est instrumentum artificis. Et breuiter quicquid adesse alicuius rei concurrit, causa dicitur, aliter & aliter tamē. Et significatur causa per dictionem si, vt dicendo, dono vel legō illi si negotia mea gesserit. l. demonstratio. §. j. ff. de cond. & demonstra. Item per dictionem quia, insti. de lega. §. longe magis. Et dictione quoniā, nam exponitur per quia. Item significatur causa, in dictionibus illatiuis, vt dicendo. Titius negotia mea gessit, ideo vel id circo sibi lego. Item in dictione cum, vt dicēdo, cùm Titius negotia mea gesserit, lego sibi, &c. Etiam in dictione siue, vt siue Titius negotia mea gesserit siue aduocatus fuerit, &c.



Item

Item in præpositione pro, vt ibi lego vineas pro alimentis. l. fin. §. j. ff. de ali. & cib. leg. Vnde sensus est, quod ex causa alimentorum lego vineas. Item significatur causa per dictionem nomine, vt dicendo, lego vxori xl. nomine dotis. l. cum quidam vxori. ff. de lega. ij. Causa dicitur à casu quo venit: nam casus est materia & origo negotij, nedum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur causa est, dum discutitur iudicium, cùm diffinitur iustitia. c. forus. de verb. sig. vbi Ber. dicit in glos. Causa est res in dicendo posita cum interpositione certarum personarum, scilicet actoris, rei, iudicis, & testis, & dicitur à casu, quia casualiter occurrit præter hominum voluntatem. Et differunt causa & actio: nam causa est negotium vel contractus ex quo quis mouetur ad petendum vel litigandum, vt est venditio vel locatio rei, ex qua oritur obligatio, & est causa proxima obligationis, quæ obligatio parit actionem, cùm obligatio mater sit actionis. Et est duplex causa, scilicet proxima & remota, quæ differunt in actione reali & personali: nam in personali remota est ipsum factum, proxima est ipsa obligatio, & in personali non sufficit exprimere causam proximam, dicendo ago contra te, quia obligaris mihi in decem, sed oportet exprimere causam remotam, vt dicendo, cõuenio te, quia mutuaui tibi decem. In reali proxima causa est dominium. Sed remota est ex qua consequitur quis dominium, & non est necesse exprimere remotam, vt dicẽdo ago contra te, quia emi domum à Ber. sed sufficit exprimere proximam causam, dicendo, ago contra te, quia sum dominus domus illius, & hæc nor. in glo. & per doct. in c. dilecti filij. de iud. De diuersis speciebus causarum vide bonam glos. xj. q. j. in Sum. Est enim quædam causa spiritualis, vel annexa spirituali, vt illa quæ fit de iure patronatus, quædam ciuilis, vt cùm agitur super rei vendi. in causa pecuniaria, quædam criminalis, vt cùm agitur directè de crimine, quædam mista, vt cùm agitur de crimine ciuiliter, vt de adulterio ad separationem thori. In his tribus vltimis casibus iuratur de calumnia. In primo non iuratur de calumnia, sed tantùm de veritate dicenda.

Causa minima est duorum aureorum, vel decem aureorum, vel quinquaginta solidorum, vel illa quæ non sufficit ad sumptus iudiciales.

Causa cadere dicitur, qui male agendo causam amittit. §. si quis agens. Instit. de action.

Causam



Causam dicere est defendere, vnde causam dicere ex vinculis. in l. ij. de custod. reor. id est interim dum quæstio criminis peragitur, in carcere detineri; atque ibi defendi.

Causæ criminales dicuntur in quibus agitur ad vindictam, siue ad pœnam, & hoc etiam dicitur quandoque agi criminaliter quando agitur ad vindictam publicam, quandoque dicitur agi ciuiliter quando agitur ad pœnam per modum inquisitionis, denuntiationis, vel ad interesse partis per viam accusationis, de quo & suprà in ver. actio criminalis.

Causæ fauorabiles sunt quatuor, scilicet de libertate, matrimonio, dote & testamento. c. duobus. de re iudic.

Causaria missio in re militari est quæ propter aduersam valetudinem indulgetur. l. ij. ff. ex quibus cau. infam. irrog.

Causarij dicuntur, qui causam habent ex morbo, vt muneribus vacent. Liuius libro sexto ab vrbe condita. Testius, inquit, exercitus ex causariis & senioribus. Seneca libro sexto epistolarum. In animo nostro sunt quasi causariæ partes quibus adhibenda curatio est. Spartianus in Hadriano: Omnes causarios subleuauit. Plin. libr. 25. causariis vel latere vel faucibus. Martianus libro xlix. titu. de re militari. l. milites. causaria, inquit, missio est, quæ propter valetudinẽ laboribus militiæ soluit. Modestinus de excusationib. tut. Propter ægritudinem, inquit, causariam vocatam, causariam remissionem acceperint. Nebr.

Causor, aris, est causam rei gestæ afferre siue excusationẽ. Quintilianus: Ne causanti pupillo sic tutor irascatur. Virg. in Bucolicis, causando nostros in longum ducis amores. Vlpian. libro xl. tit. de fideicommiss. lib. l. generaliter: Neque enim causari debere quo minus illi relictum sit. A. Nebr.

Causor causaris, id est cõqueror. Aliquando causari est in excusationem defensionemque aliquid allegare. l. generaliter. §. plane, de fideicom. lib. & l. j. §. si quis tamen. ff. si quis cautio.

Cautela est deminutiuum à cautione, & tamen quandoque superabundantiam importat, vt cùm dicitur, abundans cautela non nocet. l. testamentum. in fin. C. de testam. Quinque quæ propter cautelam fiunt, notat Archid. l. di. presbyteros. Inde cautelosus, id est prouidus, circunspectus, vel plenus cautelis. Ant. Nebr.

Cauterium, ferramentum est chirurgicum ad inurendum vulnera. Est præterea cauterij instrumentum pictorium, quo vtuntur in ea pictura, quæ dicitur encaustice, de qua Plin.

lib.

libr.35.& Martialis. Encaustus Phæton tabula tibi pictus in hac est.Quid tibi vis Dipyron qui phœtonta facis?De eadem quoque Quid,dixit:Tabulásq; coloribus vris. Martianus de fundo instru.l.pictoris.Penicu-li,inquit,& cauteria & conchę, vbi mendosè pro cauterio cau therę legitur. Neb.

Cautio hæc dictio ex proprio significato significat nudam promissionē ex qua inducitur firma obligatio.C.de verbo.sign. l.sancimus, vt quis tenetur cauere de euictione, de vitiis & morbis. Et intellige nudam à fideiussoribus, & pignoribus, sed non à stipulatione,nā astrictus cauere,debet stipulatione cauere vt obligatio sit firma, l.penul.§.docere. ff. ne quis eū qui in ius voc. vi eximat,& de clericis nō resi.c.relatū.Quandoque significat cum pignoribus,vel fideiussoribus quando hoc aliud verbum ei adiūctum declarat,vt mandaui procuratori vt recipiat idoneam cautionem à debitore, alias non daret dilationem, ibi cautio intelligitur cum fideiussoribus, vel pignoribus.l.si mandato.§. fi.ff.manda.Ratio significati sic mitur ex verbo idoneā,quod apponitur vt addat & fortiorē cautionē exprimat, qualis non esset per stipulationē solā.Item prætor vbi iubet pro collatione bonorum facienda rectè cauere.vt l.j. §.iubet. ff.de collabo.significat cum fideiussoribus vel pignoribus: vt §. cauere.ea.l.& hoc ratione verbi recte. Quandoque significat cū fideiussoribus & non cum pignoribus, vt quando cautio de procuratore exigitur. l. j. C.de proc.per l.prætoriæ. ff. de præto.stipu.& hæc est cautio prætoria requirens fideiussores ex lege positiua prætoris præall. quæ est facta propter honestatem iudicij, vt enim prouisio legis aliquid operetur,& non inutilis sit.l.si quando. ff. de lega.j.tunc ex iusta causa, quando debitor bona delapidat, iudex facere debet quod caueat creditori.

Cautio est generale nomen omnium securitatum quotiescunq; quis securus redditur de eo quod sibi promittitur. Vnde, cautio priuata cum trino teste notata. Hoc ius est nacta quod cautio publice facta. Et diuiditur in multas species, qa alia est cautio hypothecaria, alia chirographia.Et possunt dici satisdationes, etiam cautio dicitur charta, in qua scribitur cōputatio,vt Luc. 16. Accipe cautionem tuam,&c.

Cautio rati dāda est cum de mādato dubitatur. C. de procu.l.j. Et dicitur illa securitas quæ requiritur à procuratore actoris pro domino,cui? nomine agit, qp ratum habebit omne illudq; in iudicium per illū factū fuerit,vnde cauere de rato vel satisdare est procuratorē actoris promittere velle perseverare,vsque ad finem litis.

Cautio fideiussoria est quando interuenit fideiussor principali obligationi.Et dicitur satisdatio, & hæ sunt multæ, vt de lite prosequenda,iudicio sisti, iudicatum solui,& de rato.

Cautio fidei propriæ interuentu dicitur quæ fit per fidem præsti tam sine solēnitate iuramēti.

Cautio iuratoria est quando promissio iuramento firmatur, vt quando iuro solenniter me debere aliquid,vel impleturum promitto.

Cautio nudo pacto est cùm aliquis fidem cautā habet de me quòd cōtētus sit nuda promissione mea. Et hōc propriè dicitur pollicitatio vel pollicita cōuentio. Sed satisdatio propriè est cùm duo paciscentes duas scripturas sub eadem forma verborum inter se conficiunt & mutuo tradunt: & pollicitatio & satisdatio cautelæ dici possunt propriè loquendo.

Cautio pignoratitia,siue hypothecaria est cùm pignus traditur, aut hypotheca supportatur & dicitur etiam satisdatio.

Cautio de euictione dicitur quādo securitas præstanda vel præstita emptori à venditore fit ea conditione vt si ab eo euincatur venditor ei restituat æstimationem rei in duplum vel in simplum, prout inter eos prius conuentum est.

Cautio de damno infecto est quę præstatur cùm tua domus ruinosa ruinam minatur domui meæ, vel etiam præstatur secundum quosdam cum timeo quod aliquis mihi insidietur, quia possum agere vt mihi præstet cautionem ne me offendat.

Cautio de opere demoliendo, quam præstat ille quandoque cui nunciatur opus nouum,scilicet quod ipsum opus demoliatur si constiterit eum iniustè ædificasse.

Cautio de vsufructu, in qua de duobus cauetur,scilicet qp vsufructuarius re nō male vtatur, & qp etiā vsufructu finito restituat qđ ex re ipsa superextat.

Cautio qua heres cauet ipsi legatario cùm heres dat fideiussores legatario de legato præstando.

Cautio, qua legatarius cauet heredi,est illa qua legatarius satisdat heredi, vt si Falcidia locum habeat, quod amplius nomine legati recipit quam ratio legis Falcidiæ patitur, id heredi restituat.

Cautio arrogatorum qua arrogator stipulatur seruo publico, quod restituat arrogato quæ ab eo habuit, vel eis ad quos peruentura sint, & quòd dabit sibi quartā partē de bonis suis si

si eum sine causa emancipauerit seu exheredauerit.

Cautio qua cauetur ei cui restitutio fieri debet, per quam rogatus restituere bona alicuius si sine liberis decesserit, quicquid post mortem de hereditate extabit, cogitur cauere illi cui debet fieri restitutio, quòd seruabit ei quartam partem.

Cautio Mutiana à Mutio Iurisconsulto dicta est, & habet fieri in vltimis voluntatibus, vt communiter secundum Doct. non in contractibus: & fit in conditionibus negatiuis, puta sic dicendo, Si Titius capitoliũ non ascenderit, si seruum non manumiserit, lego ei x.l. mutianæ cautionis. ff. de cond. & demõ.

Cautionum autẽ aliæ multæ possunt esse species, prout ad diuersas materias applicantur, vide Spec. in tract. libel. titu. de pignorib. §. sequitur. vbi quasdam alias species cautionum prosequitur.

Cautoria instrumenta sunt inustoria, quibus bituminationes & fortiores quæque conglutinationes coquuntur, & de his intellexit Iurisconsul. in l. pictoris. ff. de fund. instru. quamuis apud eum mendosè legatur cauteris, cauteriis: etiam vtuntur medici in remediis quibus morbi alioquin insanabiles inuruntur. Hinc illud notum diui Hiero. prouerb. Putridæ carnes ferro curantur & cauterio.

## De Cante E.

Cæcitas morbus est, vt ff. de ædiledict. l. j. §. sciendum.

Cæcus, & de naturali, & de eo qui est à casu vtroque lumine orbatus, & is non potest facere testamentum. insti. de exheredatione liberorum. §. cæcus autem.

Cæcus dicitur qui supernæ contemplationis lucem ignorat. xlix. dist. hinc, Quandoque exponitur cæcus, id est indoctus, & talis non est ordinãdus. xlix. distinct. cap. finali.

Cecrops fuit primus Athenien-sium Rex, qui annis quinquaginta regnauit, hic Athenas instauruit.

Ceda idem est quod charta, inde cedula parua charta.

Cedendarum actionum beneficiũ est per quod postulare possunt fideiussores & alij qui obligati sunt in vna obligatione, sibi cedi in alia contra confideiussores, & alios qui sunt obligati, alioquin nisi cedatur eis possunt recusare solutiones, vt instit. de satisdat. §. si autem, & ff. de solutionib. l. Stichum aut Pamphilum. §. penult. De hoc vide in Spec. ti. de renuntiatio. §. finitis. versic. postremò dicendum. De beneficiis & aliis require ibidem. §. parum autem. versicu. & nota. & vide infrà in verb. renuntiatio.

Cedere diem, significat incipere deberi pecuniam. Venire diẽ, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Ex Vlpiano in ti. qui est de ver. sign.

Cedere diẽ. Cedere possessionẽ vel vsumfructũ, vel ius est alteri possessionem, vel vsum, vel ius tradere, Ambrosius ad Marcellũ: Quid sibi profuturũ quòd iura possessionis cedere res. Virg. 11. Aneid. Cedat ius propriũ Regi. Idẽ in tit. de leg. ij. l. & similiter. Si vsumfructum inquit, mortis causa cesserit. Et in tit. de acq. poss. sæpe. Ant. Nebris.

Cedere actioni est ius actionis mihi competentis in aliũ trãsferre, & ipsum quasi in locum meũ ponere, ita vt dicta actione possit vti aduersus eos contra quos actio talis poterat intentari.

Cedere bonis est ab vniuersitate bonorũ suorũ recedere, & eis abrenũtiare, veluti quãdo aliquis oneratus debitis, vel obligatus pluribus, nõ habẽs vnde soluat, vt satisfaciat omnibus creditoribus, abrenuntiat bonis suis vniuersis, cedens illis: vide infrà cessio. Et etiã cedere est in aliũ trãsferre, vt cedere possessionẽ, vsumfructũ & huiusmodi. l. si dubitet. ff. de fideiusso. & hoc nota pro statutis. Et cedẽs bonis non liberatur etiã à ciuili obligatione. l. qui bonis. ff. de ces. bo. vbi not. Accur. licet cõtrariũ tenuerit glos. & malè in l. vbicunque. ff. de fideiuss. Itẽ non auditur debitor fisci vel reip. volẽs cedere bonis secundum Bart. in l. is qui. ff. de ces. bo. quãuis videat tenere oppositũ in l. iij. iuncta glos. C. de cess. bo. & beneficio cessionis renũtiari non potest. secũdũ Bar. l. alia. §. elegãter. ff. sol. mat. licet Cin. videatur tenere cõtrarium in l. j. C. qui bo. cede. poss. Et bonis cedi potest non tantum in iure, sed etiam contra ius, & sufficit per nuntium & per epistolam id declarari, l. fi. ff. de cess. bo.

Cedere diem est incipere diem debiti, vt si debes mihi cẽtum in festo Ioannis Bap. aduenien te festo dicitur venire dies debiti. l. ced. diem. ff. de verb. sig. Itẽ cedere diẽ legati vel fidei cõmissi dicimus respectu trãsmissionis, vt docet Accur. in l. vnic. §. cũ igitur. C. de cad. toll.

Cædere cum diphthõgo est non solùm succidere, sed etiam ferire cædendi causa. l. v. arbor. furtim cæsa.

Cædua sylua est quæ succisa repullulat, & quæ in hunc vsum habetur vt cædatur. l. sylua. de verb. signi. & eodem modo appellant etiam arbores cæduæ.

Cælare est insculpere: vnde cælatura, quæ propriè fit in metallis, sculptura verò etiam in marmore, ebore, ligno, gemmis & vitro. l. etsi. §. quid ergo. de au. & arg. leg. & l. ex argento.

de cond.fur.at celare sine diphthongo aliam habet significationem. de qua in l.j.ff. de act.emp.

Celebris ciuitas,id est insignis & frequens hominibus.l.si in aliquam.de offic.proconſ.& celeberrimus, id est, plurimorũ sermone idoneus habitus.l.si res pupillaris.de admi.tut.

Cœlebs dicitur ille qui non vult contrahere matrimonium. Et hic secundum Azonem forte orbus dicebatur,quia sine matrimonio & sine liberis erat. Et illi olim non poterãt causa mortis donare, quod hodie per leges corrigitur, vt patet C.de infirmandis pœnis cœlibatus & orbitatus. Dicitur autem cœlebs quasi cœlo beatus, quia talis est secundum Isid.qualia sunt lumina cœlo quæ absque connubiis sunt.

Cœlibatus venit inde, & est status vel modus permanendi seu viuendi sine coniugio. Vnde prouꝫ dicunt theologi,cœlibatus Ioannis,id est virginitas vel castitas,non præfereba tur coniugio Abrahæ.

Celeriter,id est summariè.Bar. in l.si quis.C.depo.

Cœlicolæ dicuntur qui cœlum vel planetas cœli,id est solem & lunam & stellas quasi Deum colunt, vt C. de iudic.& cœli. l.cœlicolarũ,& quasi per to.ti.

Cœlum,id est, cœlestis altitudo imperij, vel expone aliter, vt not.C.de sum trinit.l. vltim.in princ.super ver.cœlum.vel cœlum,id est,vniuersalis ecclesia, extra de maio.& obe. cap.solitæ.Vel cœlum,id est aer.ff. de vsufru.l.æquissimum.

Cella dicitur à cellando,id est occultando,dicitur.c.priuilegiũ. de verb.sign.in glo.in vj.

Cellarium,dicitur locus à reponendis celandisq; esculentis poculentisq; dictus. Apud Columellam de re rusti. caput est quo pacto villica tractare debeat cellaria Iurisconsultus de leg.iij.l.vxorem.Cellarium,inquit,iunctũ eidẽ diætæ.Cellarius verò est qui cellæ vinariæ præsertim præponitur.Plau. in captiuis: Sume, posce, promequiduis,te facio cellarium.Vl. libr.33.de fundo instru.l.quæsitum.Cellarium, inquit, id est qui ideo præpositus est, vt rationes saluæ sint.Et aliubi sæpè. Nebr.

Cellarius,qui ideo præpositus est vt rationes saluæ sint. l. quæsitum. §.cellarium. de fun. inst. Cellarium verò neutro genere locus est quo penus siue esculenta poculentáq; asseruantur.

Cementarij dicuntur operatores murorum, idem quod latomi: quia cæmento,caltis & arenæ vtuntur.

Cenaculum est locus aptus ad cenandum vel comedendum,in quo quis magis de die quàm de nocte solet residere causa refrig



refrigerij:vide cœnaculum.

Cœnobium, est locus religiosorum:& dicitur à cœnon,id est commune,quia ibi omnia debent esse communia: cap.cùm dilectus.de consuet.

Cenodoxa est vana & mundi gloria.

Cenotaphium interpretatur inane sepulchrum, id est quod sine cadauere in memoriam tantum defuncti constructum est: quale apud Virgilium 3. Aeneid. Hectorem ad tumulum viridi quẽ cespite inanẽ. Vlpia.lib. xj. de religiosis, &c. l.vel quæ. Si cenotaphium,inquit,fit, venire dicendum est, & co.titu.l.monumentum.Monumentum, inquit, memoriæ causa factum,quod Græcè cenotaphiũ dicitur.Et tunc scribitur per e,simplex. Nã per æ, diphthongum,significat cęnotaphium nouum sepulchrum, quale fuit illud in quo Saluator noster fuit sepultus,de quo in Euange. Sed per œ,diphthongum, Cœnotaphium significat commune multorum sepulchrum,quod Græcè polyandrum quoque dicitur.Taphos nãq; sepulchrũ interpretatur. Cenos autẽ sine diphth. vacuus,cœnos per œ,diphthõgum significat commune. N. Cenotaphium est inane sepulchrum, id est monumentum sine corpore, quod constat ad memoriam defuncti, vt ff.de re.diui.l.in tantum.§.fin.

Censeo,es,est arbitrari,vnde censores dicti,ad quorum censionem,id est arbitrium censere tur populus', vt scribit Varro de lingua latina. Festus quoque:Censores,inquit,dicti sunt quod rem suam tanti quisque æstimare solitus sit,quanti illi censuerint.Hinc dicitur Censiti, quorum res est æstimata certa quadam summa, & per eam in classem suam redacti, qui etiam Opitecensi,id est opibus censiti dicebantur:& Capitecensi,qui nullo aut paruo ære censebantur. Autor est Gel.libro 15.& Valerius vbi de Mario. In codicis Iustiniani libro xj.tit.est de agricolis censitis.&c.In quibus causis colo ni capite censiti dominos accusare possunt.Pomponius tit.de acquirendo rerum domi.l.ergo.Cẽsitorum inquit,vice fungitur. Nebr.

Censere est iudicare, iudicium constituere,præcipere, vt not. Ioan.And.in glo.verbi censemus.in cle.j.de concess.præb. ff.de verb.signi.l.censeri. Inde nomen censoris sumptum est. Prædia etiam dicuntur censeri,quia censum præbent.Etiam censeri est in censum conscribi,vt C.in quibus cau.pig.taci. contra.l.j.

Censere est æstimare, constituere,vel deliberare, vnde senatum censere est cum senten-

tiam dicas de eo quod sibi videtur. inde censores nomen traxisse videntur, assentire verò dicitur senator, cum alienam sententiam approbat.

Censiti dicuntur qui censentur, id est, censum præbent, require suprà agricolæ & censiti, & infrà colonus.

Censitor est qui recipit præsentationes collectorum coloni, & pignoris iure vendit prædium si census non soluitur, vt ff. de censi. l. forma. §. illam. & l. cùm possessor. §. pro pecunia. Item censor dicitur iudex. l. ergo. de acquir. rer. domin.

Censores à censu çris, id est pecuniæ sunt dicti, quia censum tollunt: cùm enim auctus esset cẽsus in vrbe Romana, adeò vt consules non sufficerent, constituti sunt censores, & censoris nomẽ inde videtur esse tractum, quia senatũ aliquid census fuisse dicimus. l. censeri. præall. Item censor est iudex. Inde cẽsura, id est iudicium, & per censuram ecclesiasticam significatur interdictum, suspensio & excommunicatio. c. querenti. de verb. sig. Etiam cẽsores Romanos procuratores dicimus.

Censorius, vir qui censor fuit vel qui dignus est, vt censor sit propter morum grauitatem, qui alios vindicet.

Censorium quod ad censorem pertinet.

Censura ecclesiastica quid sit, vide extra de sepul. c. vlt. & vt lit. non conte. cap. tuæ. Item quid importet, vide extra de verbo. significat. capit. quærenti. & in clemen. de iudi. cap. ij. de foro competen. cap. j.

Censor, tributum, & pensio publica idem, vt cod. in qui. caus. pignus tacit. contr. l. j. & cod. si propter pensionem publicam. l. sic accipitur. Vnde census idẽ est quòd pensio quæ soluitur de prouentibus: census etiam dicitur patrimonium. l. de creationibus. cod. de epis. aud. olim erat recognitio ciuium per capita, & quantum quisque haberet in bonis.

Centenarij dicuntur duces vel magistri centum militum, quorum potestas dicitur centena.

Cẽtesima vsura dicitur quæ cẽtesimo quoq; mẽse sortẽ æquat.

Centesimis calendis dare spõdes? sermo est ex fœneratorum cõsuetudine deductus, pro eo ac si dicatur: Intra centum menses, à quo & centesima vsura.

Centones sunt cilicia ex pilis caprarum, siue panni crassiores ex lana diuersorum colorum consuti. Plautus in Epidico. Inalium quæras cui centones sarcias. Iuuenal. Intrauit calidum veteri centone lupanar. Cato de re rusti. Prius veterem sagã accipito vnde fiant centones. De huiusmodi rusticis centonibus loquitur Iurisconsultus Vlpianus lib. xxxiij. Digesto. de fundo



fundo instru. centones, inquit, funes perticę. Accur. Vgutij auctoritate, centones interpretatur puluinaria, id est opus factum ad modum puluinarum. Quid verò per puluinaria ipse intelligat, ego non video, cum auctore Seruio, puluinaria sint lectuli qui sterni templis consueuerunt. Principum quoque puluinaria dicuntur, vt apud Iuuenal. Lupanaris tulit ad puluinar odorem. Catullus quoque de nuptiis Pelei: Puluinar verò diuæ geniale vocatur. N.

Centones, sunt cilicia siue panni crassiores ex lana diuersorum colorum, de quibus in l. quæsitum. §. item centones. de fundo instru.

Centumuiralia iudicia dicta sunt à cẽtum viris, nam cùm essent Romæ xxxv. tribus, quæ & curiæ dictæ sunt, tertiæ singulis ex tribubus sunt electi ad iudicandum. qui centum viri appellati sunt, & licet quinque super cẽtum fuerint, tamen quo facilius numerarentur, centũ viri dicti sunt.

Centuria in re militari centum continet homines, qui sub vno centurione sunt, quorum centenarius iustus est numerus, sed centuriæ in agris significant ducenta iugera, centuria à centum iugeribus vocabatur, sed mox duplicata nomen retinuit.

Cẽturio miles dicebatur qui præerat centum militibus, & cohors illa cui præerat appellabatur centuria, centurionis insigne, vitis erat, siue sarmentũ ex vite. Plinius: centurionum, inquit, in manu vitis. Iuuen. de Mario sub centurione constituto. Nodosam post hæc frangebat vertice vitem. Lucan. in 6. de Lælio centurione: Latiam longo gerit ordine vitem. Et Sillius libro 6. Leuinus ab alto Priuerno vitis Latiæ præsignis honore. Et Martia. Varre Paretionas Latia modo vite per vrbes. De vite quoque centurionum meminit Iurisconsultus lib. xl. Digest. tit. de re milit. l. milites agrum. Si vitem tenuit militiam mutat. Nebr.

Centurio est qui præest centum militibus. gl. ff. de vulg. & pupi. substitut. l. centurio.

Centussis, id est, libræ centum, à decem decussibus dicitur, & à centum assibus qui erant numeri breues ex ære, vt centussæ licet, id est centum libris vẽdit per auctionem.

Cepisse quis dicitur, quanuis alij acquisiuerint. l. cepisse. de verborum signific.

Cerdo dicitur vilis homo qui artes exercet illiberales, quod libet lucrũ sectãs: cerdo enim græcè, lucrum latinè dicitur, de eo meminit Iurisconsul. in l. cerdonem. ff. de oper. liber.

Cereales ædiles, sic dicti à Cerere, eò quòd frumento præs-

sent.l.ij.§.de inde.co.Iulius.de origine iuris.

Cerimonia est ritus sacrificandi, Dicuntur enim cerimoniæ sacrificia,& solennitates Iudæorum quæ cereis exercebãtur, & sic in veteri testamento pecçata purgabantur.

Cerimoniales præcepta sunt quę ad cultum Dei pertinent: de quibus ratio reddi non potest secundum Ioan. Theut. dist. vj. §. his itaque respondetur. quia ad literam fuerunt mandata, vt non arabis in boue & asino, non indues vestem lino, lanáque contextam,& non seres agrum diuerso semine.

Ceroferarij acolythi sunt. xxj. dis. cleros. xxiij. distin. si quis post. §. deseruientes.

Certare, id est, pugnare, quasi certum se dicens habere, quod fit etiam disputando. cod. de posthu. hered. instit. l. quod certum. de leg. at cum quidam.

Certamen pro ludo in quo est cõtentio, vbi etiam victori ab agonotheta præmium proponitur. Scæuola titu. de ann. leg. l. liberto. certamina, inquit, sub nomine ipsius celebrarentur, id est ludi.

Certatores dicuntur monachi, in auth. de mona. §. cogitandum.

Certum dicitur non dubium, vnde aliàs definitur certum esse quod apparet quòd quale quãtumque sit. l. certum. ff. si certum petatur.

Certi condictio competit ex omni obligatione & ex omni causa ex qua aliquid certum & determinatum petitur, siue ex contractu siue ex causa legati, siue ex suo nomine, siue obligetur hereditario, & sunt duæ certæ conditiones, vna generalis in omni cõtractu vbi certum petitur, alia specialis in contractu mutui. Et licet nulla lex hoc manifestè dicat, potest tamen colligi ex text. Institut. quib. mod. re. contrah. obli. §. j. in fi. ibi ex eo cõtractu, scilicet mutui nascitur certi cõdictio, quasi pronomen eo demõstret specialitatem in mutuo. Posset etiam probari ex rub. ff. de re. cred. & si cert. peta. & de certi condi. Quæ rubrica habet tres partes, vbi in secunda tangitur certi condictio specialis, & est glo. Instit. §. præalle. similis gl. in l. certi condictio. in princip. ff. si cert. pet. & in l. j. in prin. ff. de triticaria, &c. Et nota quòd in libello non procedit certa condictio generalis, quia non instruitur aduersarius an debeat cõtendere, an liti cedere, dicendo, te conuenio, quia ad certum mihi teneris.

Certiorem facere quempiam eleganter dicitur, & non facere certum. Nam quòd Virgil. in Aeneid. dixit: Anchisen facio certum. carminis necessitate excusatur, quòd certiorem in versu non potuit collocare, quoniam



quoniam syllaba breuis est inter duas longas, quod heroicũ carmen reformidat. Vtuntur Iurisconsulti hoc verbo certioro as, quod apud eos qui purè loquuntur in vsu non est. Vlpia. lib. xxvij. Dig. tit. de eo qui pro tutore. l. j. Sed necessarios inquit, pupilli non certiorauit. Idem quoque lib. xvij. tit. mandati. l. si fideiussor. cùm certiorare posset, inquit, eum, non fecit. certifico verò & certificatio nusquam quod meminerim, legitur, nisi in lib. Dig. tit. de exc. Honores, inquit, & immunitates certificauit scribens. Itẽ de pignoribus & hypothecis. l. cùm tabernã. quæ est Scæuolæ, lib. xx. Dig. Non certificationem, inquit, sed suppositionem à me accipere. Neb.

Cerui sunt animalia de numero habentium naturam feram, licet quidam ita mansuetos habeant, vt in syluam ire & redire soleant. Instit. de rerum diui. §. ceruos quoque.

Ceruisa, vel ceruisia, vel ceruisiũ, potio est ex hordeo, siue tritico, siue ex pane concinnata, & est ferè quàm sacrę literæ. ex Hebræo sermone interpretantur Siceram, & idem quod zithum: Sicera verò, Hieron. ait, est omnis potio quæ potest inebriare præter vinum. Vlpianus libro xxxiij. Digest. de trit. & vin. lega. l. si quis. Nec camum inquit, nec ceruisa continebitur. Et paulò ante, certè zithũ quod in quibusdam prouinciis ex tritico vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, Strabo libr. 27. in descriptione Aegypti, scribit commune illis populis esse poculum, & fieri modis variis, appellatur autem à Græcis zythum, ab interprete ceruisum. Ant. Nebr.

Ceruisia vini appellatione nõ continetur. ff. de vino & oleo lega. l. si quis vinum.

Cerycia dicuntur à Græcis, quæ Latini vocant caducea. l. sanctum. de rer. diuis. ff.

Cæsa quæ dicantur, enarrat Iurisconsul. in l. fundi. & l. seq. de actio. empt. & in l. in rutis. de verborum signific.

Cæsar, fuit primò nomen proprium Iulij, Imperatoris, à quo posteà omnes Imperatores dicti sunt Cæsares.

Cæso cæsonis, est puer scissus ab vtero matris. Inde Cæsar, quia cæsus ex ventre matris; vt per glossam in rubric. Institutio. in verbo Cæsar.

Cessare agrum dicitur, cùm non laboratur.

Cessare & extingui differũt. l. quires. §. aream. de solutio.

Cessim ire, id est, retro ire. l. si ex plagis. ad legem Aquil.

Cessio est iuris & actionis translatio: nam per cessionem iura & actiones in eum cui cessit, transferuntur, quia sicut in venditione, vel quolibet titulo

alienationis rei corporalis necessaria est traditio quātū ad dominij translationem: ita ad translationē rei incorporalis, scilicet, iuris & actionis vtimur cessione, quæ reputatur pro traditione. Itē cessio secū dū Isid. lib. vj. etymol. propriè est rei cōcessio, sicut est illud Ruth. 4. cedo iuri, ppinquitatis. Nā cedere dicimus quasi cōcedere, vtpote ea quæ propria sunt, nā aliena nō cōcedimus, sed restituimus. cedere etiam propriè dicitur qui contra veritatem alteri consentit, vt Cic. cessit Emilisse auctoritate viri, id est potius paruit. Et est sciendum quòd in instrumento cessionis dicitur quòd cedens eum cui cedit, constituit procuratorē in rem suam. Ad cuius euidentiam notandum. Si cum Titio ex mutuo contraxisti, tibi competit contra eum actio directa & personalis, quia cum eo in tua persona traxisti. Tibi etiam competit actio vtilis, quia vtiliter & cum defectu debitum ipsum tanquam rem tuam prosequeris. Si autem mihi iura & actiones contra debitorem tuum ex causa venditionis vel ex alia commiseris, transfertur in me vtilis actio qua vti possum ad ipsum debitum tuum tanquam meum exequendum. Directa verò & personalis, remanet apud te, cùm à te per cessionem non potuerit separari etiam si velis, adeò tibi adhæret. ff. pro socio. l. iij. Et sic patet quòd in directa actione & personali sum procurator tuus, quia aliter non poteram vti, licet enim directa non possit cedi, potest tamen mandari eius exercitum. Et nota quòd cessio actionum præsumitur si mulata ex tribus quæ notat Accur. in l. j. & pe. C. de man. & ibi doct. & c. fin. de alie. mut. iud. cau. fa.

Cessionarius diciturille inquem transfusa est obligatio vel nomen, & debet certiorare debitorem q̄ nomen eius in ipsum transfusum sit, notificando vel ostendendo instrumentum & legēdo, & copiam si velit habere, dando, vt l. nomen. quæ res pig. oblig. poss. C. alias alteri soluere posset debitum, non credens se obligatum cessionario. l. j. §. j. ff. de noui operis nuntiat. & l. j. C. de obl. & actio. per Bartol.

Cætera, hæc dictio haber importare in contractu ea quæ veniūt quæ sunt de natura ipsius contractus, hoc est de consuetudine: vt not. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit. ff. de iureiurā. & per hoc inferūt docto. quòd si in protocolis alicuius notarij inueniantur hæc verba &c. quòd intelligatur ea veniſse in contractu quæ de natura



natura, vel de consuetudine eius sunt. Et dicit Bald. quod per verbum cætera, nunquam intelligitur vt veniat promissio cum pœna. Ratio, quia pœna dicitur esse quid extrinsecum ab ipso cōtractu, ideo nō intelligitur ve ire nisi expresse appareat. arg. ex his quæ no. in l. sciendū. ff. de verbo. oblig. & l. ij. C. de fal. si tamen secundum Bal. contractus esset conceptus ad consiliū sapientis, & in ipso verbum &c. reperiretur, tunc bene posset apponi pœna in hoc cōtractu, & hoc operatur appositio illa, vt consiliū sapientis dicat istum contractum, iuxta nota. in l. ex ea parte. ff. de verb. oblig. Et nota q̄ dictio & cætera, duplici modo scripta reperitur, & secundum hoc dupliciter profertur. Vno modo ponitur indeterminatè in fine orationis sic quòd non regitur ab aliquo verbo: & tūc debet scribi breuiter vt sic, &c. Secundo modo ponitur determinate sic, quod refertur ad verbum in oratione positum à quo regitur, & debet scribi longe pro duabus dictionibus vt sic & cætera. Sic etiā profertur breuiter & longius, & vtroque modo significat prout verba præcedentia vel aliud medium significare declarat. Nā breuiter &c. significat illud quod deficit, & supplet verba deficientia, vt in l. gallus. vers. credēdum. ff. de lib. & posthu. vbi testator dicit. Si me viuo nepos decedat, tunc qui pro nepos, &c. credēdum est Gallum denotasse idem de pronepote. Et sic dictio, &c. supplet ibi verba, secundum quæ pronepos potest substitui, quæ sunt in princip. illius l. vt gallus introduxit. Item si præcedit instrumentum extensum locationis vnius domus factæ vni, & sequitur instrumentum abbreuiatū emptionis alterius domus factę eidē, dictio &c. significat clausulas in præcedēti positas, quæ huic locationi sunt applicabiles, quia præcedētia declarant sequentia. l. si seruus plurium. ff. de legat. j. Item quia in habentibus symbolum facilior est transitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vendicatio. contractus autem emptionis & locationis sunt similes. l. prima. ff. locati. Et est sciendum quòd notarius quando notam positam breuiter in protocollo redigere vult ad instrumentum publicum tunc significata per dictionem, &c. debet extense scribere, quia scit quod actum est, & quod per hanc dictionem intellexit tanquam testis ibi contentorum, quia dispositionem contrahentium recipit: ergo mortuo primo notario post protocollū antè quā redigeret illud in publicū instrumentū, Secundus no-

tarius nō debet significata per dictionem, &c. in protocollo positam extendere, nisi quantum ibi sunt extensa. l. contractus. de fide instrum. Sed talis nota protocolli legenda est partibus coram testibus & illis exponentibus verbum, &c. debet notarius secundus super hoc requisitus, expositionem illorum redigere in publicum instrumentum extensum, aliàs iudex debet arbitrari ex præcedentibus & sequentibus, & coniecturare quid per verbum &c. significetur. l. si seruus pluribus. §. j. ff. de leg. j. & l. voluntatis. C. de fideicom. Secundò sumitur, &c. prout longè ponitur, & significat alia præterea quæ enumerata sunt. l. item quæritur. §. exercitum. ff. locati.

Cæterum. no. Io. cal. in commento decret. vestra. de cohab. clerico. & mulie. & Pau. in commen. decre. nobis. de iure patro.

Cætus, vide ff. ad l. Iul. de vi. l. qui cætu. & in elemen. de elec. caphi qui. Et quid sit cætus, & vnde dicatur, vide xv. distin. canones. in fi. Item quot homines faciant cætum, vide Bartol. in l. prætor. ff. vi bon. rap.

Character, eris, interpretatur figura, vel signum, vel forma. Cice. ad Brutum in oratore: In omni re difficilimum est formā, quæ character Græcè dicitur exponere. Sed & styli genus character ab auctoribus dicitur. Vlpianus libro xxviij. Digest. titu. de testa. l. ad testium. Dum tamen, inquit, habuerit characteres, dixit pro figuris literarum. Nebr.

Character propriè est signaculū quoddam quo aliud insignitur vt ordinetur ad aliquē finem, sicut charactere insignitur denarius ad vsum commutationis. Et milites charactere insigniuntur, quasi ad militiam deputati.

Charisticon pro remuneratione. l. penult. de bon. damnator. [ In quibusdam legitur carciaticō, vt & in Pand. Flor.

Charta est pagina scriptioni apta, ex quacunque materia illa sit, siue ex plumbo, siue ex cortice, siue ex linteis, siue ex papyro, siue ex corio, quæ dicitur membrana. De chartarum generibus Plin. multa lib. 23. Nat. histor. Vlp. tit. de leg. iij. l. librorum. Librorum, inquit, appellatione omnia volumina continentur, siue in charta, siue in quauis alia materia: neq; enim membrana excluditur à chartæ appellatione, cum charta membrana appellatur. Idem quoque ibidem: Si quis, inquit, chartas legauerit puras membranæ, nō continebuntur quasi dicat, nisi addatur, charta mēbrana. Idemquoq; Vlpianus tit. de bonorum possess. secundū tab. l. chartæ appellatione, etiā ad nouā chartam refertur. N.

Chartæ appellatione venit charta papyri, negant mēbranā. l. chartis. & ibi Bar. ff. de leg. iij.

Charta seu instrumentum, seu rescriptū dicitur falsa, seu falsum bene quatuordecim modis: vt no. in c. in memoria. distin. xix. gl. verb. falsam.

Chartophylaciū est armariū vel locus in quo; chartæ reseruant. Et dicitur à charta, quod est instrumentum, vel scriptura, & phylate conseruare, quasi &c. vt not. in c. j. de probatio. & c. ij. xc. distinc.

Chartoprati, chartæ venditores.

Chartularij iudices dicebātur olim illi qui ab Imperatore habebant potestatem iudicandi, & illos solum qui coram eis eligebāt, litigare, poterant eligere sine consensu propriorum iudicum: sicut traditur in glos. l. j. ff. de iudic.

Chasma, id est hiatus terræ. l. si in vēditione. de peri. & cō. rei vēd.

Chiliarcha est princeps super mille homines.

Chirembolum in l. j. ff. nau. cau. stab. dicitur manus immissio, quod Alcia. in Parer. interpretatur.

Chirographū, est pictura ex manu propria, quā autographum etiam appellant. Sueton. in Augusto: Nihil æquè elaborauerant, quàm vt imitarentur chirographū suum. Differt autem chirographum à syngrapha, quòd in chirographo tantum quæ gesta sunt scribi solent, in syngrapha etiam contra fidem veritatis pactio scribitur. Idem in eodem: cuius pacti non dubitauit à quibusdam iusiurandum, à quibusdam syngraphā petere. Per syngraphā intelligit Sueto. chirographum propria eorum qui pacisscebantur manu scriptum, in quo talis pactio scripta erat nec negare possent. Paulus libro xlij. dig. titu. de priuil. cred. l. bonis, à chirographo chirographarium formauit, quod significat eum qui à debitore autographum debiti habet, chirographariis, inquit, creditoribus. Nebr.

Chirographum est cum duo pacisscentes duas scripturas sub eadem forma verborum inter se conficiunt & mutuo sibi tradunt, vel dicitur instrumentū seu illa litera in qua debitor cō fitetur se esse obligatum creditori, idem quod antapocha, & chirographa dum væneunt: nomen siue corpus venisse videtur. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de leg. j.

Chlamis est vestis militum, purpura regum, stola sacerdotum, toga aduocatorum, birrus rusticorum vel custodum, cucula monachorum. vt C. de vesti. holo. & aura. libr. xj. & l. fortissimi. C. de mil. veste. lib. xij. prout not. Azo in sum. C. de offic. præfe. præt. Sed in l. vestis. de

auro

auro & arg.leg.connumeratur interveſtimenta puerilia.

Choma,atis, ex Græco interpretatur aggeris. Eſt autem agger, vt inquit Seruius in illud Virgil. 10. Aeneid. Atque ipſis prælia miſcent Aggeribus, terra illa quæ facto vallo propius ponitur. Vnde tit.eſt apud Imp. de aggeribus Nili nõ rumpendis. Illi igitur aggeres propriè dicuntur chomata Græcè. Vlpia.lib.xlvij.Dig.ti. de extraor. crimin.l.ſaculari j.Chomata, inquit,ſunt aggeres qui ſolent aquam Niloticam continere.Et ibidem ſæpe: vbi pro choma per ch,& o longum,coma, atis per c,exile mendosè legitur.

Chomata dicuntur aggeres qui ſolent aquam Nili continere. l. ſaccularij. ff. de extraordin. criminib.

Chorus quid ſit, vide l. ſi chorus. de leg.iij.& l.cùm eiuſdem. de ædil.edict.

Chreſis ponitur pro vſu.l. ſi habitatio.ff.de vſu & habit.

Chryſammos Græcè dicitur, quã vt ait Pli.Hiſpani balucam appellant,de qua ſatis multa ſcripſimus in verbo baluca, dicta à chryſos ſiue chryſion, quod eſt aurum. Iuſtiniani Codicis, lib.xj.titu.de metallariis.Octonos inquit, ſcrupulos in baluca,quæ Græcè chryſammos dicitur. Accurſius non minus in chryſammi delirat interpretatione, quàm ſuprà fecerat in baluca: Chryſammos, inquit, Græcè, Latinè vtilitas, vt ſit chryſammos,id eſt,in vtilitate publica:cùm tantũ diſtet chryſammos à chreſmos quod interpretatur vtilitas: quantum Thais ab Hermione. Illud nanque per ipſilon,hoc per eta ſcribitur. Nebr.

Chryſammos, veluti alij legunt, chryſoma,vas eſt,in quo aurũ infundebatur, vt exponit Alci. in l.j.C.de metal.

Chriſma ſit ex duobus liquoribus,ſcilicet oleo,per quod puritas mentis & nitor conſcientiæ intelligitur,& ex balſamo, per quemodor fãmę figuratur, vt eſt text.in ca.vnico, de ſacra vnctione.

## De C ante I.

Cibatiorum appellatione nequ habitatio, neque veſtiarium neque calcearium continetur, ſed tantùm cibus. l. diariis.de alimen.& cibar. leg. cibi verò appellatione, potum quoque contineri Archidiacon. prodidit.cap.in quibus. de conſecra. diſtinct.ſecunda.

Cicatrix dicitur quæ vultum excæcat vel deturpat, & poſt ſanatum vulnus remanet.Bart.in l.ſi quis in metallũ. C. de pœn.

Cicera, eſt omne quod bibitur. xxxiij.quęſt.ij.admonere circa medium in princip.

Cidonium malum, idẽ eſt quod cotoneum,& vinum cidoniũ, quod exmalorum cidoniorum conficitur ſucco. Vlpian. tit.de vino,tritic.lega. l. ſi quis.cidonia,inquit,& ſi qua alia ſunt vina, quæ non ex vina fiant. Ea verò, vt diximus, ſub cerniſia ſiue zytho contineri videntur. Ant.Nebr.

Cidonium vinum,ex cidonij mali ſucco confectum.l.ſi quis.de vino lega. Nebr.

Cilicium propriè dicitur textum ex lana caprina,ad vſum maximè tentoriorum,ſiue caſtrorũ, vt dicit Virgi.lib.3.Geor. Vnde cilicina ſaga fiebãt ad pluuias arcendas.Exod. cap.26. Facies, inquit, & ſaga cilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi. Vegetius quoque libro quarto de re militari, ſaga cilicina prætendi præcipit, ad excludendos impetus ſagittarum.Vlpianus lib.xxxiij. Dige. tit de fundo inſtructo. l. quæſitum.§.ſi domos,Vela, inquit,cilicina inſtrumenti eſſe Caſſius ait,quæ ideo parantur,ne ædificia vento laborent.

Cilicium,textum ex lana caprina: vnde cilina vela in l.quæſitum. de fund.inſtru.

Cimdiarcha, id eſt, cuſtos vaſorum,& aliarum rerum pretioſarum eccleſiæ, C. de ſacroſan. eccleſ.l.iubemus.in gloſ.

Cymbium poculi quoddam genus eſt, dictum à ſimilitudine cuiuſdam nauigij. Eſt autem cymbium in forma deminutionis ab eo quod eſt cymba. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.Pau. xxxiij. Dig. tit.de auro & argen.leg.l. pediculis:cymbia,inquit, argentea cruſtis aureis illigata. Nebr.

Cimdiarchium, locus eſt vbi reponitur theſaurus.cod.de bon. auctor.iud.poſſ.l.fi.§.ſinautem. & de agr.& cenſi.l. litibus.

Cimiterium vide cœmiterium.

Cingere arborem, eſt illam deglabrare, ſiue delibrare, hoc eſt, decorticare, ſiue corticem detrahere, encernardar Hiſpani dicunt,quo facto arbores inareſcunt.Paul.lib.xlvij. Dige.tit. arborum furtim cæſarum.l. cædere.cingere,inquit,arborem, eſt illam deglabrare. Item ff. eodem.l. furtim. & Alphenus lib.xix.Dig.titu. locati & cond. l.in lege locationis. Néue quẽ cingere, cædere, vrere ſinito. Ant.Nebriſ.

Cingulum quandoque exponitur id eſt,adminiſtratio. in authen. vt liceat ma.& auiæ.§.quia verò quædam. Quandoque pro enſe vel pro titulo dignitatis. C.de præpoſ.ſac. cub. l. vltima. libro xij.

Circa eſt ſignificationis reſtrictiuæ,non autem ampliatiuæ: vt in l.Rutilia Polla.ff. de contra. empt.& hoc nota pro ſtatutis. Et quid dictio circa, operetur in teſte,vide Barto, in l. celſus. ff.de vſucapioni. Et circa, pertinet ad tempus,circum ad locum

cum circiter ad numerum.

Circeiensis, e, nomẽ possessiuum gentile ab eo quod est circeij, orum, opido Italiæ in Latio veteri, atque promontorium eiusdem nominis, quondam insula vt inquit Plin. autoritate Homeri, vasto mari circundata. Illuc Circe venefica illa decantatissima regnasse dicitur, quo tempore Vlysses orbẽ pererrabat. Hinc Plin. de ostreis: candidiora, inquit circeiensibus. Liuius: circeiensium quidã cogniti & coloni à Velitris. Paul. i. xxij. dig. tit. de iu. & fa. ign. l. regula est. Ad opus, inquit, aquęductus reipu. circeiensium.

Circenses ludi appellantur qui in circo magno Romæ fiebant, atque inde dicti ea forma qua ab Hispali Hispalensi. Ex quo Seruij Grãmatici, & quorundam aliorum error conuincitur, qui putant circenses ludos esse dictos, quod vbi suo tẽpore metæ fuerunt, olim gladij ponebantur, quos circuibant: vnde ludi circenses, quasi circũenses. Virg. lib. 8. Aeneid. magnis circensibus actis. Et Iuuenalis: si potes auelli circensibus optima Soræ. Hermoge. lib. 50. dig. titu. de muneribus. l. j. Equorum, inquit, circensium spectacula. Et Paulus libr. xxx. dig. qui est de legatis primus. l. ciuitatibus. Ludos, inquit, scenicos, vel ludos circenses. Ant. Nebr.

Circenses ludi, qui Romæ in circo maximo fiebant.

Circitores dicuntur, qui vigilias nocte circũeunt. Hispani rondas vocant. Veget. libr. 3. de re militari. Tribuni, inquit, eligunt qui vigilias circũeunt, vt renuntient si qua emerserit culpa, quos circitores appellant, nũc militię factus est gradus. Ouid. in priapeia: Quid mecum tibi circitor molestę? Ad me quid prohibes venire furem? Vlpianus libr. xiiij. dig. tit. de institoria actione. l. qui cunque: circitores vocat, qui circunferunt merces per vicos & vrbes, vendendi causa.

Circuitores dicuntur qui circumeunt vel circũdãt patrias à nũdinis ad nundinas deferẽtes res vænales. Et dicuntur alio nomine circummeatores.

Circulatores circunforani dicuntur qui publicè offucias quasdam & præstigias faciunt, vt videantur deuorare gladios, & irritare serpentes, & talia quædam facere. Apuleius in primo de asino; circulatorem aspexi equestrẽ spatham præacutam mucrone infesto deuorasse, ac mox eundem inuitamento exigue stipis venatoriam lanceam qua parte minatur exitium, in ima viscera cõdidisse. Paulus lib. xlij. dig. titu. de extraordinariis criminib. l. vlt. In circulatores, qui serpentes circunferunt & proponunt, si cui ob eorũ metum damnũ datum est. Ant. Nebr.



Circulatores, qui serpentes circũferunt & proponunt. l. fin. de extraor. crimi.

Circumferanus secundum Isid. libr. x. dicitur qui ad modum rotæ circumfertur.

Circunscribere est fraudibus cauillationibúsque in iudicio vti, vt causam obtineas, vincásque aduersarium. Ambrosius in Lu. cap. quarto. Vtitur diabolus testimoniis scripturarum, non vt doceat, sed vt circũscribat & fallat. Idem ad constantinum: Nec quisquam aut viduam spernat, aut circunscribat pupillum, & ibidem: Quid circunscribitur fratri? fraudatur mercenarius? Inde circunscriptio. Idem Ambrosius ad Irenæum. Omnia plena fraudis, plena circunscriptionis. Et circunscriptor, oris: Iuuenalis: pupillum in iura vocantem circunscriptorem. Iulianus libro xliij. titu. de exceptionibus. l. exceptiones. Quæ minori, inquit, vigintiquinque annis circunscripto. Nebr.

Circumseptus est circũdatus vel vndique cinctus: vt notat. in procem. clemen.

Circumducere literam est eam circumducta linea damnare, & sic differt à cancellare, & supunctare.

Circumscriptio quid sit, Bartolus in authentica ex causa. C. de liber. præterit.

Circunstantia alicuius loci intelligitur per xxx. pedes, vt dicit Bar. in l. item apud Labeonem. §. conuitium. ff. de iniur.

Circumuenire in eadem propè significatione accipitur, qua circunscribo, vnde illi propriè dicuntur circumuenti, quos grassatores quasi ex insidiis ad oriuntur. Cæsar in commentario Hispaniensi: cùm vndique se circumueniri animaduertisset. Ambr. in illud euang. Reddite quæ sunt Dei Deo. Nec interest apud Deũ, vtrum vi aut circumuentione res alienas occupet. titu. de doli mali except. l. apud celsum. Nebr.

Circumuenire est adhibita calliditate decipere l. j. de dolo.

Cisiarius, auriga cisij, quod genus est vehiculi gestatorij. l. item quæritur. ff. loca.

Cista pro capsa. l. j. depo.

Cisterna, pluuialis aquæ conceptaculum est, dicta, vt inquit Festus, qp inest in terra. Martia. Sit cisterna mihi quàm vinea malo Rauennæ. Vlpianus libr. xliij. Dig. de fonte deducendo. l. vnic. cisterna, inquit non habet perpetuam causam, nec viuam aquam. Sed si vinum conditur in conceptaculo cisternæ simili, cisterna quoque per translationem potest appellari. Vlpianus libr. xlvij. de furtis. l. vulgaris. Et quidem, inquit, si cisterna vini sit.

Cister-

Cisterna est locus in quo congregantur aquæ pluuiæ,& ibi collectæ vsui reseruantur. l. vnic. ff.de fon.

Citatio est in ius vocatio vel inuitatio, cùm quis de aliquo conqueritur,&querimonia sua coram iudice deposita, iudex emisso citationis edicto ad eius instantiam vocat,vel inuitat illum ad se in quem agere desiderat qui conquestus est.Si verò in edicto iudex vel prætor adiiciat hanc clausulam,si in die præscripto non veneris, quasi contumax condemnaberis vel reputaberis, tunc edictum olim dicebatur peremptorium: hodie autem sufficit quòd dicatur: citamus talem peremptoriè.Et est quadruplex modus citandi,secundum Gulielmum de Mont. Laud. Primus per nuntium literis citatoriis. Secundus per præconem. Tertius per edictum clem.j.de iudic. Quartus fit ex iuris dispositione. Item quædã citatio fit ad monitionem iudicis. ca. consuluit. de offic. deleg. Item quædam est verbalis,quædam realis vel actualis ducendo ad iudicem. Item citationis sunt tres actus. Primus est impositio,cùm iudex imponit nuntio vt citetur reus. Secundus manifestatio,cùm nuntius denuntiat citato vt veniat.Tertius relatio,cùm nuntius refert iudici se talem in tali loco citasse. Additur etiam quartus,scilicet comparitio citati, & quando citatus teneatur comparere, & si non cõparet mulctetur. not. per Doct.in c.præterea.de dila. Et de illis actibus in ca.fina.de feriis. Et nota quòd citatio est de iure naturali.vt in clement. pastoralis. de re iudi. & citatus ad locum morbosum, seu vbi aer est pestilẽtialis vel corruptus,non tenetur ire, cum saluti hominum sit ratio adhibenda. l.sed sciendum.ff.ad Trebellia. & ibi per doct.Nec citatus peremptorie potest dici contumax ante libelli oblationem.l. si finita.§.si plures.ff.de damno infecto.

Cito aduerbium, id est infra xx. dies.in auth. de mand. princip. §.sed & susciptentes.

Citra quandoque ponitur pro prẽter.de calum.l.vltim. quandoque habet effectum priuationis,vel negationis.ff.fam. herciscun.l.si filia.§.papin. Quandoque ponitur pro fine.in authenti.vt iudi.fine quoquo suff. §.quod autem à nobis. Quandoque exponitur citra quàm, id est aliter quàm. in authenti. iusiuran. quod præsta. ab his. §. iuro quoque. Quandoque exponitur citra, id est contra. ff.de noua.l.seruus. Aliquando id est ante. extra de testib.cap. dilecto.

Citreæ mensæ,id est, ex citri materia,celebrãtur apud autores, & fuerunt in tanto pretio,vt cum aliquãdo viri obiecissent fœminis nimios sumptꝰ,quos in coemendis margaritis faciebant,& vos, inquiunt, mensis citreis vtimini.Sed cùm apud omnes constet,citrum arborẽ, & mala citrea esse,quæ postea ecepta sunt cognominari malatancia, quorũ materia neque firma neque odorata, neque quicquam habens quod laudabile sit, suspicor aliquid erroris subesse circa has arbores iam inde ex antiquitate contractum,vt citrũ videlicet pro cedro accipiatur,hoc est,alerze, cùm præsertim arbor illa syluestris sit, copioseque proueniat in monte Atlante.Vnde Martialis de mensa citrea dixit:Accipe felices Atlantia munera syluas.Idem aliùbi:cùm possint Libycas,sustinuisse trabes,Paulus libro xix.Digestorum,de actione empti & venditi.l.si sterilis. Veluti si mensas quasi citreas emat,quę non sint. Ant.Nebris.

Citreæ mensæ, ex citri arboris ligno confectæ. l.si sterilis.de actio.empt.

Ciuilis actio. Require suprà acti.

Ciuile debitum.vide in glo.j.c.fi. de solut.Et quandoque ciuile, idem est quod vrbanum & elegans,vt in glo.in l.ciuile est.C. de fur.Sic inciuile,id est inurbanum vel indecens. lege inciuile.ff.de legib.



Ciuitas dicitur quasi ciuium vnitas,& murorum ambitu termi natur.de senten.excom. si ciuitas. cuius appellatione etiam comprehunduntur burgenses. ff.de verborum signif.l.ij.Item ciuitatis appellatione comprehenduntur mille passus à muro ciuitatis.ff.eo.titu.l. mille.& ff.de pen.leg.l.quod liquidè.§. si ita legitur.Item comprehenduntur horti.arg.ff.de procur. l.præsens.Item ciuitatis nomine non comprehẽduntur diœceses,nec econtra.vocatur autem propriè ciuitas,quæ habet episcopum.vt lxxx.dist.in illis.

Ciuis est natus in ciuitate.l.ciues. C.de appella.vbi glo.Sed quid de natis in comitatu? Dicitur in authen.qui.mod.na. effi.sui. §.si verò non ciues.

Ciuium appellatione veniũt non solùm illi de comitatu, sed etiam illi de territorio. Felin.in cap.Rodulphus. versic. quarta conclusio,de rescr.Adde quòd ciuium appellatione veniunt illi qui sunt de ciuitate, diœcesi, vel comitatu. Doct.in rubr. ff.solu.matrim.licet glos.aliter sentiat in d.c.Rodulphus.Bart. in l.j.ff.ad munici. Adde quòd Barto.in l.iij.C.de nat.lib.dicit ibi per illum tex.quòd ille qui oritur ex villico vel ex vico, sortitur originem ex ipsa ciuitate cui subest vicus,& an reprælias concessas contra ciues,comprehendant,conciui-

tatenſes.Bald.in l.vbi alij. ff.de offic.Proconſul.

## De C ante L.

Clades,id eſt, calamitas.l. j. C.de iure emphyteut.

Clam poſſidere, id eſt occultè poſſidere.

Clãdeſtinus,na,num,à clàm particula deriuatur,notámque habet ſignificationem, neque ob aliam cauſam hoc in loco poſuimus,niſi quòd vulgò accentu barbaro ab omnibus profertur,hoc eſt accentu in antepenultima,cùm penultimam habeat longam, & iuxta regulas latinæ linguæ in eadem accentus debeat colloeari.Quòd verò penul.lõga ſit,probatur carmine Manilij in primo Aſtronomicôn dicentis.Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma.Sillius quoque Italicus in libris Punicorũ:ceu clãdeſtino traheretur fœdere bellum. N.

Clandeſtinum coniugium eſt deſpecta perſonarum præſentia, vel iuris ſolẽnitate, vel denuntiatione non præmiſſa,ſine ſacerdotis benedictione, occultum matrimonium.

Clandeſtina electio dicitur, quæ in cameris per occulta cõuenticula fit,vel illa quam canonici inter ſe ſecretam tenent.

Clariſſimatus eſt dignitas. C. de prox.ſacr.ſcrin.l.peculiari. Aliquando accipitur pro conſulatu. C.de equeſt. digni.l.j.& ibi no.de dome.& prot.l.ij.lib.xij.

Clariſſimus dicitur etiam qui eſt ſpectabilis: eo quòd claram habeat dignitatem. C. de prin. agen.in re.l.fin.

Claſſis,id eſt nauis,inde claſſicus id eſt numerus claſſatorum,id eſt nauium ad bellandum. Et qui cenſetur,vel voluerit ſe huic miniſterio deputare,dicebatur incenſitus: vt C.de claſ. libro vndecimo.

Clauſtrum dicitur quaſi claudẽs, ſiue caſtrans, id eſt priuans habitantes in eis, ne euagentur. vij.quæſtio.j.§. vlti. & not.per Archid:de ſtatu regul.c.vno.§. verùm.libr.vj.ſuper verbo,more.& eſt locus religioſus.extrà de conſtit.cap.ij.in princip. Aliquando clauſtrum dicitur inſtrumẽtum ad claudendum domum vel partem eius.ff.de actio.empt.l.fundi.

Clauus in veſte erat verruca ex auro,vel ex cocco aut aliis coloribus veſti intertexta,ad ipſius veſtis ſplendorem adhibita.Quintil. lib.8. Vt affert, inquit lumen, clauus purpuræ ſolo inſertus. Hinc & laticlauij & anguſticlauij dicebatur ab antiquioribus, qui poterãt huiuſmodi genere veſtiũ vti. Varro de lingua Latina: Si quis, inquit, tunicam ita conſuat,vt altera plagula ſit anguſtis clauis, altera latis, vtraque pars carebit analogia. Suetonius in Auguſto:Vſus eſt togis neque



neque reſtrictis, neque fuſis, clauo neque lato neque anguſto.Vlpianus lib.xxxiiij. de au. & argẽt.lega. l. cùm aurum. claui aurei, & purpuræ pars ſunt veſtimentorum.

Clauus morbus eſt in ſimilitudinem tuberculi coloris albi: fit in plantis digitiſque pedum maximè. Celſus libro quinto de clauo ciũſq; curatione multa ponit: clauus, inquit, nonnunquam etiam alibi, ſed in pedibus maximè naſcitur, ſed præcipuè in contuſo: à Græcis helos dicitur, vt apud Galenũ libro decimo & vndecimo, de medicina ſimplici. Hoc morbo periit Sillius Italicus, vt auctor eſt Plinius Cæcilius in epiſtolis.Vlpianus libro xxj.titulo, de ædilitio edicto.l. qui clauum. Qui clauum, inquit, habet,morboſus eſt. Nebr.

Claui in re veſtiaria quid ſint,facile eſt intelligere, ex l. cùm aurum.in fine,& l.ſeq.& veſtis. de auro leg.ſunt enim vt puto, fibulæ, & veluti clauiculi quidam qui veſtibus inſuuntur, vel ad ornatum, vel ad illas annectendas, quod ferè fit in ea parte,qua pectus contegitur.

Clauus præter notum ſignificatum ponitur pro genere morbi.l. qui clauum. de ædil.edic. & quibuſdam videtur id tuberculum eſſe, quod digitis tum pedum tum manuum plerunque innaſcitur, & ab Italis vel portus vel callus nũcupatũ.

Clauſi dicuntur etiam vincti,ſi ita vincti ſunt,vt viticula erumpere non poſſint. l. ſi quis in graui.§.clauſo.ad Syllan.

Clerica,dicitur corona clericorũ taſa.vt not. Ioan.Andr. de vita & honeſt.clerie.c.clerici.

Cleros Græcè, eſt ſors Latinè, vel hereditas. Sunt ergo dicti clerici, quia de ſorte Domini ſunt.xxj.diſtinction.cleros.vbi ponuntur nomina omniũ graduum in eccleſia Chriſti deſeruientium. Et appellatione clericorum etiam intelliguntur monachi, licet non econtrà, quia ſunt etiam electi in ſortem Domini.xij.quæſtio.j.duo ſunt genera.Et hoc maximè in cauſis fauorabilibus, ſed in odioſis ſecus, vt not.in cap.j. de iuramen.calum. vbi etiam appellatione clerici non venit monachus,quia ibi poſtea ſpecificat.vide ca. cùm ſecundum Apoſtolum. de præbend. & ca. cleros.præalleg.

Cleronomia, idem eſt quod hereditas diuina.

Cliens dicitur ille cuius cauſam aduocatus tuetur & defendit. Inde cliẽculus deminutiuum. & idem eſt,ſecundum Iſid.Vel dicitur quaſi colens à colendis patronis.

Cliui appellantur foſſæ terreſtres per girum.ff.de ſer.vrb.prædd. ſeruitutes. §. ſi domo. Vel verius dicuntur loca in ſublime

surgentia,cuiusmodi sunt ascẽ sus montium.l.si ex plagis.§.in cliuo.ad l.Aqui.vnde cliuosam viam & planam,vt oppositа di stinxit Vlpianus in l.j.§.deterio rem.ff.ne quid in loco pub.

Cliuosa dicuntur loca in sublimè clementer surgentia: nam cliuus est montis latus.Vnde decliuis ex monte descendens,ac cliuis ad montem ascendens, Virg.1.Georg.cliuosi tramitis vndam Elicit.Et Iuuena.cliuosæ veheris dum per monumenta Latinæ.Vlpianus libro xliij. tit.ne quid in loc.l.prætor.Via cum planafuerit,si cliuosa fiat.

Cloaca alueus est per mediam vrbem in quem latrinarum sordes confluunt.Itaque latrinæ sunt,quemadmosium Hispani dicunt, priuatæ: dictæ ab eo, quòd lateant,Cicerone auctore. clocæ verò sunt publicæ, quod elegãter Columella vno versu expressit,dicens:Immundis quæcunque vomit latrina cloacis:id est,quod ex foris priuatis sordes confluunt in cloacas publicas,& inde emittuntur extra vrbem.Vnde Iuuena. de Tiberino piscе dixit: Pinguis torrente cloaca.Vlpianus libro xliij.de cloacis.l.j. cloaca est,inquit,locus concauus, per quem colluuies quędam fluat. Inde cloacarius,qui cloacę curam habet.Vlpianus lib.vij. de vsufructu,& qnemadmodum quis vtatur. l.si pendentes. Si quid,inquit,cloacarij nomine debeatur. Ant.Neb.

Cloaca dicitur locus concauus, vbi sordes confluunt ex quocunque vili loco,vel effluũt de viis & plateis,vel vbi stercora recipiuntur,scilicet latrina.ff. de clo.l.j.Vel cloaca est locus cauus,per quem colluuies quę dam fluit,& ponit prætor ibi duo interdicta de cloacis. Primum est prohibitorium, quo prohibetur vicinis facere vim quominus cloaca purgetur & reficiatur.Secundum est restitutorium.Et appellatione cloacæ tubi & fistulæ continentur, ex l.prælleg.ff.de cloacis.Inde cloacarius,qui cloacæ curã habet.& cloacarium,quod ob cloacarum purgationem solui tur.l.si pendentes.de vsufr.

## De C ante O.

Coactilia: in l.argumento.ff.de aur.& arg.leg. dicuntur pelles seu lora, quibus inuoluuntur alligantúrve vestimenta: quæ omnia sunt instrumenti viatorij.l.quinta.§.fi.de suppel.leg. à cogendo,id est,adstringendo coarctandóque dicta.

Coactio est duplex, absoluta, & conditionalis, coactio absoluta est cui resisti non potest, vt cùm quis violenter trahitur ad aliquid faciendum, quo casu quis omnino excusatur.50. distinct.presbyteros.& j.quæst.j. constat.Coactio conditionalis est, quæ metum cruciatus, vel aliquid graue minatur, quæ si excusat à tanto, non tamen à toto.c.sacris.de his quæ vi me. ve. cau.fi.in gl.verbi attenuet. secundum Goff.in Sum.eo.tit. & etiam in c.cum dilectus.eo. tit.vide Bar.Brix.in gl.verbi in uita.dist.v.ad eius verò.vbi bene distinguit.Et coacta voluntas etiã voluntas est.xv.q.j. metito. ff.quod met. cau.l.si mulier.§.si metu.

Coalere est cohærere,& quemadmodum Vlp.ait,vnitatem facere.l.non amplius.de dam.infe. aliquando est concrescere. l. per omnes.C.de defen.ciui.

Coalluere est per alluuionem aliquid augere.Pomponius libro xlj.tit.de acquir.rer.do.l. ergo. Paulatim aliquid coalluendo locum eminẽtem supra alueũ fecit,& eũ alluendo auxit. N.

Coarctare, id est restringere, vt exponunt Hostien. & Archi. de rescrip.c.dispendia.in princip.lib. vj. habetur hæc dictio extra de immunit. eccl.c.j.in fi.& de offic. deleg. consuluit.

Coccum non continetur apellatione purpuræ.l.si cui.de leg. iij.Acocco coccinus,vnde coccina vestimenta, id est cocco frutice infecta, de quo apud Plinium & Dioscoridem est.

Coccũ est granũ quod in quisquilia inuenitur frutice, grana Hispani appellant,vnde purpura adulteratur.Plin.lib.9. Coccum Gallatiæ rubens granum aut circa amaritã Hispaniæ in laude est.Idẽ lib.16. Quercus dotes ilex solo prouocat coccо. Granũ hoc,primóque ceu scapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis cusculiũ vocant,pensionem alteram tributi paupe ribus Hispaniæ donat. Vlpianus lib.xxxij.Dig.qui est de legatis tertius.l.si cui. Purpura, inquit,& coccũ quia nihil natiui coloris sunt,contineri arbitror.quod Accursius exponens nescio quas nugas affert: coccum, inquit, bis tinctum in constructione tabernaculi erat quidam pannus seriseus, duorum colorum,& videtur extra viridis,& intra ruber. Anto.Nebris.

Cocus venit appellatione artificis,quia cocum esse,est ars.l.si quis venditor.§.j.& ij.ff.de ædil.edi. Imò cocus Imperatoris habet dignitatem. ad quod Bal.allegat tex.in l.j.quis cocorum,in vsibus feu.hæc Lud. de Ro.in sing.suis.

Codex est quilibet liber qui continet in se diuersos libros partiales,& hoc generaliter.Sed propriè est liber qui continet diuersa præcepta Imperatorũ. Vnde ante tempus Iustiniani erant tres codices,scilicet Gregorianus,Hermogenianus,& Theodosianus,& multæ constitutiones extra illos diuagantes.Videns ergo Iustinia-

nus tantam legum multitudinem, de istis tribus codicibus extrauagãtibus, fecit fieri vnũ codicẽ, quẽ suo felici nomine nuncupauit codicẽ Iustiniani.

Codicilli dicuntur codices parui, id est libelli, in quibus cum aliquis impeditur aliqua necessitate ne faciat testamentum de rebus suis, disponit in vltima voluntate, secundum Azon. in Sum. C. de codicil. In hoc autẽ differunt à testamẽto. In codicillis hereditas, neque dari, neque adimi potest directè, ne confundatur ius testamentorum & codicillorũ. Nec in eis potest exheredatio scribi, nec conditio heredi instituto potest adiici, nec substitui in eis directè potest, sed per fideicõmissum in eis hereditas directè relinquitur, vt Instit. eod. §. codicillis. & §. directo. & plura alia quæ not. Azo & Hostiẽ. in Sum. tit. de testam. & Spec. tit. de instrum. edit. §. viso.

Codicillus est scriptura vel litera in qua testator voluntatem figurat suam, nulla indigens solennitate, sed sola testatoris voluntate, qualicunque scripturę significatione expressa, cuius beneficio subuenitur voluntatibus defunctorum propter deficientem solennitatem verborum legaliũ, vel certè propter necessitatem abhibendorum solenniũ, quia minor est numerus testiũ, &c. vt ex modernis doct. Gul. de cu. tenet cum gl. in l. fi. C. de codic. hęc Bal. de Peru. in quodam consil.

Cœliaci dicuntur fluxu ventris laborãtes, qui à Latinis aluini dicuntur: nam cœlia Græcè, Latinè interpretatur aluus, cõsistit autem morbus ille in ventriculi porta, quæ à Græcis pluros dicitur, ex Cornelio celso libro quarto. Iurisconsultus in tit. de ædil. edict.

Cœmiterium interpretatur dormitorium, dictum à cœmome quod est dormio, non cimiterium, quemadmodum vulgus nunc loquitur. cõditoria verò siue sepulchra mortuorum in nostra religione dicuntur cœmiteria, id est dormitoria, quoniam propter spem resurrectionis, mortuos consueuit dormientes appellare, & eosdem dormire in domino. Neb.

Cœmiterium, locus vbi mortuorum corpora conduntur.

Cœnaculum, inquit Valla, & si formam deminutiui habet, de minutiuum non est, neque est locus in quo cœnatur tantùm, sed superior domus contignatio. Festus, cœnacula dicuntur ad quæ scalis ascẽditur. Liuius libro 39. ab vrbe condita, cœnaculum super ædes datum est, scalis ferentibus. Paulus libro xliij. Dig. ti. vti possid. l. si duo. Sed si supra ædes quas possideo, cœnaculum sit, & ibidem sæpius. Item in titu. de iis, qui eiec.



eiec. aut effud. sæpissimè. N.

Cœnaculum, præter vulgatam significationem, de qua suprà inver. cœnaculum. appellantur loca superiora domorum, ad quæ schalis aut cochleis ascenditur: cœnacula antiquitus incolebãt tenuiores & inquilini, hinc cœnaculariam exercere, in l. si verò. de iis qui deie. hoc est domos totas conductas per singula cœnacula inquilinis locare, & cœnacularius cœnaculorum locator. Item cœnaculatium, pensio quæ soluitur pro conducto cœnaculo.

Cœnobium, vide cenobium.

Cœtanei sunt homines paris ætatis, secundum Isid.

Cœtus, vide cetus.

Cogere exponitur, id est congregare. ff. vi bon. rap. l. ij. in princ. & §. dolo.

Cognati per fœmineum sexum coniuncti sunt.

Cognatio cõsanguineę vxoris est coitus cũ cõsanguinea vxoris.

Cognatio legalis secundũ Hosti. eo. ti. est quędã proximitas prouenies ex adoptione vel arrogatione: vt no. in rub. de co. leg.

Cognatio spiritualis est propinquitas vel attinentia quæ prouenit ex sacramenti datione, vel ad sacramentum recipiendum attestatione, vel attentione, vnde ex cognatione spirituali, quæ in baptismo contrahitur, nouem propinquitates nascuntur. Prima filiatio inter sacerdotem baptizantem & baptizatum. Secunda compaternitas inter sacerdotẽ & patrem baptizati. Tertia commaternitas inter eundem & mattẽ baptizati. Quarta inter filios sacerdotis & baptizantiũ, scilicet fraternitas. xxx. q. j. omnes. & q. iij. ita diligere. Quinta filiatio inter baptizatum & suscipientem de baptismo. Sexta filiatio inter eundem & vxorem suscipientis. Septima fraternitas inter baptizatum & filios suscipientis. Octaua compaternitas inter suscipientem & patrem suscepti. Nona maternitas inter eundem & matrem pueri. xxx. q. iij. per totum.

Cognomen dicitur à cognatione ff. de lib. & posthum. l. j. & Insti. de leg. §. si quis in nomine. & C. de testam. l. si in nomine.

Cognomina debent poni quãdo ex nominib' propriis resultat incertitudo. Bartol. in consti. j. ff. versiculo, quæro nunquid sit necesse.

Cognoscere instrumenta, est ea relegere & recognoscere.

Cohors, id est societas. ff. ad legem Iul. repet. l. j. de offic. præfec. vigil. l. iij. in princip.

Cohortalis est apparitor qui obnoxius est cohorti. l. si cohortalis. C. eod. tit. lib. xij.

Coire tam in bonam quàm in malam partem ãcipitur, vt coire societatem, & coire, id est conspirare. l. ij. de concuss.

Cœtus, conuentus est, siue congregatio, à coeundo dictus. Virgil. primo Aeneid. Et cœtu cinxere polũ. Vnde in decret. distin. decimaquinta. Qui cœtum fecerit, vt inquit Seneca in declamationib. capitale est, id est, dignus morte. Nebri.

Collactaneus dicitur qui eisdem mammis nutritus est.

Collaterales dicuntur qui se attingunt vel sibi attinent transuersaliter per lineam collateralem, non per lineam rectam ascendentem vel descendentẽ, vt consanguinei vel cõsimiles. Dicũtur etiam collaterales generaliter omnes æqualiter qua si lateribus considentes.

Collatio secundum Azonem in Sum. C. de col. est ius quo res quædam nõ hereditaria fit hereditaria, id est redigitur in commune. Et dicitur collatio quasi in commune latio. Nam quod erat propriũ, dicitur ibi medium: & cõfertur, id est cõmunioni subiicitur. Vel est cõfusio siue coadunatio rerũ cõferentis in res communes seu cum rebus communibus diuidendis, vt notatur in l. si soror. C. de collationibus.

Collatio instrumẽtorũ est quãdo duo instrumenta inspiciuntur & examinantur simul vtrum in vno ita sit sicut in altero, vel vt videatur per modum & formam scripturæ effectus eius.

Collatores dicũtur à conferendo quia conferunt in fiscum, siue ordinaria sit collatio, siue extraordinaria.

Collectarij appellantur campsores. l. quisquis. C. si certum petatur. secundum Alciatum lib. quarto dispunct. cap. xxij.

Collectiua dictio dicitur quæ significat collectiuè ex sua impositione, quãdoque etiam ex significato sumpto aliunde ex quauis alia materia subiecta significationi, verbi gratia ibi, omnes ferunt lapidem vel trabem, significat collectiuè. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Sed ibi omnes studeant auaritiæ, significat distributiuè. Ratio, quia in primo exemplo ex vnitate lapidis sumitur significatum verbi, sed in secundo exemplo sensus est quòd quilibet homo studet auaritiæ.

Collega secundum Isidorum dicitur à colligatione societatis vel complexu amicitiæ, & est idem quòd sodalis in officio alterius paris potestatis.

Collegarius etiã est vnus ex talibus sociis.

Collegiati dicuntur qui sunt de aliquo corpore, id est congregatione vel artificio hominũ, veluti pistorum, fabrorũ, monachorum, & quorundam aliorũ collegium habentium.

Collegium vt scribit Neratius Priscus tit. de verborũ significat. l. Neratius. à trib⁹ fieri potest, quum plures videãtur in collegio contineri. Sed cùm duo tantum sint consules, atq; alter alterũ collegã appellat, nonne dicemus collegium cõsulum? quando quidem collega & collegium coniugata sunt. Numa Pompilius instituit collegium tibicinum, aurificum, architectorum, tinctorum, coriariorũ fabrorum, & singulorum. Erit itaque collegium illorum qui sunt eiusdem ordinis & professionis: vt Papin. lib. xxij. titu. de excusationib. l. qui in collegio pistorum sunt, à tutela excusantur. Item lib. xlij. dig. de collegiis illicitis: sæpè.

Collegium est cõgregatio quam ad minus tres facere possunt. Nam duo faciunt congregationem, collegium tres, populum decem, turbam viginti quinq;, gregem quinque porci, vel decem oues, vt notat Bernard. de elect. cap. j. in glos.

Colles intelliguntur homines inferioris vitæ. C. de sum. trinit. l. finali, in princip. super verbo collis.

Collisum argentum quid sit, vide ff. de aur. & arg. leg. l. quintus. ij. §. cùm aurum.

Collobium est toga vel vestis sine manicis.

Colluctatio fit dum aliqui simul luctantur, pugnis vel calcibus: vel verius quando pugnantes non stant certo ioco. ff. ad leg. Aqui. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. in glos.



Colludere, in fraudem tertij est conuenire. Vnde est collusio dictum, quòd simul ludant, id est, illudant tertium: quod in libris dig. sæpe legitur. Est præterea titulus de collusione detegenda. Nebr.

Collusio secundum Bernardum in glos. in capit. audiuimus. de collusione detegenda. & capit. cùm clerici. de cens. est inter actorem & reũ latens & fraudulenta conuentio, per quam alter in iudicio superari se permittit.

Collyrium est vnguentum ad oculos. insti. de rerum diuis. §. cùm ex aliena.

Colonia ciuitas est à matrice ciuitate deducta, id est metropoli. quandoque agrum colono locatum significat. l. si in lege. ff. loca.

Colonus est qui prædium habet agri colendi causa. Differt autẽ colonus ab inquilino, quia hic in rure, iste autem in ciuitate moratur, habet plures species agricolarum, secundum Azo. quia alij vocantur coloni conditionales, alij coloni inquilini, alij originarij, alij coloni simpliciter nũcupati, &c. de quibus infrà patebit. Pro differentia coloni ab vsufructuario vide in glo. inst. de rer. diuis. §. is verò.

Colonus simpliciter secundum Ioannem dicitur qui sub certa annua mercede in pecunia nu

merata, prædia colenda accipit. Nam secundum eum non esset locatio sine pecunia. ff. de posit. l. j. §. si quis seruum.

Coloni conditionales dicuntur quasi ex sua conditione prædium vel agrum colere debentes, & secundum Ioan. sic constituuntur quòd primò in scriptis, vel sine scriptis perpetuo iure colonos se esse in fundo promittunt, vt postea per vigin ti annos in fundo permaneant. Et licet quidam putent hos esse adscriptitios conditionales, tamen secundum Ioan. malè putant, quia colonus temporis transcursu potest liberari, adscriptitius verò minimè, vt C. de agric. & cens. l. cùm scimus. libro vndecimo, require suprà adscriptitius.

Coloni dominici dicebantur qui colebant agros Imperatoris, vt C. de præd. & omnibus reb. libro vndecimo.

Coloni illyrici, aliàs & melius illyriciani, de illyrico id est de Sclauonia dicuntur, & habetur in l. cũ quærebatur. C. vnde vi. vbi dicitur inter illyricianam aduocationem. glos. j. inter aduocatos de illyrico. C. de col. illyric. lib. xj.

Colonus inquilinus, licet secundum quosdam inter colonos cõditionales & inquilinos nulla sit differentia, (pro quibus videtur facere l. definimus. C. de agric. & cens. libr. xj.) tamen secundum Ioan. hæc est differentia, quia inquilinus minus adstrictus est quàm colonus conditionalis, vnde inquilinus bene potest in alia parte cuiuslibet suburbij domũ conducere & inhabitare, sed conditionalis colonus non audet cum sua familia recedere à fundo quem coiit, nec alibi habitare.

Colonus originatius secundum Ioannem dicitur coloni conditionarius filius, ex eo quòd originaliter conditioni colonariæ subiectus est, nec refert secundum Ioannẽ siue in solo fuerit natus, siue extrà solum, quia tanquam originarius ad terram illam reducendus est, quã pater susceperit colendam.

Coloni palatini habetur. de colo. palatin. l. vnic. lib. xj.

Coloni palestini sunt de palestina prouincia dicti.

Coloni partiarij dicuntur illi qui terram colunt pro communi damno & commodo. Et competit cõtra eũ actio pro socio.

Colonus ad nummum cõductus est ille qui statim cùm fructus fuerint à solo separati, vt vsufructuarius intelligitur, secundum Ioannem. ff. de furtis. l. si apes.

Colonus superficiarius est qui aream conducit ea conditione vt sibi liceat in ea ædificare, & domum tollere cùm voluerit.

Color



Color pro prętextu, lege secunda, de inofficio. testamento, vnde color quæsitus. in l. sed Iulia. ff. ad Macedonianum, cùm id quod verè agimus, simulatione aliqua obtegimus.

Colum niuarium, instrumentum erat ad percolandum aquam siue vinum ex niuibus, eratque colum illud aut ex viminibus, vt apud Virgilium lib. secundo Georgicorum. Tu spisso vimine quallos Coláque prælorum fumosis diripe tectis, aut ex sacco cilicino, siue lineo, vt Martialis in disticho cuius index est Saccus niuarius: Attenuare niues norunt & lintea nostra. Frigidior colà non salit vnda tuo. Aut erat ex argento, vt Pomponius de auro & argento leg. l. in argen. In argento, inquit potorio, vtrum id dũtaxat sit in quo bibi possit, an etiã id quod ad præparationem bibendi comparatum est: veluti colum niuarium & vrceoli, pro quo mendosè legitur columnarium, nihili verbum. Ex Martiale poeta, in disticho, cuius titulus est, Colum niuarium: Setinos moneo nostra niue frange trientes. Sed de hoc in obseruationibus nostris plura. Anto. Nebrissens.

Colum niuarium secundum Nebrissensem est instrumentum argenteum ad percolandum aquam seu vinum ex niuibus quod & ex viminibus saccóque fieri solet.

Comes cùm sit nomẽ ad aliquid dictum, referatúrque ad ducẽ, quod vtrunque est nomen honoris: aliquando tamẽ dicitur absolutè, vt apud Horatium in primo Sermonũ, Hospitio modico rhetor comes Heliodorus. Comitatus verò dignitas multiplex fuit, puta comes cõsistorij, comes largitionum, comes sacri palatij, comes rerum priuatarum, comes prouinciæ, comes orientis, comes scholarũ, de quibus cum aliis in locis, tum in Codice Iustiniani multa leges. Neb.

Comes qui comitatur & sequitur. lege item, paragrapho comitem. de iniur.

Comes domorum, Iustiniano est præfectus domesticorum principis.

Comes horreorum, de quo in posterioribus libris. C. curator erat pristini principis, qui habebat mancipia quædam purgandis horreis, coquendoque pani principis ascripta.

Comes orientis secundum Azo. in sum. eod. titulo. fortè erat procurator rerũ Cæsaris quas habebat in oriente.

Comes Palatinus dicitur qui curam gerebat præcipuã, vt missorum notariorum & iudicum negligentiam argueret, & à prouincialibus tributa exigeret, & consueta deposceret,

ret,ita quod non in prouincialibus,sed præcipuè iussus est vt iudicibus, & eorum officialibus præcepto immineret & superesset.C.de offic.comi. sacrarum largitionum. & de offic. rec.prouin.

Comes rerum priuatarum, secũ dum Azonem, erat forte procurator Cæsaris in priuatis rebus.Alij dicunt quòd priuati commodi & fiscalium rerum habuit administrationem, vt eas conseruaret,& in eis negotiaretur.

Comes sacrarum largitionum secundum Azo. erat ille per quem principes sua stipendia largiebantur, & hic forte erat procurator reipub. qui græcè logista nuncupatur. Alij dicunt quòd per hũc Imperator liberalitatem suam & magnificentiam exercebat, & largitudinem agebat.

Comes sacri patrimonij erat qui Imperatoris procurabat patrimonium, qui in hoc differt à comite rerum priuatarũ, quia hic tenet custodiam rerum priuatarum, & exercet negotiationem circa mobilia, scilicet, ille patrimonium & immobilia procurat. & hæc differentia sumitur ex verbis. C. de offic. comi.rer.priuat.& de offic. pro conf.Cæsar.l.j.

Comites consistoriani sunt illi qui steterunt in principis consistorio,qui dici meruerunt etiam spectabiles, & proconsulibus æquiparantur. C. de comi.consist.lib.xij.l.ij. Vel consistoriani dicebantur qui præerant castris principis ordinandis,& erant plures,& eligebantur decani de consistorianis & ministerianis, vt eodem titulo prælleg.Alio modo consistoria dicebantur castrensiarij,& apud nos hodie castellani vocantur,licet apud alios vocentur omnes, quibus prouisum est de certis reditibus, vt in castro aliquo pro defensione & custodia cõmorentur de comer.milit.& qui prouincias regunt, &c. vide C. de comit.rei mil.lib.xij.cum suis tit.

Comites iudicum qui intelligendi,in l.in comites. ad leg. Iuli. repetund. explicat ibi elegan-ter Bud.sunt assessores.

Comites scholarum, vt tradit Hegendor.dicuntur comites locorum in quibus tyrones ad opera bellica exercẽtur, qui & tribuni scholarum appellantur.

Comestor vel comessor idem est quod gulosus.

Comitatus propriè de Imperatoria aula dicitur: hodie & territorium appellatur,cuius rei rationes affert Alciat. in l. pupillus.de verb.signific.

Comitatenses milites dicuntur milites stipendiarij, à comitatu dicti, quia militant non soli, sed in comitatu. Sed secundum Alciat. dicuntur palatini omnes



omnes qui eunti Imperatori assistunt.

Comitia dicebantur apud Romanos,conuentus populi: dicta à coeundo, hoc est, conueniendo in vnũ locum ad suffragia ferenda,aut aliquid aliud faciẽdum. Fuerunt autem comitia calata,quæ rursus in centuriata & curiata diuidebantur, quemadmodũ suprà diximus, in verbo calata comitia. Nebr.

Comitium,locus, in quem populus suffragiorum causa conueniebat,inde calata comitia dicta q̃ populus vocatur ad ferẽda suffragia, eo se conferebat.

Commata,id est aggeres.ff.de extraord.crimi.l.pen.§. pen.& ibi not.sed scribi debet per ch.

Commeatus duo significat, nam omnia quæ ad victum publicũ pertinent, commeatus nomine continentur. Sallustius in Catilina: commeatus abundè, municipia atque coloniæ patebunt. Est præterea commeatus facultas quæ datur militi abeũdi ex exercitu ad præscriptum tempus.Festus, cõmeare inquit, est vltrocitroque ire: vnde commeatus dicitur tempus quo ire & redire quis possit. Liuius libr.21. ab vrbe condita, de Hannibale milites suos post expugnatam Saguntum alloquente: Si quis, inquit,vestrum suos visere vult, commeatum do. Idem libr.22. Magna pars militum sine commeatibus dilabebatur.Marcellus libro xlviij. Digest. titul.de pœnis.l. relegati. commeatum inquit,remeatúmve dare.Item de re militari.l. j. & l. desertorem. Item ad municip. l. quoties.& l.Titius.

Commeatalis miles dicitur, qui in stipẽdij partem accipit alimenta ex commeatu, id est,ex alimento publico:nam(quemadmodum diximus) commeatus in priori significatione accipitur pro cibariis, atque alimentis exercitus. Iustinianus in tit.de offic.præfect.prætorio Aphricæ. l. quas gratias. Nullum audeant duces vel tribuni commeatalem de ipsis dimittere, ne dum sibi lucrum studeant cõficere, incustoditas nostras relinquant prouincias: & paulò post: Non de commeatibus militum, aut de eorum stipendiis lucrum facere.

Commeatus est quod vulgò dicitur saluus conductus,id est,trã situs à commeando descẽdens. Cõmeatus etiã dicuntur quæcunque ad publicũ victũ pertinẽt.

Commenda est custodia ecclesiæ alicui commissa,cap. nemo de inceps. de election. lib. vj.vbi glos.in verb. commendare.

Commendare est deponere.ff.de verb.significa.l. commendare. Etiam capitur pro laudare, vt in glo.prælleg.d.c. nemo.

Commendatarius dicitur nudus minister, vt patet in lege Lucius.

cius.ff.depositi.

Commendatitiæ literæ sunt dimissoriæ quibus clericus dimittitur & absoluitur à potestate sui episcopi, in quibus perhibentur de vita & ordinibus illius testimonium.

Commendo est verbum importans fideicommissum. Bartol. in lege fideicommissa.§. si ita. ff.de legat.iij.

Commentum, ti, est fictio, ab eo quod est comminiscor comminisceris. Terentius in And. Ipsis commentum placet. Virgilius in secundo Aeneid. Timidi commenta retexit Naupliades animi. Papinianus lib. quadragesimo octauo.l. miles. §.j.de adulteris. Socer cum nurum adulterij accusaturum se libellis præsidi datis testatus fuisset,maluit ab accusatione desistere, & lucrum ex dote magis petere: quæritur, an eiusmodi commentum eius admitti existimes? Accursius pro commento,commeatum legit. Item Marcellus lib.xlix. Digestorum:titulo de iure fisci. leg. res quæ. Dignum fuisse puniri pro tam turpi,támque inuidioso commento. hic Accursius pro voluntate inspecta exponit.Item Vlpianus titulo de rebus eorum,lege,quamuis. Tá callidum commentum in exẽplum coercere debeat.

Commẽtarienſis ab Asconio Pediano is dicitur, qui præest à commentariis, id est, libris & rationibus publicis. Hieronym. in secundum Regum, capite octauo: Iosaphath autem præerat à commentariis. Paul. lib. xlix.ff.de iure fisci.l. in fraudẽ. §.quoties.Ea inquit, manu cõmentarienſis annotanda sunt. Neque dictus est quia acta ei committuntur, vt ait Accurs. Aliàs pro carceris custode accipitur,vt C.de custod.reorum. l.ad commentarienſem.

Commentarienſis dicitur custos in carcere positorũm. & C. de cust.reor. l. ad commentarienſ. aliàs ponitur pro eo cui commissa sunt acta.l.in fraudem.de iure fisci.

Commentarius seu commentarium liber est, quẽ sibi quisque priuatim conficit, in quo capita tantùm & summæ rerum, de quibus agimus memoriæ causa annotari solent. Huiusmodi libellos sibi cõscripsisse Romanos principes obseruauit diligentissimus Bud. in leg. abesse.ex quib. caus. maio.

Commentum significat deceptionem vel occultum seu malitiosum tractatum.de restitut.in integr.cap.j.lib.vj.

Commentitium ius,id est nouum & recens introductũ, quod recentiores ius positiuũ vocant. l.si pœna.de pœnis.

Commercium secundũ Isid. lib.v. est deriuatũ à mercibus quas res venales nũcupamus, & est commercium quasi cõmutatio mercium. Etiã dicitur copula dicendo, carnale cõmercium.

Comminationes sunt minæ per iudicem impositæ, nec tamen habent autoritatẽ rei iudicatæ secundum Azo.

Cõminus. i. statim vel ad minus. ff.de pig. act. l. si qua. & de rei vend.l.fi.à bonæ fidei.& de ver. obl.l.cõtinuus. Aliquãdo comminus exponitur.i. tota ea die: C.de fr.& lit. exp. l. terminato. & ibi not.vel comminus. i.præsentialiter.C.de legib.l.si imperialis.in princ.

Commissoria lex, vide lex commissoria.

Cõmissum delictum nõ soluti vectigalis.l. Imperat. de publica.

Committere inter alia significat etiã pugnã conserere: vt apud Lucan.in 1.Exiguum dominos commisit asylum. & Martialis Victores cõmitte Venus. Iurisconsult.libr.ix.dig. tit. l.si quadrupes pauperiem.l.j. Cùm arietes,inquit,& boues commisissent, & alter alterum occiderit, subaudiendum est enim pugnam. Nebr.

Committere modo significat delinquere, aliàs ad contentionẽ & cõcertationem exhibere,vt in l.qua actione. ad l. Aqui. interdum quod vulgò cõfiscare dicunt.l.debitor. de nego.gest. accipitur & pro irritare ad pugnam.l.j.§.cùm arietes. si quadrupes paup. fec. di. Sæpe pro concredere seu tradere, vt in l. j.de offic.præfect.vrb.

Commodare est rem ad vsum alicuius quãdiu velit cõcedere.

Commodatarius est ille cui res aliqua datur vtenda, videlicet ipsum commodatum.

Commodati actio, require suprà actio commodati.

Commodatum est alicuius certæ rei ad aliquem specialẽ vsum gratuita facta concessio. Adde ad certũ tẽpus tacitum,vel expressum sec. Io. An.in c. vnico. de cõmo. & differt à precario per vsum specialem, item quia precarium potest reuocari, sed cõmodatũ nõ potest reuocari nisi expleto vsu ad quẽ datur.

Commodum secundum Isid.libr. 5.Ety. est illud quod est nostri iuris,& etiam ad alios temporaliter translatum est, cùm modo temporis quandiu apud eos sit, vnde commodum dicitur etiã alio nomine cõmodatum.

Commodum cùm erit, qualiter intelligantur hæc verba, traditur in l.nepos.de verb.sig.

Commonitorium pro conuentione tacita & facta absque scriptura,l.vnic.C.de suffrag.

Commune pro repub. vt vulgò dicitur communitas. Ouidius 12.Metamorph. Gentisque simul commune Pelasgæ. Horatius 2.Carm. Priuatus illis census erat magnum commune, Cice.tertio in Verrem: Quomodo iste cõmune miliadum vexa

vexauit.Scæuola lib.xlvj.tit.de appellat.l.Imperator Alexander,communi,&c.

Communi diuidundo secundum Isido.lib.v.est inter eos quibus res cõmunis est,requiritur suprà, actio communi diuidundo.

Communia dicuntur, quæ cùm sint in vsu omnium animantium occupantibus concedun tur,vt lapilli,&c. Instit. de rer. diuis.in glo.suprà.§. litorum.& quomodo differat commune à publico,quære ibidem.

Comparare & emere differunt: vt not.in l.j.§.pe.ff. de contrah. empt.& vend.C. de rerum permut.& vide l.j.ff.de pri.cred.

Comparatiuus capitur interdum pro positiuo:vt latius, id est,latè.cap.auaritiæ.de elect.libr.vj. sicut interdũ positiuus capitur pro comparatiuo, vt in Psalm. 117.Bonum est confidere inDo mino,quàm in homine. Bonũ est sperare in Deo, &c.ibi bonum,id est,melius.

Compeditus,qui cõpedibus,quæ genus sunt vinculi, coercetur. §.fin.Instit.de lege Aquil. N.

Compendium, in via, est contractio quædã & breuitas , quàm maxima esse potest, sicut econtrario dispendium via per ambages.Modestinus lib.50.dige. tit. de legationibus.l. eundem. Itineris, inquit, compendium suadeat, & per translationem tit.de admi.l. Titium. Vtrum compendium negocij, an vsuras præstare debeat,&c. N.

Compendium, pro lucro & vtilitate,siue pecuniæ, siue temporis,siue operæ, vel alterius rei. l.Titium.de admi.tut.ff. de legatio.l.eundem plures. Inde & pro breuitate sumitur. l. Meuius.de leg.ij.

Compendiosa substitutio dicitur quia sub verborum compẽdio plura complectitur tempora, & quandoque plures substitutiones. Vide infrà substitutio compendiosa.

Compensatio, secundum Azo. in Sum.cod.tit.est debiti & crediti adinuicem, id est ab vtraque parte inter se contrahentes contributio. Dicitur enim quasi communis pensatio, vel est debiti ad debitum hinc inde facta deductio, vt debeo tibi xl.tu mihi centum,dum peto à te centum , tu deducis xl.

Competẽter,pro eo quod est mediocriter& conuenienter , & competentia pro ipsa mediocritate& conuenientia. Gelli. libr. 1. Omnium membrorum inter se competentia. Idem libro 13.Plures simul ad eandem competentiã nisi nõ queunt. Martianus:Memoratum arbitror competenter quæ sint fastigia literarum. Iurisconsult. tit.soluto matrim. l. si cum patri & filiæ competenter consulatur. Ant.Nebris.

Competenter, not. gloss. xxiiij.q. iij.votum. & vide quod not.ca. quanq



quanquam.de censit.lib.vj.

Competere dicitur , cum ius est ad petendum illud quod petitur.not.in gloss. ff.de damno infec.l.damnum.in princ.Item competit exponitur,id est,conuenit,vt in authent.de æquali. dot.§.his consequens.

Competitores, qui in magistratibus , officiis & honoribus petendis concurrunt.l.tertia.§.penul.de decurio.

Compillare,est facto impetu in quempiam grassari,quod proprie latronum est.Hora.primo Serm. Serui ne te compilent, id est,te adorti trucident. Aliquando accipitur pro eo quod est aliorum scripta & inuenta furari:vt idem in eodem , Ne crispini,scrinia lippi compilasse putes.Macrob.libr.1. Saturn. Possem pluribus edocere, quãtum se mutuo compilarint bibliothecæ veteris auctores. Paulus libr.xlviij.tit.ad legem Iuliam peculatus. l. sacrilegi. Sunt,inquit sacrilegi,qui publica sacra compilauerint. N.

Compilare leges siue componere,est leges ab aliis scriptas in vnum volumen redigere,aliàs compilare estfurari,l.sacrilegi. ad legem Iul.pecul.

Compilator,secundum Isid.libro decimo , est ille qui aliena dicta suis permiscet.Et sic solent pigmentarij in pictura diuersa mixta confundere.Vnde illud Horat. Pictoribus, atque poetis. Quilibet audendi semper fuit æqua potestas. Hoc scelere quondã accusabatur Mantuanus ille vates,cùm quosdã versus Homeri transferẽs suis permiscuisset,& cùm compilator veterum ab æmulis diceretur,ille respõdit, magnarum esse virium clauam à manu Herculis extorquere.

Compingere, est res diuersas in vnum coagmentare, atque cõglutinare,Vnde est illud Iob c. 10.Hierony.interprete.Ossibus & neruis cõpegisti me.Celsus lib.vj. Tenuissimis minutissimisque ossiculis caput compingeret.Pau.lib.xlvj.Dige.de solu.l.qui res. Si nauem,inquit eisdem tabulis cõpegerit. N.

Compita dicuntur loca vbi plures viæ conueniunt simul, vt xij.q.ij.de viro.in princ.ibi per abrupta itinera & compita.

Complexus vel copulatio dicitur plurium in idem in vnitate sermonis coniunctio.Et fit ab homine vel à lege.Ab homine fit tripliciter,vt l.triplici.ff.de verborum sign.Nam aut est complexus vel copulatio nominũ tantum,scilicet, verbis, quando vnum nomẽ sequitur aliud immediatè cum cõpula vel sine, verbi gratia: Titio & Seio lego fundum pro æquis portionibus.l.re coniuncti.j. resp. ff.de legat.iij.ibi:isti non sunt re coniuncti , sed verbis tantum,quia vnum sequitur aliud

immediatè cum copula,& idē esset si sine copula, quia tunc intelligitur l.triplici, præalleg. in §.videamus.Aut secundum rem tantum,quando per rem tantum fit complexus, vt Titio lego fundum, & eundem fundum Meuio lego. l.præall. re coniuncti.in principio. Aut tertiò re & verbis,simul complectendo res & nomina, vt Titio & Seio lego fundū Sempronij,vbi Titius & Seius sunt coniuncti verbis,propter verbum complexum & re, quia eadem re compulantur. Et sic testator censetur cuilibet insolidū legasse eam rem,vt §.si eadem res.Institu. de lega.Et ex complexu prædictis modis facto, habetur hæc differentia, quia ex complexu re tantum, vel re & verbis simul:si vnus cōiunctorum deficit,vel quia repudiat,vel alias non admittitur in perpetuū, vel interim alter in totū admittitur, iure non decrescendi.l. si separatim.ff.de cond.& demonstr. Nam non potest partem agnoscere & partē repudiare.l. neminem.ff. de leg.ij.& l. vnica. §.finantem ad deficientis personam.C.de cad.tol.& res insolidum cuique assignatur.d. l.vnica.§.si verò.Sed in coniunctis verbis tantum,si vnus coniunctorum repudiat, vel aliàs deficit,alter admittitur ad partem deficientis iure accrescendi,& cum onere impositō,socio deficiente,vt l.planè.§.coniunctim.ff.de leg.j. & l. vnic.§. ne autem hoc.de cadu.tollen. præalleg. Item si socius interim non admittitur , scilicet spes est quòd admittatur, alter iterum ad hanc partem non admittitur.l.si duobus. in prin. ff.de leg. j. Sunt & aliæ differentiæ ex complexu vel coniunctione prouenientes , de quibus in trac.de verb.sig.qui incipit,verbum.Finaliter ergo complexus vel coniunctio significat diuersimode,secundū quòd sunt coniungendi modi vel quoduis aliud significatū significare declarat. coniunctio autem legalis dicitur,quæ lege inducitur, & significat id quod ipsa lex vel alia ex suis vel alterius legis aut verbis, aut aliter quocunquè modo significare debeat.

Complices qui dicantur: vide Bartol. in l. prima. C.si rector prouinciæ.

Compromissarius dicitur cui simpliciter vel ad tēpus committitur, vt eligat vice eorum qui compromittunt, vt extrà , de elect. c. quia propter. Nec est per omnia idem arbiter & cōpromissarius ad eligendum datus:vt ibidem cap. sicut. cum per formam.ibidem de re iud. cùm ab vno.libro sexto.

Compromissum, id est, arbitriū.

Compromittere est causam executoriam vel executiuam ad dictamen arbitrorum dare,& secundum dictamen rectæ rationis pro vtraque parte apposita explicari ab ipsis.



Concameratio,est structura fornicata siue testudinea:nam camera est fornix siue testudo, vnde concamerare est camerā struere. Plinius li.34. Dinocrates Alexandri architectus Archinoes templum concamerare instituerat.Vitruuius libr. 2.Neque paries,inquit,concamerationes recipit.Idem lib.6. Si hypogea concamerationésque iustituerētur.Labeo li.32. Dig.de leg.iij.l. si cui ædes. Ali quod,inquit, conclaue , quod supra concamerationem. N.

Concameratio,structuræ genus arcuatum. l. si cui ædes. de legatis tertio.

Conceptio pro formula.l. libellorum,de accus. Vnde conceptis verbis iurare,id est , dictatis à deferente iuramentum.

Concha apud rubrum mare , & crescit & coalescit l.etsi. de auro & argen.leg.

Conchylia à concha dicuntur,inde conchylegulus legens conchas vel conchylia. C. de mutile.l.qui aut à patre.lib.xj.

Concilium est conuentus aliquorum tractantium arduas causas totam christianitatem concernentes. Et dicitur à verbo concalare,id est,cōuocare.Vel à communi intētione dictum est,eo quòd existentes in concilio,in vnum dirigant omnē mentis obtuitum. Vel dicitur quasi concidium d,in l,literam transeunte,xv.distinc. c.j. Vbi etiam synodus cœtus & conuētus exponitur.

Concinnare,inquit Festus, est aptè componere:nam cinnus,vt ait,mixtio est. Plin.libr.14.Cato iubet vina concinnari ad cinnum.Inde cōcinnatorius a, um,res ad concinnādum apta. Pau.lib.xxxiij.Dig.tit.de penu legata.l.instrumentum. Vasa, inquit, concinnatoria instrumento non continentur. N.

Concinnare,aptè cōponere:Hinc concinnatoria vasa in l.pen.de pe.leg.i.ad concinnandum apta.& coneinnatores causarum in l.nec quicquam.de offic.pro cons.qui simulatis captionibus cauillisque in longum lites ducere moliuntur,cum iure agere non possunt.

Concipere est exprimere. l. quicquid.de verborum obligat. & propriè ad certam formulam. Vnde concipere iusiurandum est iuraturo certam iuramenti formulam præscribere.

Conclaue,quid sit,omnes norūt, nam est in domo locus secretior,sed ideo posuimus hoc in loco:quia in proferendo accentu pleriq; omnes peccāt : cùm enim in penultima collocari debeat,in tertia à fine ponunt. Horatius 2. Serm. curare per

totum pauidi conclaue.clauis nanq; primam producit. Vlpia. libr.xxv.tit.de ventr. inspic.l.j. In quo, inquit, conclaui mulier paritura erit. Item Neratius lib.xxxix.Dig. tit.de dam. infec.l.quod cornelius. concla ue,inquit,binarum ædium. N.

Conclaue dicitur cella, vel thalamus secretus, ad quem per multas claues venitur : vide glos. in verb. conclaue.l.quod conclaue.ff.de damno infect. & ideo in electione Papæ cardinales intrant conclaue.

Conclusio est terminus exclusiuus probationum & allegationum.Panor.in cap.cùm dilectus.de fid.instr.in fi.

Concratitius paries in l.si fratres. pro soc.dicitur paries ex creatibus insertis factus,seu ex assc ribus arrectis transuersísque in modum cratis, Alciat. in l. quantum.de verb.signific.

Concubina sumitur duobus modis. Primo dicitur illa, quam quis cognoscit fornicario affectu, & talis non impedit ordinis promotionem. Secundo dicitur illa quam aliquis cognoscit vxorio siue maritali affectu, & talis impedit promouẽdum ad sacros ordines. xxxiij.distinc.si quis de laicis. de præsump.cap.illud.de clan. despons.per totum.

Concubinatus est crimen merè ecclesiasticum,vnde debet puniri per iudicem ecclesiasticũ, non per secularem. Felin.in capit. ecclesia sanctæ Mariæ. versic.decimoseptimo.de constit.quia secundum leges non est crimen. l. in concubinatu. in fi.ff.de concubin.

Concussio, interprete Alberico est, cum officialis à subditis per metum aliquid extorquet, aut non facit iustitiam nisi pecunia recepta: vel aliquid vltra debitum salarium extorquet, vel cum quis accusat vel ab accusatione desistit propter pecuniam.

Condemnare aliquando pro condemnari facere.l.furti.§. mandati.de iis qui notan. infamia.

Condicere est rem suam in iudicio petere, personam pulsando,vel inquietando, & ipsam dicendo obligatam sibi esse ad aliquid dandum vel faciendum. Vnde dicitur indebiti cõdictio :& tractum est hoc verbum à veteri obseruatione, quia olim erant in vsu solennia verba,quæ oportebat actorem cum litigabat coram iudice condicere,id est,simul dicere quando litigaret,vt si caderet à syllaba, caderet à tota causa. Et quia in personalibus actionibus hoc obseruabatur, ideo personales actiones dicebantur condictiones. Deinde præfata solennitas in desuetudinem transiit,hoc tamen nomen adhuc remansit, vt personales actiones adhuc dicantur condictiones, quãuis nõ sit necesse hanc solennitatẽ obseruare.Et ex hoc datur intelligi q; cõdictio nõ est aliud nisi personalis actio. Et condicere aliquid est illud per actionem personalem petere.



Condictio multiplex est.Nã quædam est condictio certi,quę cõpetit ex omni causa & omni obligatione ex qua âliquid certum petitur,siue ex certo contractu,siue ex lege Aqui.agat, siue suo nomine, siue hereditario obligetur.Vnde manifestum est,quòd ista condictio concurrit cum actione mandati,depositi & cæteris, vbi quid certum petitur.Et ideo secundum diuersitatem causarum nunc re,nunc verbis,nunc literis,nunc consensu cõtrahitur, nunc etiã ex contractu,nũc ex quasi contractu, nunc ex delicto competit, in mutuata tamen pecunia sola illa cõpetit.

Condictio ex lege secundũ Azonem eodẽ titulo.locum habet quando ex noua lege surgit obligatio, nec in eadem lege cautum est quo genere actionum experiatur,quæ pro varietate causarum,nunc ex contractu,nunc ex delicto nascitur,& sic non statuitur vel cauetur, qua actione agatur.

Condictio furtiua competit domino rei contra furem, eiúsq; successores ad ipsam rẽ persequẽdam vel æstimationẽ eius quanti plurimi fuerit postquã ablata fuit, eo quod fur semper est, & fuit in mora.

Condictio indebiti cõpetit ei qui per errorẽ indebitã pecuniam soluit alicui credẽs ei teneri, cũ nõ teneatur, vel cũ à procuratore suo soluta esset ipso ignorante.Est ergo condictio indebiti secundũ Azo.in Sum.eo. tit. postquam soluta indebita repetuntur, siue per ignorantiam facti etiã non probabilẽ: vt quia errauit quis in facto suo, siue per ignorantiã iuris talia indebita soluantur : quia ignorantia iuris nõ debet alicui nocere in damno vitando : vt ff. de iur.& fact. ignor. l. iuris ignorantia.

Condictio liberationis competit ei, qui quod omnino non debuit, promisit.

Condictio ob causam datorũ secũdũ Azo.eo.ti.cõpetit,& locũ habet vbicũq, hi cõtractus innominati interueniunt. s. do vt des,do,vt facias, facio vt facias.In illo autẽ cõtractu innominato. s. facio vt des ; datur actio de dolo.Et(prout alij dicũt) competit ad rẽ peterdã quę ob causam honestã ( vtpote in causam futurã vel præteritam, data est, causa non secuta:potest enim cõdici causa non secuta si pœnituerit dantem, re integra. Si verò dedisti decẽ, vt Bononiam irem, & aliquid erogaui ad profectionẽ,præpa

xaram habes condictionem, ita tamen vt præstetur mihi indemnitas.

Condictio ob turpem causam est per quam repetimus ea, quæ dedimus alteri, causa non secuta, ob quam data sunt turpitudo tantũ ex parte accipientis versetur. Alioquin si ex parte dantis & accipientis, repeti non potest, quia in pari causa turpitudinis potior est condictio possidentis. cap. in pari. de reg. iur. lib. vj. & secundum Azo. co. tit. ponitur exemplũ. Ego dedi tibi vt sacrilegium non faceres, ab hoc enim debuisti abstinere nullo tibi dato. Et ideo etiam causa secuta possum petere quod tibi dedi.

Condictio ob causam, hanc condictionẽ parit res apud alium constituta, siue ab initio, siue iam, siue postea peruenit ad eum ex iusta causa, postea ad instantiam rediit, vt chyrographum apud creditorem debitor post debiti solutionẽ repetit. Sed hanc condictionem ob causam putant quidam ex cõtractu prouenire, quia non cõpetit nisi alij cõtractus præcedant. Alij ex quasi cõtractu credunt descendere, ad similitudinẽ cõdictionis indebiti: quia q ob causã cõdicit actori, primũ contractũ dissoluit.

Condictio sine causa competit, quãdo aliquid primo ex iusta causa est apud alterum, sed postea per aliquem effectum esse non debet: verbi gratia, mutuasti mihi centum, feci tibi instrumentum, in quo confessus sum me tibi teneri, soluo tibi, modo instrumentum obligatorium est apud te sine causa per quam repetã ipsum: competit ergo condictio sine causa, finita causa ex qua res ad aliquẽ peruenit ex cõtractu qui iam finitus est: vnde videtur descendere. Itẽ si sine causa penes te res est, quã non habes per contractum, & ita nec ex cõtractu, nec ex maleficio es obligatus mihi. Etiã locum habet vbicunque sine causa aliquid quod apud te est, mea interest me habere.

Condictio triticaria generalis est, de aliis rebus omnibus competens, præterquam de pecunia numerata, siue mobiles, siue immobiles sint. Ideoq; fundus & vsusfructus, & cæteræ seruitutes prædiorũ per ipsam repetuntur. Rẽ autem suam nemo petit hac actione, nisi ex certis causis, vt ex causa furti vel rapinæ.

Cõditio est dispositionis suspensio ex euẽtu incerto futuro ei apposito, in quẽ euentum eius dispositionis facta est collatio. ff. si cer. pet. l. itaque. verbi gratia, promitto vel lego si Titius fuerit consul. Hæc dispositio est conditionalis, ex incerto apposito, si Titius, &c. Et per



per hoc dispositionis sit suspẽsio, & eueniente casu quo Titius sit Consul: purificatur, & non plus suspenditur. instit. de verb. oblig. §. ex conditionali. & ff. de condit. & demonst. per totum. Potest autem capi conditio dupliciter. Vno modo pro tẽporis suspensione quod solet apponi in contractibus aut vltimis voluntatibus, de quo in titul. præalleg. de cond. & demonstr. & in tit. de cond. institutionum. Secundo modo quando aliquid solutum est, & illud intendimus repetere, & appellatur condictio addita litera, c, quasi soluti repetere, & ista tractatur in tit. de cõd. caus. data. ff. & titu. seq. Et not. quòd conditio differt à modo & à causa, & à demonstratione, secundum glo. in rub. ff. de cond. & demonst. Bar. sic definit. Conditio est quidam euentus futurus in quem dispositio suspenditur. Intelligitur autẽ de euentu in facto, vel in iure. l. multum interest. de cõd. & de. siue cõditionis affirmatiuę vel negatiuæ. l. in testam. co. tit. Et dicit futurus, quia de præterito & præsenti proprie nõ est conditio, quia non suspẽdit. l. cùm ad præsens. cum duab. sequen. ff. si cer. pet. Bald. verò sic definit. Est adiectio quædam per quam dispositum habet in sui esse pendentiam, existentiam, vel defectum. Et hoc generalis est ad omnem cõditionem inductiuam, & extinctiuam, de præterito, præsenti vel futuro. Petrus de Perusio sic definit: Conditio est verborum adiectio in futurum suspendentiũ, secundum quã disponens vult dispositum regulari. Significatur autem conditio per dictionem, si, vt in hoc exẽplo lego si Titius fuerit Consul. Item per aduerbium cùm, vt dicendo cùm Titius Consul fuerit. Sed est differentia inter si, & cùm, non quo ad conditionem faciendam, sed quo ad modũ significandi, quia dictio si significat principaliter cõditionem vel suspensionem, & per consequens tempus dilationis, & dispositionis in euentum futurum. Et quia ille est incertus, ideò consecutiuè suspẽsionem significat. l. si Titio. ff. quando, dies leg. ced. & l. qui promisit. ff. de cond. & demon. Item dictio nisi, significat conditionem, vt vendo tibi librum pro decẽ, ita quòd venditio valeat & perficiatur, nisi alius conditionem meliorem intra mensem faciat. l. ij. cum ibi notatis. ff. de in diem addic. Item dictio, alioquin, conditionem facit: vt promittis mihi scribere librum intra mẽsem, alioquin decẽ nomine pœnæ: nam sensus est, si non scripseris, &c. l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infecto. Idem in dictione

aliàs quia eodem modo exponitur, id est si non scripseris. Item in dictione siue, dicēdo, promitto si nauis ex Asia venerit, siue Titius Consul fuerit. Et quæ illarum conditionum disiunctiuarum prior fuerit, purificat dispositionem. Item in alternatiua, vt dicendo, aut relinquas prædia propinquis, aut libertis. l. cum pater. §. penul. ff. de lega. ij. nam sensus est, si non sint propinqui, veniant liberti, & hoc significato sumpto ex maiori affectione propinquorū, quibus testator primo relinquere voluit, vt patet ex ordine scripturæ. Item in aduerbio quandiu, vt tibi promitto vel lego singulis annis decem quandiu res meas vel heredis mei gesseris, nam sensus est, si gesseris habeas decem. l. pater. §. fi. ff. de conditio. & demonstrat. Item in dictionibus quoad, donec, quousque, quia idem significant. Item in dictione dum, dicendo lego vxori dum cum filio meo erit. l. qui concubinam. §. vxori. ff. de leg. iij. Idem in dictione quandocunque, vt vir legat vxori quādocunque filios habuerit. l. cùm vir. ff. de conditio. & demonst. Idem de quando, vt lego pupillæ quando nupserit. Idem de vbi, dicendo, lego filio vbi nupserit. Idem de quatenus, vt legoquatenus heresmeus erit, quia sensus est, si in toto vel in parte. l. Stichum. ff. de lega. j. Idem de postquam, & ad, vt lego ad tēpus liberorum. l. si vxori. ff. de cond. & demōstra. Idem de prepositione cum, vt ancilla cū liberis libera esto, intelligendo q̄ ancilla libera nō sit nisi cū liberis. l. si ita fuerit. ff. de manumissis testamē. Idē de in, vt lego Titio in disciplina. l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando dies lega. ce. Idem in nomine, vt promitto tibi partū Agnetis, vel fructus fundi talis. l. interdum. ff. de verborum obligatio. & l. j. in fine, de conditio. & demonstratione. & pendet dispositio ex incerto futuro euētu, id est si pariat, vel fructus crescant. Idem si dicam, promitto centum nomine dotis, id est si matrimonium sequatur. l. si stipulationem. ff. de iure dotium. quia dos sine matrimonio esse non potest, ergo sic intelligitur. Idem de donatione causa mortis. l. si mortis causa. ff. de donatione causa mortis. & hoc ex natura huius contractus qui procedit ex communi modo sic agendi. Idem in pronomine, vt vestem quæ mea erit, lego. l. nuper. ff. de lega. iij. Idem de quisquis, vt quisquis mihi heres erit, sit heres filio meo. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. substi. Idem de quisque, vt Titium



tium & Seium pro quanta parte quisquè heredem me fecerit, ipsum instituo. l. hoc articulo. ff. de hered. instit. Idem de qui, vt qui prius ascenderit capitolium. l. si fuerit. ff. de rebus dub. Idē de quicunque, vt quicunque professus fuerit, &c. l. edicto. ff. de iure. fis. & hoc ex significato non tantum pronominis, sed verbi futuri temporis. l. ij. ff. de here. instituen. Similiter ibi emo pisces qui capientur, emptio est conditionalis. Idem in participio, vt acceptis centum à Titio, instituo eum heredem. l. à testatore. ff. de condit. & demonst. Nam licet, acceptis, sit præteriti temporis, tamen significat ibi futurum, scilicet, si accepero, &c. Idem ibi, lego Stichum futurum meum, argum. l. Stichum. ff. de lega. j. Idem in gerundio, vt sum institutus adeundo repudiante Titio. l. si tu ex parte. ff. de acquir. hered. Idem in supino, vt lego vel promitto euntibus spatiatum in die Domini co, & sic de similibus.

Conditionalis creditor quis sit, habetur in l. conditionales. de verborum signific.

Conditionalis stipulatio. Require infrà Stipulatio.

Conditura, est illud quod ferculis, aliisque esculentis concinnandi condendíve gratia solet adhiberi. Apud Columellam lib. iij. de re rusti. caput est de oliuarum conditura. Vlpianus lib. xxxiij. Digest. de tritico & vino leg. l. si quis. Quod potius inquit, condituræ loco sit.

Conditura, quod ferculis condiendi gratia adhibetur. l. si quis. de vi. tri. & oleo leg.

Conducere dicitur ille, qui rem aliquā ab aliquo data mercede, vel promissa, accipit vtendam. Vnde, conducit, qui dat, sed qui locat, accipit illud. Interdum tamen per contrarium euēnit, vt locator dicatur qui pretium dat, conductor qui accipit, vt in l. ij. in princip. ad l. Rhod. de iac. & aliàs sæpè, vt ibi annotauit Bud.

Conducti actio. Require suprà actio conducti.

Confessio est duplex, scilicet, iudicialis, & pœnitentialis. Et ad hoc, quòd confessio iudicialis præiudicet, debet habere hæc sex. Vnde, Maior, sponte, sciēs, contra se, ius sit, & hostis. Nec natura neget, fauor aut lis, iúsve repugnet. Vide hoc cum allegationibus singulorum, in glossl. cap. nos in quenquam. ij. quæst. j. in verb. confessum. Et confessio iudicialis est certa, & clara assertio, id est responsio eius, de quo quæritur in iure coram legitimo iudice facta. Et fit in iure tripliciter, scilicet ore, facti euidentia, & interpretatiuè, scilicet contumacia. cap. nullus dubitat. de præsump. Et præiudicat, dum

fit in iure, id est in iudicio coram iudice competente, & aduersario præsente, quod intelligitur per dictionem hostis, suprà positam. Item fit per litē contesta. nec fit contra naturam: vt eū occidisse, qui viuit, nec de re litigiosa, nec in causa fauorabili secundum Bern. in glos. prælleg. Et confessio facta in pœnitentia sacerdoti non facit fidem coram iudice seculari. C.de episcop. audien. l.archigerontes. & ibi per doc.

Sicut nec præiudicat confessio extra iudicium facta: nisi causa adiiciatur, vt confiteor me debere tibi centum ex causa mutui.C.de non nume. pec. l.generaliter. glos. not. iij. q.ix. cap.testes.§.de his.

Confessoria actio. Require suprà actio confessoria.

Confestim intelligitur cùm prius vel quàm prius poterit.l.ij.§.penult.ff.ad Trebel.

Confinia dicuntur ea quæ adeò sibi proxima sunt, vt nullus medius paries interponatur, sed vrbana parietibus distingui consueuerunt. Et ideò non sunt confinia, sed magis dicuntur vicina. ff. si. regun.l.iiij.§. hoc iudicium.

Confirmare est alicui iuri vel facto firmitatem præstare.

Confirmatio est iuris prius habiti corroboratio, vt colligitur, de fide instrum.ca. inter dilectos. Alio modo est sacramentorum administratio, scilicet in fronte chrismatis assignatio. Et fit confirmatio primo modo dicta his verbis. Confirmamus te sicut rite possides, vel sicut sine prauitate facta est electio vel sicut prouidè facta est.

Confiscari est fisco applicari, vel in fiscū induci, vnde fiscus est regius saccus in quem reducuntur bona damnatorum & proscriptorum. Vnde dicitur: Facta est omnium bonorum confiscatio.

Conflatum vas, id est factum. §. cùm ex aliena. Instit. de re. diuis.

Confundere est commiscere. §. si duorum. instit. de rerum diuisione. Nonnihil tamen inter se differuut vt not. glossa in §. quòd si frumentum. eod.tit.

Congiarium, sportula erat, quæ diurni cibi nomine comitibus, anteambulationibus, assectis, stipatoribúsque suis potentiores ciues distribuebant: dictum à congio vini mensura sextarios sex capiente. Plinius libro decimoquarto. Tribus congiis epotis vno impetu. hinc congiarium: Martialis: Cērum miselli iam valere quadrantes. Anteambulonis congiarium lassi. Paul. libr. xxxiij. Digest. de fundo instr. l. tabernæ. Vinæ, inquit, æreæ & congiaria & sextaria.

Congiarium præter alia significata genus est mensuræ vinariæ.l.



tiæ.l.tabernæ.de fund.instruct.

Congregatio apud Canonistas dicitur etiam de duobus.cap.j.de elect. quod an generaliter verum sit, tractat Alciatus. in l.de testatio.§.fi.de verb.sig.

Coniectura est verisimilis ratio suspitionem inducens, non de necessitate personarū vincens.

Coniicere, est perpendere vel prę sumere.

Coniugium idem est quod matrimonium, & dicitur coniugium, quia communi iugo & æquali coniuges vitam trahere debent, licet aliquando dispari tractu.

Coniunctio quandoque ponitur pro disiunctione: vt cùm dicitur mihi heredique meo. ff.de verb.sig.l.coniunctionē, & disiunctio quandoque pro coniunctione, vt ff.eo.l.sæpe.

Coniunctionis materia, de qua in l.re coniuncti.ff. de lega.iij. vide suprà in ver. complexus.

Conniuere est oculos claudere: & interdum ponitur pro dissimulare, vt cùm dicitur, conniuentibus oculis. Quandoque consentire, vt conniuens consentiens dicitur, & conniuentia consensus. l. quisquis. C.de postulan.

Qui mihi conniuet, oculis signum mihi præbet.

Consanguinei, qui inter se sanguine coniuncti sunt. l.j. §. pen. de suis, & leg. hered.

Consanguinitas est attinentia per sonarū ex eo prouenies quòd vna descēdit ab alia, vel amba: ab eadem: vel est vinculū personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione cōtractū. Vel est cōuictio vnius personę ad aliā, prouenies ex parētela, & dicit consanguinitas quasi sanguinis vnitas.

Conscripti patres dicebātur, quoniā eorū nomina scripta erant in aliquo loco vt in corona capitis eorū, vel aliàs, vt glo. Inst. quib.mo.iu.pa.po.sol. §. sed ex constitut. in verb. patritiatus.

Consensus, & autoritas tutorū: require suprà autoritas præstāda.

Consensus autem est quadruplex. l. negligētiæ, consilij, cooperationis, & autoritatis, vel defensionis. Primo & secundo modo consentiens minus punitur, quàm faciens, tertio æqualiter, quarto verò plus. De hoc gl. optima in c.j.de offic. deleg. super vers. pari pœna.

Consensu dicitur obligatio contrahi, velut in emptione, locatione, conductione, permutatione, mandati, pro socio, & similibus. In quib. dicitur ideò obligatio contrahi consensu, quia absque eo quòd res in præsenti datur, hinc inde nascitur, & erit obligatio vtilis & efficax ad agendum.

Consequens, id est, conforme. Instit. de don. §. est & aliud.

Consequentia literarum dicitur consequēs ordo scripturæ, scilicet

licet quãdo ſcribitur ſine titello, vel titellis, id eſt ſine omni abbreuiatione. Et dicitur tenor literarum, ſeu tenorem dicimus textum literarum, quamuis titellis ſcribatur.

Conſeruator, eſt iudex datus ad defendendum aliquos contra manifeſtas iniurias, iudiciali indagine non vtens. de offic. de leg. cap. ſtatuimus. lib. 6. Et non ſunt niſi epiſcopi, vel eorum ſuperiores, abbates, vel dignitates, aut perſonatus in cathedralibus eccleſiis obtinentes. de offic. deleg. c. vlt. lib. vj. vbi ponitur differentia inter conſeruatorem & delegatum.

Conſiliarij dicuntur eo quod alter alteri ſuum prębeat cõſiliũ.

Conſilium eſt de aliqua re facienda vel non facienda excogitata deliberatio. Vnde dicitur etiam locus quo plures: conſultandi gratia conueniunt. gloſſ. in §. eadem. Inſtit. quib. ex cauſ. man. non lic. ſæpe tamen ponitur pro iis qui conſilij audiendi gratia vnum in locum conuenerunt. Item conſilium dicitur hominis intentio, ſeu propoſitum: vt ff. de furtis. ſi quid fur. §. j.

Conſiſtoriani, require ſuprà, Comites.

Conſiſtorium idẽ eſt quod prætorium vel tribunal: locus, ſiue quo ius redditur ex more. Et eſt vulgare Italorũ ſeu Lomb. cle. paſtoralis. de re iud. 2. q. 6. anteriorum. de appel. ex inſinuatione. Et dicitur à conſiſto conſiſtis.

Conſobrini dicuntur duarum ſororum filij, quaſi conſororini. Etiam poſſunt dici ex duobus fratribus nati, licet propriè dicantur fratres cõſanguinei vel patrueles. Inſtitut. de grad. §. quarto gradu.

Conſortes eiuſdem litis dicuntur illi qui ſimul agere vel conuenire poſſunt.

Conſortium idem eſt quod matrimonium, & ita dicitur, quia omnis ſocietas inter eos communicari debet: vt not. per gl. Inſtitut. de pat. poteſt.

Conſpiratio eſt quædam fraudulenta cõfederatio facta in præiudicium alicuius perſonæ vel dignitatis: & dicitur à ſimul ſpirando, quando. ſ. plures ſpirant flant & tendunt in vnum: & fit ſine iuramento, à ſpiritu ſuperbiæ & elationis, & omnis talis eſt illicita ſecundum glo. in c. exhibita. de iud. Eſt tamen quandoque licita, iuſta & approbata, vt ſi canonici conſpirent de non obediẽdo prælato excommunicato, vel dẽ nõ eligendo indignum, in dubio tamen præſumitur illicita, vide xj. q. iij. c. coniurationem. & ca. conſpirationum. Nam coniuratio eſt plurium in vnũ iuratio.

Conſtituere poteſt quilibet qui pro alio obligatorũ promittit vel obligat ſecundum Azon. in Sum



in Summa, de conſtit.

Conſtitutio ſpeciali vocabulo dicitur Imperatoris vel alterius principis qui conſtitutionem facere poteſt, & deſcribitur ſic: Eſt ius relatum in ſcriptis redactum. Vel ſecũdum Gof. eſt ius ſcriptũ diſt. j. §. cũ itaque. Dicitur autem conſtitutio quaſi cõmune ſtatutum. Nam Papa cũ fratribus ſuis cardinalibus, & cæteri prælati cum capitulis & canonicis ſuis conſtitutiones faciunt. de ſent. exc. inter alia. Et de his quæ fiunt à prælat. per totum. Itẽ legatus, ſynodus prouincialis, ſynodus epiſcopalis, princeps cum proceribus, præfectus prætorio, populus Romanus, collegium approbatum, capitulum, facere poſſunt conſtitutiones ſecundum Goffr. in ſum. eod. titul. §. nanque Papa.

Conſtitutor dicitur qui pro alio ſe ſoluturum promittit, vel aliqua facturum, & alterius in ſe transfert vel ſuſcipit obligationem.

Cõſuetudo dicitur ius quoddam moribus. i. aſſiduis actibus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur cũ lex deficit. j. diſt. conſuetudo. Quæ enim in ſcriptis redacta eſt vocatur lex ſiue conſtitutio, quæ autem in ſcriptis nõ eſt, retinet nomen ſuũ conſuetudo, diſt. j. §. cũ itaque. Et dicitur conſuetudo quaſi communis aſſuetudo. gl. inſtit. de iur. nat. gen. §. ex nõ ſcripto. & ad hoc quod confirmata ſit, requiritur vſus decẽ annorum. vt ff. qui & à quib. manu. lib. nõ fi. l. ſi cùm fideicom. §. Ariſto.

Conſul olim dicebatur ſenatus, magiſtratus, vt inſt. de iur. nat. gen. & ci. §. lex. Hodie tamẽ cõſul ſumitur à conſulendo, quia reipublicæ conſulit. Exactis enim à Romana ciuitate regibus, conſtituti ſunt conſules qui Reipublicæ conſulerent.

Conſularis dicitur qui conſulatũ geſſit. Conſulares autem fœminas intelligimus vxores conſulum & conſularium, non etiam matres. l. j. de ſenat.

Cõſultatio dicitur, in qua alicui Papa de iure reſpondet. Item deliberatio futurarum rerum rectè conſultatio nuncupatur.

Cõſultus. i. interrogatus. ſic ff. de pac. l. item quia. Vnde, conſulo te, quæro, tibi conſulo, conſilium do. Cõſultor poſcit, quod conſultus bene noſcit.

Conſumptum vel conſumptio eſt raſio, videlicet quando dictio vel ſyllaba abraditur, & alia ſcribitur.

Conteſtari litem quid ſit, patet ex dictis.

Conteſtatio litis ſecũdum Hoſt. eo. ti. eſt per petitionem in iure propoſitam, & congruam reſponſionem ad eam ſecutam animo conteſtandi litem facta narratio & rei reſponſio in iudicio facta. l. vnic. C. de lit. cont.

Contexta

Contexta lana dicitur, cui tãtum deest prætextura, quam vulgò cimosiam vocamus, vt à textrinis instrumẽtis detrahi possit. l.vestimentũ. de au. & arg. leg.

Contignatio, est trabium coassatio ad tabulata, cœnaculáque construenda. Plin.lib.xxxv. Sesquipedalis paries non amplius quàm vnam contignationem sustinet. Liu.lib.21.abvrb.cond. Bouem in tertiam contignationem sua sponte scandisse refert. Papinian. libr.viij. Dige. de seruitut. vrba. præd. l.binas quis. Binas, inquit, quis ædes habebat vna cõtignatione tectas.

Continens plerunque pro continuus, hoc est, continuatus accipitur. Cic.1.Tusc.quæst. Cõtinentẽ orationem audire malo. Celsus lib. iij. Et multò magis si cõtinentes febres sine remissione sunt. Triphon. lib.xxvij. Dig. de excus.tut. l. Titius. Testamento, inquit, Romæ confecto, vel in continentib. Item Vlp.libr. xxxix. de aqua pluuia arc.l.j. Noceat loco, qui est intra continentia ædificia. Paul. de verb.sig. l. vrbis appellatio. Romæ, inquit, continentibus ædificiis. Ant.Nebris.

Contignatio dicitur lignorum, vel tignorum, vel aliarum rerum coniunctio. Et quandoq; dicitur tegmẽ, vnde duę ædes dicuntur esse sub vna contignatione, hoc est, sub vno & eodem tegmine.

Continentes prouinciæ dicuntur quæ Italiæ cõiunctæ sunt. l.nonem.de verb.significatio.

Continentia vrbis appellantur suburbia, inde dicta quòd cum ipsa vrbe se teneant, cõtiguáq; sint, l. qui in continentibus. de verborum significatione.

Continuè recipit quandoque interuallum, per Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. Qualiter etiam continuè intelligatur, ponit Bart. in l. si quis ita. ff. de con. & demonst. Nam qui tenetur cum aliquo continuè morari, non tenetur quolibet momẽto cum eo morari, facit hoc ad quæstionem si testes debeant probare quod Titius decẽ annis continuè possedit fundum, sufficit deponere quod viderunt eũ omni anno colligere fructus vel arare: &c. licet enim non continuè steterunt in conspectu Titij & fundi, tamen intelliguntur continuè per decem annos vidisse.

Continuò, id est statim. l. stipulatus sum. de verb.oblig.

Contractus est duorum, vel plurium in idem consensus. Et ponitur quandoque pro omni pacto vel conuentione, vel quasi contractu, vt si quis gessit alterius negotia, vel tutelam: de hoc vide Archid. in §. contrahentes. c. romana. de for.comp. lib.vj. ingl. ver. inuitos. ideoque dicimus quòd paciscendo diuersas in vnum trahimus voluntates. Et nota quòd etiam aliquæ obligationes dicuntur oriri ex quasi contractu, in quibus fingitur tacitè consensus interceßisse, dato quòd non interceßerit expreßè, vt pote heres adeundo hereditatem, obligatur creditorib⁹ hereditariis, & legatariis. Et in pluribus aliis casibus, de quib. infrà.

Contractus etiam est nomen iuris, quando nascitur obligatio, & est nomen facti quando non nascitur obligatio. l. Labeo. §. contractũ. ff. de verb.sign. & ibi per Bar. sicut in simili dicimus de testamẽto. l. tabularũ. ff. quẽadmodum testa. aper. & secundum alios in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vẽd. Et in suo generali nomine contractus prolatus continet tam innominatos, quàm nominatos contractus, vt est glo. super verb. in suo nomine. in l. iuris gentium. ff. de pac. Et hoc valet pro statutis. Bald. not. triplicem esse cõtractum. s. proprium, improprium, & impropriißimũ. Primus est quãdo vltrò citroque. i. hinc inde ex vtraque parte oritur obligatio. §. cõtractũ. in l. Labeo. prælega. vt in emptione & locatione. Secundus. s. improprius est, quando sõlũ vna pars obligatur, vt in donatione solus donans ad tradendum, & aliquãdo de euictione: vt no. l. Aristo. ff. de do. cau. mortis. & in mutuo solummodo recipiens obligatur ad tantundẽ restituendum. ff. si cert. pet. l.ij. Et in stipulatione quando sõlummodo vna pars obligatur, nam tunc non est proprie contractus: & ita intelligitur gloß. Instit. de diui. stipu. §. conuentionales, super verbo contrahẽdarum. Tertius. s. improprißimus est, quãdo ex nulla parte oritur obligatio, sed potius diß soluitur obligatio facta vt est transactio facta nudo pacto, ex qua nõ agitur ante complemẽtum conditionis, de hoc Salic. in l. siue apud acta. C. de transact. vt etiam est liberatio per acceptilationem. inst. qui. mod. tol obl. §. j. & in l. vbi pactum. C. de transa. per Bar. Ergo si statutum facit mentionem de cõtractu, intelligitur de proprio tantum, quia verba statutorum sunt propriè intelligenda. l.j. §. si is qui nauem. ff. de exercitoria actione, nisi diceret omnem contractum, vt in gloßa, §. contractum prælegat. Item contractus appellatione intelligitur de validis, non de inualidis, vt in authentico, sacramenta puberum, prælegat. & continetur instrumentum. ff. de duobus reis. l. eandem. Item continetur donatio. C. quod metus causa. l. si donationem. Et generaliter omne illud ex quo nascitur obligatio, appellatione contractus intelligit. l. si ab eo. ff. de legatis secund.



Contrad

Contradictor quando dicatur legitimus ad contradicendū alicui actui de mittēdo aliquem in possessionem, vide Bart.in l. à diuo Pio,§. si super rebus. ff. de re iudic.& Inno. in c. cū super.de re iud.& Specu. in tit.de actio.§.supereſt. & contradicere sibi ipsiquando quis dicatur, vide in verbo Variare.

Contubernales appellantur quicunque simul habitant, vt tradit Alcia.in l. inde. de verbor. signific. Quapropter in re quoque militari contubernales dicuntur qui in iisdem tabernaculis seu tentoriis militāt: nam taberna omnem habitationem complectitur. Itidem fit vt contubernales seruorum, intelligantur eorum vxores & nati. l. quæsitum.§.contubernales. de fund.instru.

Contuberniū est matrimonium contractum, & propriè seruorum. Institut. de nupt. in glossa super verbo, ciues.

Contumax à contemnendo dicitur: Et secundum Isid. est qui comparere debet in iudicio, & non comparet. Et dicitur quandoque verè, quandoque fictè vel præsumptiuè. Verè contumax dicitur qui expresse dicit iudici vel eius seruienti, scilicet, nuntio ipsum citanti, quòd non cōparebit coram ipso, vel qui dum comparet illicentiatus recedit. Fictè verò contumax est qui citatur, non tamen venit, vel latitat, aut facit, quòd citatio ad ipsum non veniat, aut eum nō apprehendat, vel qui vocem iudicis audire negligit. Sed isto vltimo casu potius dicitur verè contumax.

Contumacia est erga iudicē vel prælatum commissa inobedientia. Et est multiplex. Aliquando enim committitur in non veniendo. Aliquando in non respondendo. Aliquando in latitando, absentando vel procurando ne ad citatum veniat citatio. Aliquando in non restituendo. Aliquando in non emendando delictū. Aliquando in non exhibendo, vide Goffre. de sentent. excommu. §. excōmunicatio fieri habet, in Sum.& Guliel. in Spec. titul. de contuma.§. j. versic. & nota. vbi distinguit duplicem contumaciam. Primò, scilicet, veram & præsumptam. Secundò triplicem, scilicet veram, euidentem & præsumptam, vt in glos. not. in clemen. vnica, de do.& contum. quæ est glos. fin.& per Inno. in cap. querela. de procur. Bart. in l. fin. ff. de in integr. rest. & in l. ex consensu.§. ij. ff. de appellat. Cyn. & Petr. post Iacob. Butr. in l. properandum.§. finaliter reus. C. de iudi.

Contumelia à contemnendo dicta est: capitur sæpè pro iniuria. Instit. de iniur. in princ.

Conturbo, as, præter illum significatum



ficatum quem habet in promptu, significat etiam decoquere, siue fidem frangere, nec creditori velle aut posse soluere. Martialis: Conturbabit Atlas, & non erit vncia cælo. Decidat tecū qua pater ipse deūm. Iuuenalis: Sic pedo conturbat, Matho deficit, exitus hic est. Alphenus lib. xj. in ti. de in rem verso. l. quidem fundū. Postea, inquit, conturbauerat, qui boues vendiderat. Idem de instit. actio. l. cuicunque. §. idem Labeo. Si quis pistor seruū suum solitus fuit ad certum mittere locum ad panem vendendum, deinde conturbauerit. Accurs. id est, non fecit quod conuenit, exponit. Nebris.

Conturbare interprete Bud. in l. cuicunque. de institu. actio. est decoquere, & patri moniū dissipare: propriè autem dicitur, qui soluendo non sunt, quod à dominis acceperūt. l. quidam. de in rem verso.

Conuenire, est simul in vnum locum venire. Etiam dicitur conuenire quod alicui competit, secundum conditionem suam: vt istud conuenit illi. Item conuenire capitur quādoque pro conuentione, id est pacto, ex consensu de aliquo faciendo.

Conuenire etiam quandoque sumitur pro alium in iudiciū vocare, vel facere euocari. Item placere. Vnde conuenire inter aliquos est complacere inter eos, vt conuenit inter te & me vt des mihi hoc.

Conuenire mihi est congruere mihi, vel adesse mihi quod me decet, honestúmque est.

Conuenire me, est alloqui me super aliquo facto.

Conuenticula, pro illicitis congregationibus.

Conuētionis nomen generale est ad omnia pertinens de quibus negotij contrahendi transigendíque causa consentiunt, qui inter se agunt, siquidem nullus est contractus, nulláque obligatio, quæ in se conuentionē non habeat. l. prima. ff. de pact. conuētionum autem tres sunt species, de quibus in l. conuentionum.& sequen. de pact.

Cōuersi & oblati differunt, quia conuersi portant habitum religiosorum,& profitentur solemniter, sed non sunt clerici: oblati verò portant aliquando habitum,& aliquando non,& possunt recedere, nisi sint perpetuò oblati, quo casu æquiparantur aliis professis. Domi. de sancto Gemin. in cap. per exceptionem. de priuil. in vj.

Conuersi veniunt appellatione monachorum, & gaudent immunitate religiosorum. Felin. in capitu. non dubium. de sentent. excommunic.

Conuicium dicitur quasi conuociū. s. quādo in vnū plures voces cōferuntur,& iniuriā esse Labeo ait. ff. de iniur. l. item

apud Labeonem.§. cõuicium.

Copiarum negotiũ,in l.ob negotiũ,de cõpen.dictũ videtur pro mercimoniis rerũ victualium quæ ad exercitum deferuntur.

Copulatiua oratio dicitur,in qua plura copulatiuè ponuntur: vt in omnibus verificetur,& ideo ad verificationem ipsius, omnium concursus exigitur ex proprio significato. Sed hunc concursum quandoque diuersimodè significat,prout diuersa materia,vel alius quiuis modus significandi significare declarat,verbi gratia,ibi, interrogatus promitto,lego Stichũ & Pamphilum,significat vtrũque esse in stipulatione vel dispositione.l.inter stipulantem.§.sed stipulante.ff.de verb.oblig.l.scire debemus.in prin.eod.tit.& l. quoties.ff.de leg.ij.

Copulatiua etiam quandoque significat concursum alterius tantùm, prout ex significandi modo concluditur,nam quandoque ponitur pro disiunctiua l.sæpe.de verb.signific.

Coracinum colorem , cuius meminit l.quæsitum.§.coccum.de leg.iij.Alcia.in Parerg.interpretatur nigrum.

Coram,not.Paul.in comment.de confess.c. ex parte.de elect. vt circa.libr.vj.Et intelligitur ita vt præsentes intelligant.ff. de arbitr.l.diem.§.coram.

Corbis, textum est vimineum, quod Græcè, vt Prisc ianus ait, cophinus appellatur , sed propriè corbis est quo messes excipiũtur.Varro lib.4.de lingua Latina:corbis,inquit, dicta ab eo quod spicæ alludve quid eo corruebat. Sed eum grammaticis sub genere fœminino relinquatur. Seruius in primo Georgic.autoritate Ciceronis sub fœminino proferendũ esse dicit,qui dixit,messoria se corbe contexit. Vlpia. libr.xxxiij. Dig.de fun.instr.l. instrumẽta. Instrumenta, inquit , cogendi fructus,quemadmodumtorcularia , corbes,falces messoriæ, falces fœnariæ. Neb.

Corbis refertur inter ea fundi instrumenta,quæ fructus cogendi gratia parantur.l. instrumenta.de fun.instr.leg.

Corepiscopi,hi remoti sunt ab ecclesia,vt lxviij.distin.c. corepiscopi.Et poterant constitui in villis vel castris,episcopi verò non nisi in ciuitatibus , conferebant tamẽ minores ordines.

Corinthium æs,& vasa corinthia, ab ære corinthio dicta , quòd corintho vrbe Achaiæ Romanis euersa & incensa, ex variis sit metallis conflatum.Plinius de ære corinthio:casus,inquit, hoc miscuit, corintho cùm caperetur incensa. Sed author ostẽdit,opifices nobiles corinthiorum vasorum corinthi excidium præcessisse : Martialis: consuluit nares an olerent æra corinthon. Suetonius in Augusto:



sto.Propter vasa,inquit,corinthia inter proscriptos curasse referendos.Iabolenus Priscus de legat.iij.l.heres.§.penul. cui corinthia, inquit , vasa legata essent, & paulò post: Proculus verò rectè ait,si æneæ quidem sunt abaces:si autem corinthiæ non deberi. Accurs.corinthiæ, id est,de vili materia,puta palea vel herba palustri,exponit, putans preciosiora esse vasa ænea,quàm vasa corinthia: atq; ita lectionem cum sensu perturbat.Erit igitur ordo & literæ sensus talis: Proculus verò ait:subaudi abaces deberi , qa vasa corinthia erant in tanto pretio, vt vna libra permutaretur aliquando quingentis. Aequitas itaque legis in hoc consistit,quòd abaces ex vilio ri materia debẽtur, ex preciosiori tamen non debentur. N.

Cornicularij dicuntur illi:qui gerebant cornua vel aciem in bello , vel qui in aures iudicũ vota perferrent sua.Sed in l.iij. C.de prox. sac.scrin. accipiuntur pro adiutoribus principis custodis,vel officialis, vt eo in loco attestatur Alciat.

Cornupeta,require suprà bos.

Corona quæ etiã clerica dicitur est signum regni & perfectionis,cũ sit circularis carens angulo , in signum carentiæ sordium,quia vbi angulus,ibi sordes. Se igitur & alios virtutibus regere,& à sordibus mundare debent qui coronas gerunt,& sic in Deo regnabunt. xij.q.j.duo sunt.&quomodo rasura,tõsura,& corona differãt, & quid significent, vide glo.in verb.tonsuram.in cle.ij.de vita & honc. cler.Et differentiã inter diadema,coronam,& sceptrum.vide in cle.vni.de iureiu.

Coronariũ aurum appellatũ est, quod ciuitates & oppida nouis Imperatorib.offerebãt:de quo extat tit.libr.x.cod. de aur.cor.

Corpus pro collegio à Iurisconsultis nonnunquam accipitur , vt Callistra.lib.xxvij. de excus.tu. l.non tantum.Non omnia,inquit,corpora vel collegia vacuationem tutellarum habent. Item Pomponius libr.41. titul. de vsucap.l.rerum. Corporum, inquit,tria genera. Iustinianus quoque C.de legib. &constitut. l.quæ ex relationibus. Quibus libet corporibus,inquit, aut legatis. Ant.Nebr.

Corpore vitiati dicũtur qui sunt mutilati in membris,vel debilitati propriè, sicut qui membrum habent,sed inefficax , vt oculum cæcum , manum aridam,crus confractum , &c.sic mutilatus propriè dicitur,qui caret aliquo membro.

Corporati,id est,collegiati,require suprà collegiati.

Corporatus vrbis Romanæ dicitur,qui in aliquo corpore , & præcipuè vrbis scribitur , sicut quodlibet membrum hominis

dicitur corporatum, vel ciuis factus, vel incola, vt C.lib.xj.de priuil.cor.vrb.Rom.

Corpus quãdo dicitur collegium siue vniuersitas, cuius caput est prelatus. cap.nouit. de his quæ fiunt à prælat. Et tale corpus potest habere vnum sigillum.de excess.prælat.c. dilecta. Dicitur etiam congregatio cuiuscũque ciuitatis vel villę vel castri habere corpus. Item quę libet congregatio pro iustitia facienda, vt congregatio Sabinorum, vel totius vniuersitatis. Item societas causa religionis, cui permissum est corpus habere, debet instar reipublicę habere tres communes. s. actorem siue syndicum communẽ, per quem agere potest, &c. ff. quod cuiusvni.no.aga.l.j. Item episcopus cum capitulo suo facit vnum corpus, cuius ipse caput est. Sed cum clero ciuitatis vel diœcesis non dicitur facere vnum corpus: sic nec abbatissa cum clericis suis, licet sit caput, vnum corpus facit.

Corpus etiã vnum dicitur quod vno clauditur spiritu, vt animal. Etiam dicitur quod habet partes integrales, siue sibi cohærentes, vt domus, vel habet partes distantes, vt grex, populus, collegium, secundum Ber. de excess.prælat.c.vnic.lib.vj.

Corradere pecunias, est vndecunque illas erusçare atque conquirere. Teren.in Adelph. Minas decem corradet alicundè: Idem in Phormione: Munus hoc ei corraditur. Vlpianus tit.de bonis damnatorum.l.diuus. Plerunque, inquit, corrasas pecunias Præsides ad fiscũ transmiserunt.

Corriuales dicuntur, qui ex eodem riuo simul aquantur, & per translationem qui eandem amicam habent communem. Vlpianus libro xliij. de aqua æsti.l.j. corriuales, inquit, id est qui per eundem riuum aquam deducunt. Neb.

Corriuales, Vlpiano sunt, qui per eundem riuum aquam ducũt. l.j.de aqua quotid.& æsti.

Corrogare, est quasi simul rogare & simul colligere vel adunare.

Corrumpere, hoc verbum latè patet, vt Instit. de leg.Aquil.§. capite. & l si seruus seruum. ff. eod.tit. Et quandoque significat stuprare, vt (in l.si quis aliquid.de pœnis. Seruus etiam multis modis corrumpi dicitur, vt intelligere licet ex titu. de seruo corrupto.ff.&C.

Corruptela est peruersa consuetudo, sacris canonibus inimica, de consuet.c.cùm venerabilis. de vita & honestate clericor. cap.cùm decorem,&c.

Cotidie per c, & nõ quotidie per b, debere scribi Quintillia. est autor lib.j.de Orator.instit. Frigidiora, inquit, his alia, vt quicquid c, quartam haberet & quotidie, nõ cotidie. verum hæc iam inter ineptias euanuerunt: Frigida esse, & inter ineptias numerat Quintil. quod quotidie per q, literam debeat scribi. Victorinus quoque in libro de orthographia cotidie per c, literam debere scribi his verbis ostendit: Quanuis, inquit, coccus à coquendo, & cotidie à quoto & die deriuatiua sint, per c, non tamen per q, scribenda sunt. Adnotarunt & hoc Angel. Politianus, & Laurent. Abstemius, & Ludouicus Bonogninus in annnot. suis.

Cotoria, æ, vena est vnde cores excinduntur, sicut Sulphuraria vnde sulphur eruitur. Strypteria vnde alumen. Alphenus libro xxxix. de publica.& vectigal. l.Cæsar.cùm insulæ Cretæ cotorias locaret, legum dixerat.

## De C ante R.

Cretæfodina, dicta est vnde creta effoditur. Sed cũ multa sint cretæ genera, cymolia, sarda, vmbrica, saxea, argentaria, figula: de cymolia creta intelligendũ est dixisse Iurisconsultũ libr.xxvij.Dig.tit.de reb. eorũ qui. l. sed si. Cretæfodinas, inquit, vel argentifodinas, vel aliud simile. Caius libr. xxxix. de public.& vectig.l. sed & ij. Est autem creta cymolia qua vtuntur in lanificio pãnarij, ad lanæ duriciem molliendam.

Crassari est quasi crudeliter gradi. 2.Reg, vlt. Cesset interfectio



quæ crassatur in populo. facit xxiij.q.ij.militare. ff. de pœn.l. capitalium.ad medium. Et not. Ioan.Andr.in clem.j. de pœni. in verbo crassantibus.

Crassaturæ dicuntur quæ fiunt à latronibus in itinere dum cruciatus contra transeuntes crassantur, de pœn.distinct.j.à crassaturis. Et crassatores sunt qui prædæ causa aliquid faciunt, & proximi latronibus habentur, & sunt ad malum nitentes: vt est text.iuncta glo.in l.capitalium.§.crassatores. ff.de pœ. & dicitur à crassor crassaris, aliàs grassor, ídque rectius.

Creditor est qui alienam fidem sequitur mutuatam pecuniam numerando. Generaliter verò creditor dicitur, qui ex causa quacunque alienam fidem sequitur. Et dicitur ideo creditor quia credit debitori.

Creditores dimittere est soluere quod illis debetur. l.à diuo. §. quòd si. ff. de re iudic.

Creta est terræ species qua figuli præcipuè vtuntur. l.si cretæ. ff. de furtis.

Cretio, id est aditio. l. cretionum. C. de iur. deliber.

Crimen est peccatum querela, id est accusatione, & damnatione dignissimum: vnde & pro accusatione ipsa sumitur: vt in l.ij. de crim.expil.heredit.

Criminũ alia sunt priuata, vt illa quorũ executio. i. accusatio vel denũtiatio pertinet tantũ ad il

los quibus inferuntur, vt furta, dãna illata & iniuriæ. Alia sunt publica, quorũ accusatio datur cuilibet de populo, quoniã ad publicam vtilitatem spectat ne maleficia maneãt impunita, vt sunt homicidia, paricidia, adulteria: post sexagesimũ tamen diem. l. iure mariti. C. de adult. Item crimen læsæ maiestatis. Item sunt quædã crimina excepta. s. ad quorũ accusationẽ & testificationem etiã laici contra clericos admittuntur, si bono zelo procedant, & sunt ista, crimen simoniæ, hæresis, & læsæ maiestatis, & sacrilegij, de quibus vide concordantias in glos. sum. ij. q. vij. vbi additur crimẽ dilapidationis. & c. cum P. manconella. de accu. & nota quòd crimen dicitur quinque modis. Primo sumitur pro quolibet peccato, siue sit mortale, siue veniale sit. Secũdo pro crimine irrogante infamiã, quod est accusatione & damnatione dignum. Tertio pro peccato siue mortale, siue veniale sit, quod nõ deletur nisi per pœnitentiam. Quarto quod semel cõmissum sufficit ad condẽnationem, non tamen infamat. Quinto quod irrogat perpetuã infamiã: vt not. xxv. dist. c. vnũ orariũ. §. nunc autem. & lxxxj. dis. Apostolus. vnde, Si quilibet est peccator, non tamen quilibet est criminosus.

Crimen cõcussionis cõmittit qui prætextu officij sibi commissi extorquet, cõminando aliquid ab inuito, & tali crimine punitur quis pœna quadrupli. j. q. vij. sancimus. in fi. & tam laicus quàm clericus punitur pœna concussionis. xxiij. q. j. militare. cuius contrarium tenet gl. in verb. quadruplum. distinct. xviij. §. porrò.

Crimen ecclesiasticum est quod pertinet ad iurisdictionẽ ecclesiæ, vt hæresis, sacrilegiũ, simonia, periuriũ, vsura, adulteriũ.

Crimen merè ecclesiasticum est quod principaliter ortũ à canonibus sumpsit: & solùm coram iudicibus ecclesiasticis cognosci habet, de cuius cognitione iudices seculares se nullatenus intromittere possunt, vt est crimen hæresis. Sed crimen merè ciuile per oppositum est delictum, legibus ciuilibus prohibitum, aliàs in se non peccatũ, vt in ciuitate ire de nocte post sonũ cãpanæ, vel cõsimile. crimen verò mixtũ est quod spectat ad forũ vtrũq;, vt est sacrilegiũ, quod spectat ad forũ ecclesiasticũ, & potest etiã iudex secularis de pœna eius cognoscere & sacrilegium punire, secundũ glo. in verb. audiuimus. in c. felicis. de pœn. lib. vj. & de hoc est glos. in sum. xj. q. j.

Crimen expilatæ hereditatis est cũ res hereditariæ subtrahuntur antequã heres earum possessionem adipiscatur.

Crimen



Crimen fraudatæ annonæ est cũ portitores furantur victualia à republica ad exercitũ missa.

Crimẽ fraudati sẽsus cõmittitur cum quis furatur publicam pecuniam sibi accommodatam.

Crimẽ hæresis in multis cõuenit cũ crimine læsę maiestatis, & huiusmodi secũdum cano. est propriè læsæ maiestatis, quia lædit rempub. Imperatorem etiam diuinum & cælestem.

Crimen læsæ maiestatis est vbi cũque quis cõtra vrbẽ aliquid molitur, aut qui profugit ad hostes, vel illos iuuat qualicũque causa. s. armis, cõsilio, vel pecunia, vel q subiectas prouincias nititur facere rebelles vel qui cõtra latus ei⁹ militat, vel seditiones, aut bella mouet in ciuitate, vel qui prælatũ, magistratũ vel principẽ occidit, vel arma fert & occupat cõtra rẽpublicã. Et idẽ dicitur crimẽ perduellionis. i. hostile. nã per duelliones dicũtur hostes. Sec⁹ si cõmittatur hoc crimẽ nõ cõtra rempublicã, quia tũc nõ dicitur perduellionis, sed simpliciter læsæ maiestatis. Et nota, nõ subdit⁹ crimẽ læsæ maiestatis non cõmittit, vt in §. rursus. in cle. pastoralis. de re iud. vbi Rex Siciliæ Robertus non eo modo subfuit Henrico Imperatori quòd crimen læsæ maiestatis in eum commiserit.

Crimen peculatus secundũ Azo. eo. tit. locũ habet pro pecunia publica intercepta, vel quocũque modo cõtaminata, vt si in aurũ vel argẽtũ vel æs publicũ aliquis ferrũ, vel simile aliquid inducat. i. adiiciat. Idẽ est in sacra re, vt in vasis ecclesię, idem est in religiosis ornamentis sepulchri, &c.

Crimen piaculare est quod morte expiatur.

Crimẽ sacrilegij secundũ Azo. & secũdũ leges sit propriè quãdo sacrũ de sacro aufertur. Ac etiã secundũ eũ si quis nõ sacrũ de sacro recipit, vel sacrũ de nõ sacro. Sed secundũ leges tũc sacrilegiũ nõ est quia quãdo res priuatæ auferũtur de sacro, tũc actio furti locũ habet: Host. tamẽ dicit q⁹ si accipiatur sacrũ de sacro, vel sacrũ de nõ sacro, semper sacrilegiũ fit, vt xvij. q. iiij. quisquis. vers. similiter. Et sic secundũ ll. requiruntur duo vt fiat sacrilegium. Primo vt auferatur res sacra. Secũdo de loco sacro. Quorũ alterum sufficit secũdũ cano. Sed pone statutũ est q⁹ faciẽs sacrilegiũ sic puniatur, quæro an intelligatur secũdũ ius ciuile, vel canonicũ. Solutio. Si statutũ fit à ciuitate, intelligitur secũdũ leges. l. oẽs populi. ff. de iust. & iure. Si fit per episcopũ intelligitur secũdũ Can. Do. Cato putat, q⁹ etiã primo casu intelligatur secundum Can. quia disponit de reb⁹ ecclesiasticis, ergo debet intelligi secundũ mate-

riam subiectam.l.j.C. de edic. succes. vbi est casus à contrario quòd gradus computantur secundum leges, exceptis causis matrimonialibus.

Crimẽ stellionatus secundũ Azo. co.ti.dicitur à quodã animali reptili quod dicitur stellio, & est quasi simile serpẽti, stellionatũ, quasi diuersis coloribus pictũ, sicut cœlũ stellis. Et committit hoc crimẽ qui ex varietate animi rẽ aliquã alteri pignori obligatã siue pignoratam alij postea obligat, & dicitur à stellione, quia sicut ille vermis est varius in coloribus sic ille qui committit hoc crimen est varius in ore, & incõstans in mente. Deinde tamẽ illud crimen locũ habet generaliter quando deficiẽte in criminibus alia speciali actione, æquũ est alicui subueniri contra delinquentẽ. Sicut enim in pecuniariis causis actio datur de dolo in subsidiũ, ita in criminibus quibuscunq; vbi titulus deficit criminis, crimẽ stellionatus obiicitur, vt si quis vendidit tibi massam electri pro argento vel simile, aut aurichalcum pro auro.

Crinale, ornamentum capitis est ad cingẽdũ capillos ne turpentur euagentúrq;. Ouid.3.Metamor. Nec torques collo, nec habens crinale capillos. Idem in 5. Curuum crinale capillos. Virgil. Aeneid. 11. pro crinali auro pro longæ tegmine pallæ. Vlpianus lib xxxiiij. de auro & argẽto leg. l.argumento. Fasciæ, inquit, crinales pedulesque. Philip. Beroal.nõ legit crinales, sed fasciæ crurules paduleſque: quasi fasciæ sint crurũ pedũque muniméta quędã.

Crinales fasciæ dicuntur quibus crines coercẽtur, ne euagẽtur. l.argumẽto. de au & arg.leg.

## De Cante V.

Cubicularij dicũtur serui qui cubiculũ domini sui procurant.

Cubicularij officiũ quid sit, & an sit dignitas. vide Bart. in l.j. C. de præpo.sac.cubi.lib.xij.

Cubitus proprie est mensura pedis cum dimidio.

Cucuma quid sit, nondum liquet mihi, neque enim ego is sum, qui incognita pro cognitis habeam. Angelus Politianus ob seruationem fecit de cucuma, sed quid ea esset non ostendit. Nam cùm dicit Martialis ad Torquatum, Cucumam fecit Otacilius, videtur esse genus ædificij tugurij pauperis. Ambrosius in vita beatæ Agnes pro vase quodam æreo videtur posuisse: Dij, inquit, tui ærei sunt, ex quibus cucumæ melius fiunt. Vnde cucumelã inter vasa posuit libro octauo Dig. Vlp.ti.si ser.vend.l.si quando.§.j. Seius, inquit, syluam seuisset, in qua labra & crateras & cucumelas positas haberet



ret.pro genere verberis cuiusdam posuit Martianus libro xxiiij.ad legem Corne. de sica. l.j. Si claua, inquit, percusserit, aut cucuma. Petronius arbiter pro fornace videtur posuisse. Ant.Nebris.

Cucuma genus vasis, vnde cucumelle.l.si quando.si serui.vend.

Cucurbita secundum glos. in l.si inimicitiæ: de iis quib. vt indi. est verbum iniuriosum. Inde verbũ cucurbitare.in c. j. quib. mod.feu.amit.in vsib. feud.

Cucurina quid sit, declarat Accursius in l.vni.C. nulli lice. in fre. lib.xj.

Culcitra generali nomine dicitur omne stragulum, in quo aliquid quiescendi gratia inculcatum sit.l.iij.de supel.leg.

Culleus, vter est ex corio bouis, capiens viginti amphoras. Priscianus de ponderibus & mensuris: Culleus hac maior nulla est mensura liquoris. Plin.libr. 14. Septenos culleos singula iugera musti. Vlpia.libr. xxxiij. Dige.de fun.instru.l.quęsitum. Cuppæ, inquit, & cullei. Item Scæuola eodem lib. tit. de annuis leg.l.legatũ. Vini, inquit, falerni quod domi nasceretur quotannis binos culleos. Est præterea culleus mensura frumentaria tantundem capiens. Scæuola lib.xiij.Dig.tit. de pignorat. actio. l. vlt. Pecuniam sub pignore culleorum accepit. Est præterea culleus publica paricidarum pœna, ex lege Pompeia de paricidis. Hinc Iuuenalis de Nerone paricida: Cuius supplicio non debuit vna parari Simia, nec serpens vnus, nec culleus vnus.

Cullei sunt sacci de corio. ff.de pig.actio.l.vltim. §. fin.& C.de his qui parent.vel fil.occi.l. vnica. Et processit illa pœna à Tarquino Rege Romanorum, vt patet apud Valerium maximum libro j.cap.xiiij.

Culleus vel culcipenus est idem quod saccus, in quo portatur triticum, & maximè de corio, qui supra ponitur equum. Vel dicit saccus coriaceus in quo ponuntur interficientes parentes.l.vnica.C. de his qui pa.vel fil.occi. vbi dicitur insutus culleo cum cane, & gallo gallinaceo, vipera, & simia. Erat item culleus mẽsura vinaria capiens xx.amphoras, de qua meminit l.legatum.de annu.leg.

Culpa, dolus & fraus quomodo differunt.not. 50. dist. §. dolus. Item quotuplex sit culpa, quæ sit leuis, leuior, & leuissima: itẽ quæ lata & latior, vide per Bar. latissimè in l.quod Nerua.ff.de po.& infrà in ver.dolus.

Cum accipitur interdũ pro &, ff. de legat.j.l.Titiæ.§. nihil. & de ver.obl.l.quodcunque.§.nõ solùm: etiam interdum accipitur pro si, & principaliter notat tẽpus, & non conditionẽ, nisi in consequentia. l. centesimis.in

Universidad de Deusto Biblioteca

si.ff.de verbo. obli. Etiam facit adiunctum videri accessorium: non principale sicut cõiunctio, vt l.si cui fundũ.ff.de fun. instr. & no.q̃ dictio cùm, inuenitur in duabus partibus orationis. Vno modo est præpositio, & construitur cum ablatiuo. Alio modo est aduerbium temporis. Primo modo significat dupliciter, scilicet accessoriè, & principaliter. Accessoriè, vt lego seruum cum veste, equum cum capistro, fundũ cum eius instrumento. l.j.ff. de pecul. l.si cui fundũ.ff.de fund. instru. & instr.leg. Idem in contractu, vt depono seruum cum veste. l.j. §.quæ depositis.ff.depos.& ibi not.per gloss.& Docto. & est effectus quòd non debet depositarius restituere accessorium sine principali, & si seruus moritur sine culpa depositarij, vestis per se peti potest, aliàs locupletaretur depositarius sine causa cum iactura aliena, quod esset iniquum, de regul. iur. locupletari. libro vj. Principaliter autem secundo modo coniungit, quando res coniungit, quarum vna non est alteri accessoria, vel cum personas coniungit, vt patrem aut matrem. l.iij. & iiij. ff. de pecul. & §.si eius. Instit. de legat. & licet inter filium & matrẽ aut patrem non sit æqua principalitas quo ad honorem debitum & reuerentiam, quæ debentur parentibus à liberis, & nõn econtra, est tamen principalitas æqualis inter eos quo ad effectum iuris: nam si extinguitur legatum in patre vel matre, non sequitur ergo, quòd in liberis extinctum sit, quia anima quæ principalius est in persona, est à Deo & non à patre vel matre. Item ex communi modo loquendi dictio cum, significat accessionem honoris inter personas, vt dicẽdo, veni mecum, significat te mihi accedere associando accessoriè, secus in dictione &, vt dicendo, ego & tu eamus, quia significat vtrũque principalem. Sed Dominus vobiscum, non potest significare, quòd Dominus accedat vobis, quia hoc non patitur summa & immutabilis maiestas. Et non refert si præponatur accessorium, sic dicendo, depono capistrum cum equo, lego instrumentum cum fundo. argumen. l. præposteri. C. de testam. nisi essent aliæ coniecturæ, ex quibus cõcluderetur voluntas testantis, legantis, vel contrahentis. Item dictio cum, posita circa numerum non includit: verbi gratia, Testator deposuit apud Seium cc. & legando bona dixit, Seio ccc. cum cc. quæ apud eum deposui, lego, non includuntur cum ccc. l.si is qui ducenta. in principio.ff. de rebus dubiis. Sed cum, pro vt, est aduerbium, significat tem



pus & dilationem quandoque ex conditione, quandoque etiam accelerationem temporis & dilationem significat, vt ibi promitto cùm Titius morietur. l. nam & si. ff. de condit. & demonst. tempus & conditionẽ significat, ibi, lego Titio impuberi cùm xiiij. annorum erit. l.si Titio. ff. quando di. lega. ce. fac. Item significat tempus & non conditionem, ibi, lego Titio cùm ipse morietur. l. heres meus, in princip. ff. de condit. & demonstration. Quandoque nec tempus nec dilationem significat, vt ibi, promitris decem cùm petiero vbi statim cùm petit, soluere tenetur. Quandoque etiam nihil significat, & frustratoriè ponitur: vt ibi lego cùm heres adierit hereditatem. Bart. prædicta ponit in l. Gallus. §.j.ff. de lib.& post. vbi ponit differẽtiam inter &, & cùm, vt not. in l. Stichum qui meus. ff. de lega.j. An inducat cõditionem vel demonstrationem, de hoc text. singularis in l. si ita fuerit. §.fin. ff. de manumis. testam. & quandoque inducit copulam in l.illi cum illo. ff. de vsufruct. legat. & quandoque est coniunctio non faciens conditionem, in l. demonstratio. ff. de condit. & dem. & quandoque est aduerbium, tunc iungitur verbo futuri temporis, & principaliter notat tempus, & in consequentia conditionem, vt no. Bar. in l.j.ff. de cond. & dem.

Cumulatio secundùm Bart. in l. edita: C. de eden. est vnius actionis cum alia coadunatio: Verbi gratia, egi tecum actione depositi, & quia dubito non posse probare depositum, volo cumulare aliam actionem in libello, per quam probare possum intentionem, hoc est cumulare, id est plures actiones ad idem ex diuersis causis competentes coaceruare.

Cuniculus est riuus coopertus. ff. de damn. infect. l. Proculus, est etiam animal minus lepore, & ei simile.

Cuppa est cuppula, vasa sunt vinaria, hoc est, in quibus vina conduntur. Nonius Marcellus de generibus vasorum cuppas ponit & tinas. Vlpia. de fundo instru. l. instrumenta. vbi cuppas exponit vasa vinaria lapidea, vel de terra facta, cùm illa sint dolia, cuppæ verò ex lignis cõstent. Item de leg. iij. l. Lucius. §.pe. Vasa inquit, vinaria, id est cuppæ & dolia, quæ in cella defixa sunt. Inde cuppula parua cuppa, vt de tri. & vi. le. l. si cui. In cupp. inquit, siue cuppul. N.

Cuppæ sunt vasa facta causa portandi fructus.

Curator dicitur qui curam alicuius gerit defendendo ipsum, à prætore secundùm leges legitimè datus. Vel secundùm alios est, qui res adolescentis

admi

administrat. Datur autem secundum eos curator principaliter rebus & secũdariò personæ: tutor verò primò & principaliter datur personæ, & secundariò rebus vel patrimonio. Et hæc est differentia vna inter tutorem & curatorem. Alia est differentia, quia tutor datur pupillis infra xiiij. annum existentibus. Sed datur eisdem vlterius ad xxv. annum, masculis quidem ab ætate xiiij. annorum, & fœminis ab ætate xij. Et similiter datur adultis furiosis vel similibus. Institut. de curat. in j. & §. furiosi. & §. sed & mente captis.

Curia media breui est locus vbi redditur ius: vel habitatio principis. Sed media longa est meretrix. vnde curia ius curat, meretrix est dicta curia. Appellabantur curiæ & triginta illæ partes in quas Romulus populum Ro. diuisisse fertur, vnde & curiatæ leges dictæ, vt differit Pomp. in l. ij. de orig. iur.

Curialis dicitur ille qui est de officio curiæ, vel iudici obnoxius, id est, obligatus. Vnde curialis vel curiales dicimus omnes qui quacunque conditione obligati sunt curiæ alicuius publicæ potestatis, siue milites, siue aduocati sint, siue iudices, siue officiales, siue histriones, & breuiter quoscunque siue habentes officium honestũ, siue inhonestum.

Curiosi sunt qui in curia principũ vel magistratuum cõmissa delicta denuntiant, l. j. C. de curi. lib. xij. aliàs curiosi dicuntur nimium diligentes. vt in l. iij. §. pen. de in rem ver.

Curiositas sumitur pro subtilitate nimia cura exquisita, de renunc. c. j. lib. vj. Nam curiosi de his quę non multum expediũt, sæpe disceptant. de re iudic. ab bate sanè. lib. vj.

Cursor propriè est qui pedibus celeriter literas defert. l. seruis vrbanis. de leg. iij.

Cursus publicus, vt tradit Bud. erat vehicularis. Antiqui enim non equis singulis & expeditis, vt hodie, quos postas quasi positos collocatósque certis in locis vocamus, sed vehiculis vtebantur.

Curules equi, not. C. de spect. l. nemo. libr. xj. Aediles curules quare sic dicantur, vide ff. de ædil. edict. l. j. in princ.

Curuus dicitur qui nõ habet corpus rectum. de ædil. edic.

Custodia & exhibitio reorum, vt dicit Az. secundum Legistas, est custodia quæ fit in carceribus publicis, & etiam ponitur pro carcere, & pro ipsis personis in carcere inclusis. l. ad cõmentariensem. C. de cust. reo.

## De D ante A.

DActylotheca interpretatur anulorũ repositoriũ: nã dactylus digit⁹, & anulus interpretatur, & theca repositorium. Plinius libr. xxxvij. Dactylothecam primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus. Martialis: Dactylothecam, inquit non habet. Paul. lib. xxxij. de legat. iij. l. argento. Anulis legatis dactylothecæ non cedunt: atque ibidem: Iterum in dactylotheca, inquit, legata. A. N.

Dactylotheca est vas in quo anuli reponuntur. ff. de legatis iij. l. argento.

Dalmatica est vestis, qua modò vtuntur omnes diaconi ex cõsuetudine in solennitatibus: vt lxxvj. distinc. de ieiunio. Antiquitus tamen sine cõcessione Papæ nec Episcopis, nec Diaconis licebat hæc vestis. distin. xxiij. cap. communis filius.

Damno, as, præter illam notam significationem significat etiam obligare, vt Virg. in Buc. Damnabis tu quoque votis. tit. de diuortiis. l. si filius. Damnandum, inquit, cùm quanti mulier litem iurauerit. Item de leg. j. l. cum filio. Heredem, inquit, mihi dare damnauerit. Hinc sæpè legitur damnatus pro obligatus: nam mendum est vbicunque legitur damnas nihili verbum, cùm legi debeat damnatus, vt apud Horatium 2. Serm. Gladiatorũ dare centũ dãnati populo paria. N.

Damnare & reprobare differunt. Nam damnare est reum sine remedio subleuandi tormẽtis, seu ignominiæ sententialiter deputare. Reprobare verò est rationibus euidentibus reum facere, istam differentiam assignat Panor. in ca. damnamus. in j. nota. de summa Trinitate & fide catholica.

Damnas in iure ciuili quãdoque est nomen adiectiuum omnis generis idẽ valens, quod damnatus, vt in l. damnas esto. ff. de vsu. & vsufruct. legat.

Damnum est diminutio vel ademptio patrimonij, & dicitur à demo vel diminuo secũdum text. ff. de damno infect. l. iij. Etiam quãdoque damnum est lucrum cessans. Et diuiditur dãnum sicut actio, quia alia est de damno dato, alia de damno infecto, & actio de damno dato competit ex lege Aquil. requirę suprà actio legis Aquil. Differtque dãnum à periculo, quòd damnum propriè refertur ad res seu pecunias: periculum autem ad personam. Et de duplici damno, circa rem, & extra rem, vide infrà damnum infectum, vbi cõplura de dãno.

Damnum infectũ secundum Sp. de nou. ope. nuntia. in tract. libellorum, §. nunc dicamus, dicitur si ædificium alicuius ruinam minatur ædificio vel prædio alterius vicini: tunc enim ædificij istius vel prædij dominus à domino ædificij ruinam minantis petere potest, quòd sibi

sibi caueatur nomine damni infecti,quæ stipulatio continebit totũ interesse illius vicini. ff.eod.titul.l.in hanc stipulationem.& l.sed & si conducere.& l.damni infecti. Et damnum pateris,quando rebus tuis aliquid decrescit:non quando accrescit. Quando autem lucrũ amittis, damnum non pateris. Etiam quoddam damnum siue interesse est circa rem,vt si sub traxisti mihi instrumenta quibus possessio firmatur, teneris mihi ad damnum quod contingit propter ablationem instrumentorum. Et quoddam damnum est extra rem. Differunt etiam dãnum & iactura, vt not.Ioann. Andr.in nouella. de election.quia sæpe.lib.vj.

Daphnẽsis lucus, nemus est suburbanũ Antiochiæ epidaphne, id est, ad Daphnem positæ, id est,lauretum quod decem millepassuum ambitu patet in Syria curua, quo in loco Antiochensium conuentus agitabatur,ex Strabone,fuit autem hic lucus à Cneo Pompeio magno consecratus, Eusebio autore. est quoque Antiochiæ porta Daphnitica, de qua Hieronymus in vita Ignatij: Reliquiæ, inquit,corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphniticam in cœmiterio.Iustinian.libro Codic.xj.de cupressis luco daphnensis. l. Si quis autem daphnensis luci in Syria arborem amputauerit. Neb.

Daphne,erat suburbanum iuxta Antiochiam valde amœnum, quod lxxx. stadiorum ambitu continebatur. In eo erant spectatissimæ lauri, à quibus nomen sumpsit. Erant ibidem & cupressi miræ amœnitatis, de quib. non excidendis vel vendendis speciali titulo cautum est.C.de cupres. ex luco Daph.

Dapifer dicitur ferens dapes, & est nomen officij magnæ dignitatis in curia Imperatoris, vnde inter proceres eligentes Imperatorem computatur.

Dapsilis est ille qui liberaliter secundùm mensurã cõmunicat.

Dardanarius, dicitur qui imitatur Dardanum quendam hominem sceleratum, de quo Sidonius lib.v. Epistõ. Omnia in Dardano crimina simul execrarentur, ab hoc Columella dixit in horto : Dardaniæ veniant artes.Dardanarij quoque dicuntur propolæ, qui omnia præmunt,vt postea carius vẽdant.Cic.contra Pisonẽ : Panis tibi de cuppa atque propola. Plautus in Dardanarij præpropera emptione:Flagellabat,inquit,annonam. Vlp. libr.xlvij. de extraor. crim. l. annonam. Annonam vexare dadanarij solent.Item de pœnis.l.in dardanarios. A. N.

Dardanarij dicũtur à Græcis propolæ,qui omnia præmunt, vt postea carius vendant, vulgò reuenditores appellantur.



Dare, in arte notariatus dupliciter capitur, scilicet propriè & impropriè.Propriè quando res data transit in dominium accipientis, vt in instrumentis in quibus agitur de rerum alienatione & dominij trãslatione in quibus transfertur dominiũ si tradens erat dominus, aliàs non.Vnde dare propriè est accipientis facere,aliter enim nõ datur,nisi sic detur quòd in ipsum cui datur, statim dominium transferatur. Impropriè capitur in instrumentis emphyteuticis,& feudi,& locationis:vbi ille qui locat vel concedit, licet dare dicatur, non tamen dominium transfert. Et est differentia inter dare, donare;& tradere. Nam tradere diciturqui solum possessionem transfert,&non dominium.De hoc not.xxiij.q.vj.§.vlt.

Dare intelligitur qui remittitur. l.& generaliter. ff. de calumn. & l.si mulier.ff. de condit. eau. dat. Bartolus in l. Modestinus. ff.de solut.

Data vel datum est caracterizatio in fine constitutionum vel literarum inscripta, ex qua cognosci potest quo anno,mense vel die instrumentum,vel quælibet litera emanauit, & à quo tempore obliget constitutio, vel prosit gratia in scriptis facta.vide de hoc Ioan.in fi.libr. vj.super verbo data.

Datio in solutum est datio pro solutione & satisfactione, verbi gratia, Cùm Petrus deberet Ioanni centum, agitur inter ipsos vt Petrus det ei in solutum, id est, pro solutione & satisfactione eiusdemvnam domum.

Datiuus quãdoque resoluitur in ablatiuum per præpositionem: vt ei,id est ab eo.l.ij.de condic. tritic.ff. vsu. quemadmod. ca.l. huic.si cer.petar.l. fin.§.si duobus.vbi exponitur vtri eorum, id est à quo.

Datiuus quid importet, vide Bar. in l.impuberẽ,§.fin. ff.de falsis.

## De D ante E.

De,ista præpositio quãdoque auget, vt in dictione depositum, vt not.ff.depo.l. j. in princ. Aliquando priuat,vt xxxv.distinc. episcopus. Idem quandoq; exponitur de,id est,propter,vt de re familiari,id est, propter rem familiarem.C. quando ciui.ac. præiu.cri.l. vnica,in princi.Aliquãdo,id est,pro, vt ff. de aqua plu.arc.l.post venditionẽ. Aliquando ponitur pro à,l.si isquirem.§.si fur.ff.de fur. Aliquando de,mutat ex toto significatum dictionis cui adiungitur, vt destruo, dedecus, degener. Aliquando nec addit, nec minuit, vt detergere, id est, tergere,in auth.de mona.in prin. Et regulariter ponitur declaratiuè.ff.de arb.l.si de meis: cum aliis concordãt. Interdum ponitur

nitur pro super.C. si à non cõp. iud.l.iij. interdum ponitur pro valde,vt deproperat, id est valde properat. C. de vet.iu.enu.l. ij.§.sed quia diuine.Aliquando ponitur pro secundùm, vt de libellis,id est, secundùm libellos.xx.dist.de libellis. Aliquando pro turpiter, vt depectus,id est,turpiter pactus.ff.de calum. l.& generaliter.Aliquando subauditur à iure.ff.de adul. l.ij.§. lenocinij. in fin.Aliquando denotat causam materialem: vt ff.de coniun.cum eman.lib.l.j. §.nunc videamus. Item an ista præpositio de, significet causam proximam vel remotam, vide Bar.in l.si finita,§. deinde. ff.de damn.infect.

Debet,& oportet, aliquando dicunt necessitatem , aliquando honestatem,vide Ioan. And.in c.fin. de iur. calum. super verb. per teipsum.& not.in c. intelleximus.in verbo potest. de iud. Et nota quòd verbum debet, importat necessitatem,vt est glos. in clem. attendentes. in verbo debeant.de stat.mona. Sed honestatem significat vbi æquitate suadẽte verba possunt improperari.C.de pig.l. iij. Nota tamẽ vbi materia est indifferẽs verbum debet, regulariter importat necessitatem. glo.in cle. attendentes.de stat. mon. Item dicitur quod quacũque actionẽ debetur.l.pecuniæ verbum. §.fin.de verb.significic.

Debiti diem venire , est debitum posse petere.

Debitor est qui accipit pecuniam à creditore.Itẽ secundùm Marcell.dicitur qui nactus est exceptionem iustam nec à naturali æquitate abhorrentem , id est, discrepantem secundùm Accursin l.Marcellus.ff.de re.iur. Sed propriè is est à quo inuito exigere possumus.l.debitor.de verb.signific.

Debitum est in quod aliquis alteri & naturali vel ciuili obligatione tenetur. Et debitum intelligitur remitti in redditione chirographi vel instrumenti,non autem sic in redditione pignoris. Item debitum est quod exigitur ab inuito.ff. de verb.sig.l.debitor.& est glo. in clem.j.de deci. Et debitum ciuile potest capi duob.modis: Vno modo efficaciter & propriè,prout est in chirographo post biennium , vel in obligatione ciuili resultante ex sententia.l. Iulianus. ff. de condit. inde.Secũdo modo impropriè & inefficaciter, prout est in omni debito regulariter cui obstat exceptio , vel etiam pone exemplum secundùm glo. in l. j.ff.de cond. indeb. scilicet, in chirograph.ante biennium.

Debitum grauius quod dicitur, vide Bar.in l.si quid ex famosa. ff.de sol.

Decanica dicuntur carceres, in auth.



auth.apud quos oport.§. pen.

Decanus nomen dignitatis est ecclesiasticæ:sic dicta quòd fortè ab initio decani præerant decem clericis,sicuti & in re militari decani appellantur , qui decem præsunt militibus , vt accipitur in tit.C.de deca.libr. xij.Significantur tamen quandoque hac appellatione etiam archipresbyteri,vt in cano. in capite.50.distinct.Interdum & clerici ecclesiæ Constantinopolitianæ.l.non plures.C.de sacrosanctis ecclesiis.eo quòd in decanis essent diuisi.

Decaprotia,id est,decem primatus:annumeratur inter munera ciuilia mixta,l.fi.ff.de mun. Erant enim decaproti seu decem primi ex decurionibus, qui tributa exigebant fiscalia.

Decedere,cõtrarium est ei qđ est succedere,vt si dixeris, Appius Clau.successit in prouincia Ciceroni,& Cicero decessit Appio.Vnde dicti sunt successores & decessores.Vlpia. lib. 48. dig.ad l.Iul.ma.l.quive.Quive inquit,de prouincia cũ ei successum esset,non decesserit.

Decido,cidis,est cũ creditore super debito transigere. Cic.3.in Verrẽ:Nisi cũ muliere,inquit, decideretur.Idẽ 4.in eundẽ:cũ reo trãsigat,cũ accusatore decidat.Idẽ in 5.Qui septingẽtis decidere noluisset,mille promisit.Plin.lib.7.Abunde igitur atque indulgenter fortuna decidit eum eo,qui iure dici non queat felix.Martia. Conturbabit Atlas,& non erit vncia cœlo.Decidat tecũ,qua pater ipse deũm.Scæuola lib.xxvj,de adminis.& peric.tutor.l.cùm hereditas.Cum plerisque,inquit, creditoribus ita decidit:& paulò post:cum plerisque creditoribus ita deciderunt. Nebr.

Decedere aliquando significationem habet contrariam verbo accedere:vnde & decessio pro deminutione. l. pecuniæ verbum.§.j.de verb.signifi. Magistratus autem decedere dicuntur,qui ei,qui successor missus est,cedunt.

Decemprimi, vide Decaprotia.

Decemuiri quãdo primũ creati, & qua de causa,vide l.ij.§.& cũ placuisset.de orig.iur.

Decessio,vide Decedere.

Decessor dicitur qui obiit nullo medio, prædecessor , qui ante decessorẽ,antecessor,qui ante prædecessorem. xciij. distinct. cap.j.per Archidiac. Apud Iurisconsultum est,cui è prouincia abeũti successor missus est. l.iiij.de offic.Proconsul.

Decidere est transigere,l.cùm hereditas.de administrat.tuto.

Decima, secundum Hostiens.in Sum. de decim.§.j.est omnium bonorum mobiliũ licitè quæsitorum pars decima Deo data,diuina constitutione debita:vt colligitur de decim.ca.j. & cap.parochianos.ca.non est.

cap.tua nobis.§.verùm. c.cùm non sit.Et est dãda de omnibus bonis iustè acquisitis.eod.tit.c. ex transmissa.& cap. commissum,scilicet, de lana, fœno,& piscariis,nullis deductis expensis.cap.pastoralis.eod. tit.&.ca. cùm homines.etiam de iisque proueniunt de molendino ad ventum.c.ex transmissa.præal. Item de apibus &omni fructu. cap.nuntios.eodem titu.& debentur decimæ in signum vniuersalis dominij,nec sunt retinendæ, sed soluere compelli debent per ecclesiam. de deci. cap.tua nobis.ij.in fine.De hoc vide glos.in verb.premoniti.in clem.ij.de iudic.

Decimarum tres sunt species secundum Hostiens.in Sum.scilicet, quædam personales,quæ debentur ex opere personali, vt ex artificio,scientia, militia, negotiatione, &c.quædã prædiales, quæ proueniunt ex prædiis,vt vinum,bladum,fructus arborum, &c. Tales enim dantur illi ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia. de decim.ad apostolicæ.etiam de cimas prædiales tenentur soluere Iudæi.cap.de terris. eod. titulo.Item debent solui de diuersis seminibus vnius agri, non tantùm de vno, si fuerint successiuè seminata.capitu.ex parte canonicorum, eod. titu. Etiam Cistercienses & alij qui nullo gaudent priuilegio,dare tenentur decimas de terris de nouo acquisitis, licet eas pro priis manibus excolant,capit. nuper,eodem titulo. Quædam sunt decimæ mistæ,secundum Hostiensem ibidem,&possunt dici hæ de quibus dubitatur vtrum sint prædiales,vel personales, vt de agnis, & fœtibus aliorum animaliũ,quæ sunt in pascuis,& gregatim pascũtur.

Decisio,onis,ab eo quod decido, idis,in superiori significatione vt sit decisio idem quod transactio.Cicero de prouinciis consularibus, Cum tyrãno,inquit, decisiones & direptiones. Ambrosius ad Titianum: Promptior esto decisioni, cuius & spes potior& fructus est. Paulus libro trigesimoquinto, ad legem. Falcidiam.l.si heres.& heres, inquit, cum creditoribus deciderit, ne solidum solueret,& ob eam decisionem factum sit vt aliquid retineret. Ant.Nebris.

Decisio est lex Imperatoris, de quo vide C.de contrahenda & commit.stipul.l. veteris.& de emend.Iustin. Cod.in princip. super verbo decisiones.& inst. de nupt.§.vnde quæsitum. Aliquando ponitur pro transactione.l.si heres.ad legem falcid.

Declinare sententiam, est paulatim illam infirmare,&ideò nisi sententia declinetur,rebus iudicatis stabitur.

Decoquere, est consumpto patrimonio creditores ære credito fraudare: vnde decoctores, quos vulgò vocamus fallitos vt opinor, quòd creditoribus fidem fefellerint.



Decoctores, dicuntur qui cũ non sint soluendo, vertunt solum, atque aufugiunt: vnde Catullus:Decoctoris amica formiani.& Valerius de varietate casuum:Postea inopia turpem decoctoris superlationem. Seneca libro quinto de beneficiis. Quomodo fœnerator quosdã debitores non appellat, quos scit decoxisse.Iustinianus libr. decimo,de decurionibus.l.qui libet.Quilibet principaliũ, vel decurionũ siue decoctor pecuniæ publicæ fraudulentus.Hic decoctorem videtur posuisse non tam pro eo, qui cùm soluendo non sit,fidem publicam frangit, quàm pro eo, qui de peculatus est pecuniam publicam.In quo significatu accipit Martialis,cùm ait:Nihil colonus, villicusque decoxit, hoc est defraudauit atque intercepit.Accursius non intelligens quid esset decoctor, officij nomen esse dixit. Nebris.

Decolorari,pro infamia notari.l. eum,qui. Cod. de episcopis & clericis.

Decretalis bonorum possess.quæ sit, vide suprà bonorum possessio extraordinaria.

Decretalis epistola est, in qua Papa ad consultationem alicuius respondet de rescrip.cap.j.siue solus,siue de cõsilio fratrũ,vt de elect.bonæ memoriæ.j.Vnde decretũ statuit, decretalisq; respõdet.Et de differẽtia horũ nominum,decretalis epistola, decretum,canon,dogma,mandatum,interdictum & sanctio, est glos.in Summa,distinct.iij. in verbo omnes.

Decretum secundum Spec. dicitur multis modis, vt in titu.de primo,& secundo decreto. §. dicitur ergo.Quandoque dicitur sententia definitiua, vt ff. de re iudic.l. decreta. vel interlocutoria,vt ff.de off. assessor.l.j.in fi.Quandoq; dicitur id quod Papa constituit seu statuit,de consilio cardinalium, nulla facta consultatione, & tunc in scriptis redigitur, vt de rescr.præsenti. xx. dist.si de creta.& c.seq.Quandoque est consequens consensus eligentium in scriptis redactus, vt ij.q.j.legum.& de elec.c.innotuit.Quandoq; est illud, quod capitulum,vel ordo vel vniuersitas, vel maior pars ordinauit,vt ff. quod cuiusq; vni. no.l. planè.& quasi per totum.Quãdoque est iudicis auctoritas in alienationibus rerum præcipuè minorum interposita, vt C.de prædiis minorum.l.inter. & per totum.Quandoque decretum dicitur auctoritas principis in rescriptis beneficialibus interposita,vt de rescript.

cap.gratiæ.lib.vj.& secundum Azonem, illud decretum est confirmatorium gratiæ, quia ex hoc princeps insinuat suam voluntatem, quæ seruanda est, etiam secundū eum ligat ignorantes. Est etiam quoddam decretum decurionū quod in iuitos super muneribus rerum tribui potest, exceptis, qui in liberalium studiorum laborib' sunt, & qui medendi cura funguntur. C. de decret. decurio. l. exceptis. li. x. Quandoque decretum est iussus iudicis, quo mandat bona alicuius propter eius contumaciam possideri, & illud diuiditur in primum & secundum decretum. Decretum primum est primus iussus iudicis quo mandat bona propter contumaciam in pœnam contumacis detineri. Vel sic describitur. Primum decretum est alicuius rei prohibitæ vel permissæ regulariter, in certo casu facta prima prohibitio, vel permissio, referendo singula singulis. Secundum decretū eodem modo describitur, nisi quòd ibi ponitur secunda prohibitio vel permissio, & taliter dicitur primum rescriptum secundi. Quandoque interponitur primum decretum, & non secundum, quia in aliquibus non est opus secundo, vt not. in cap. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lit. non contest. super verbo constituitur. Et illud decretum habet locum in actione reali vel personali, licet diuersimodè, vt dicto §. & §. sequen. & interponitur ante litem & post, quotiescunque aliquo contumace existente adhuc non ita liquet de causa, quòd diffinitiua sententia valeat terminari: vt in dicto cap. quoniam. præalleg. Decretum secundum est secundus iussus iudicis, quo licet bona alicuius propter contumaciam possideri, quæ prius ex primo decreto detinebantur, vt de eo, qui mit. in pos. cap. primo. in gl. vltima. Et habet locum secundum quosdam in actionibus personalibus tantum, quia secundum Ber. in glos. vbi suprà, in realibus solùm lapsus anni constituit missum ex primo decreto verum possessorem: nec est opus secundo, secundum alios tamen habet locum tam in realibus, quàm in personalibus. de hoc plenè Bern. in ca. contingit. de dolo & contuma. in gloss. vlti. Vel sic secundum Ludo. de Ro. Est prima iudicis aggrauatio priuata contumaciæ, & sic suo modo diffinitur secundum decretum. Et secundum non potest interponi nisi contra latitantem. Et latitatio est debitoris absconsio fraudulenta in damnum creditoris. l. Fulcinius. §. si quis possidet. ff. ex quib. cau. in pos. ea, quod est verū nisi periculū sit in mora, tunc



tunc enim interponitur secundum decretum contra non latitantem de bitorem, vt no. Io. Andr. in cap. consultationibus. de officio delega. in nouella. & Bald. dicit in c. j. de mil. vas. qui cont. est, in vsib. feu. Sed vtrum secundum decretum sit sententia interlocutoria vel diffinitiua, effectus est magnus, vt in c. cum cessante. de appella. & l. quod iussit. de appellat. vbi per Bar. & C. de episco. aud. l. ij. per Bal. & l. si finita. §. si fortè. ff. de dam. infe. vbi per Dy. Sed Lud. de Ro. dicit q̄ secūdum decretum est sententia interlocutoria. allegat gloss. singularem in præsenti. §. cùm autem. in verbo admodum. C. de his, qui ad eccleſiam confug. not. Io. And. in gloss. magna in fine, cap. j. de rebus eccles. non alienan. libro vj. & ibi vide iura de hoc.

Decubuerit, id est, in lecto iacuerit. ff. si quis cautio. l. ij. §. si non propter valetudinem.

Decuriones, in coloniis & municipiis dicuntur qui Romæ Senatores appellantur: dicti à numero equitum, quibus in militia præerant. Auctores sunt Nonius Marcellus, & Festus Pompeius: dignitas verò ipsa Decurionatus dicitur: de officio decurionum, & de illorum dignitate, lege in libris Digestorum, titulum ad municipales. l. quoties, & l. libertus. Item de decret. ab ord. l. ambitiosa. Omnino decurionū officium est, pecuniam publicam habere, tractare, & exigere. Neb. Decurio dicitur qui decimā partem de bonis ducit, vel qui est super decem milites constitutus in curia dominorum vel principum, sicut centurio super centum, qui aliàs etiam vocatus est centenarius. Et vtuntur illo vocabulo Theologi, quia dicitur 1. Machab. 3. quòd Iudas constituit duces populi, tribunos & centuriones. Beda tamen dicit super illud Luc. 23. & Marc. 15. Ioseph nobilis decurio, quòd decurio vocatur ideo quia est de ordine curiæ, & officium curiæ administrat. Qui etiam secundum eum dicitur curialis, à procurando, quia procurat munera ciuilia & curialia. Vide de hoc ff. de decurionib. & fil. eorum. Quidam autem dicuntur decuriones appellari ex eo quòd cùm ciuitates & municipia cōstituebantur, cuiusque loci gratia cōsilij, decima pars hominum colligebatur. vt ff. de verb. sig. l. pupillus. §. decuriones. Etiam quidam dicunt decuriones esse ex eo dictos, quòd cùm Coloniæ ducerentur, decima pars eorum qui ducebantur, in consilium publicum constituebantur: & decuriones vrbis Romanæ à muneribus excusabantur, vt C. eodem titulo, libro vndecimo.

Decussatè,id est,ornatè.

Dedecus,quando aliquid dicitur fieri cum dedecore,vide Bart. in l. ij. §. si emancipatus. ff. de bonor.posses.contra tab.

Dederit,id est,dare voluerit.ff.de verbo.oblig.l.si stipulatus sum dammam. Aliquando dederit exponitur,id est,reddiderit. ff. loca.l.in naue Saupheli.

Dedititij serui dicũtur,qui ex obsidione se dediderunt in potestatem victoris, formam autem deditionis scribit Liuius libro primo ab vrbe condita. Obsessor,inquit, interrogauit: Estísne vos legati oratoresque missi à populo Collatino,vt vos populúmq; Collatinum dederitis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate?est. Deditísne vos,populúmq; Collatinum,vrbem,agros,aquam, terminos,delubra,vtensília, diuina, humanáque omnia in meam Romanique populi dictionem?dedimus.Et ego recipio.De seruis dedititiis Iustinianus in primo Institutionum lib.titu.de libertinis,& quomodo manumissi obtinebant inst mum ( libertinitatis gradum: quoniam illorum,inquit, pessima conditio est. Nebr.

Dedititia libertas,secundũ Azo. in Sum.eod.titu.hodie sublata est,sed olim eorum dicebatur dedititia libertas,qui sic seruiebant,vt toto tempore vitæ suæ seruili iugo detinerentur, post mortem verò eriperent in libertatem, colligitur in l.vnica. C.de lat.liber.tol.& Institut.de succes.lib.§.vlt.& l. vnica.C.de dedit.lib.tol.

Dedititij liberti olim erant,& dicebantur, quia hi, qui se dedebant timore destructionis suæ,hanc talẽ libertatem consequebantur,& dicebantur liberti,fortè propter spem libertatis. Vel verius liberti vocabantur,quia verè liberti erant licet seruire cogerentur:hodie verò non sunt.Azo in Sum. C. de dedit.libe.tol. Erant autem hi pessimæ conditionis, quia toto tempore vitæ suæ erant serui,& in morte libetti,vt dictum est,vt Institut.de libert.§. libertinorum autem,& dicunt doct.quòd tales non erãt serui sed coacti erant ad seruiendũ: & erant inducti ex l.Aelia Sentia,quæ etiam multa alia(scilicet mala)induxit:vt in gloss. Instit.tit.præalleg.Sed de deditiiis aliter & verius Theophilus & Gaius in Instit.

Deductio,est defalcatio.

Defalcare,idem est quod deducere & detrahere.

Defendere est vicem domini subire,vel illud facere quod faceret dominus in lite,& pro eo respondere.

Defensio quotuplex est,vide Bar. in l.de pupillo. §. primo.ff. de noui operis nuntiatio.& quo iure est introducta:idem Bart. in l.



in l.vt vim. ff.de iusti.& iure.& quot modis sumatur defensio. Bar.in l.liberto.in fi.ff.denego. gest. Quando aliquid dicitur fieri ad defensionem,vide Bar. in l.prima.C.vnde vi.Interdum sumitur pro excusatione,vt l. Sed etsi.de vsur.aliquando pro exceptione, vt l.siquidem. C. de exceptionibus.

Defensor est ille, qui sine mandato cautione præstita de iudicato solui, alium defendit, vel eius defensioni se offert,vt ff. de procuratorib. l.si procurator.§.finali.

Defensores ciuitatum secundum Azo.in Sum.eod.tit.C.de def. ciui.sunt hi, qui in omnibus tanquam patres, potiùs quàm vt iudices se habere debent,vt ita nominis sui vtantur officio. C.eodem titulo.l.iij.&authen. vt iudices sine quoq.suffrag.§. eos. Inest autem officio defensoris huiusmodi præbere auctoritatem his, quæ aguntur apud eum ex voluntate partiũ, vt adoptionis, emãcipationis, manumissionis, testamentorum,insinuationis.vt in authẽ. eodem titulo.§.sed neque proprias.Item donationis insinuatio.In contentiosa autem iurisdictione habet cognitionẽ vsque ad trecentos aureos, vt in authentica præallega.§. & iudicare.

Deferre aliquem, est eum accusare,sed deferre alicui,est grates &reuerentias sibi facere.ff. de accus.l.libellorum.& sic dicimus, plus deo deferendum est, quàm homini.deferre autem appellationi,est illam admittere.differunt tamen deferre & accusare in hoc, quia deferre fit reo absente,sed accusare fit reo præsente.

Deferre iuramentũ est aliquem arctare vel adstringere ad iurandum,& quãdoque defertur à iure,quandoq; à iudice,quandoque à parte,quandoq; etiam delatio à parte parti defertur, de omnibus his not.C.de iureiuran.l.prima.

Deferuescere iram alicuius dicimus, cùm ex irato mitis redditur.l.quis sit.§.idem ait.ff.de ædilitio edicto.

Deficere dicuntur,qui ab iis quorum sub imperio sunt, desistunt, & in hostium numerum se conferunt.l.amissione. de capit.dimin.

Definio & definitio, non diffinio & diffinitio, notatum à Ludouico Bonognino, semper legi in Pandectis Florentinis:& ferè nunquam aliter legitur in libris veustissimis, qui reperiuntur scripti, etiam in aliis facultatibus. Nebr.

Definitio est plurium rerum summatim facta traditio: quod idem est cum regula. l. omnis definitio.iuncta l. j. de regulis iuris. diffinitio autem est propria & breuiter comprehen-

sa rei substantiæ enuntiatio: quæ constat ex genere & differentiis. Bar. in l. j. de testam.

Deflorare virginem quid sit. not. per Archidiaconum, extra de desponsatio. impuberum, cap. vnico. libro vj.

Defrutum, mustum est quod decoquitur quousque pars tertia relinquatur. Plinius tamē lib. 14. Sapa, inquit, fit musto vsq; ad tertiam mensuræ partem decocto, quod vbi factū ad dimidiam est, defrutum vocamus. Virgilius quarto Georg.

Aut igni pinguia multo Defruta. Vlpianus libro xxxiij. Dig. de fundo instruct. l. quæsitum. Vas, inquit, æneum in quo sapa coquerentur, & defrutum fieret. Item de vino & tritico legato. l. qui vinum. mulsum inquit, passum, defrutum. Defrutum dictum est quod autore Plinio sit ad dimidias defraudatum. aut quemadmodū vult Nonius Marcellus, quod ad tertiam redactum sit. Non quod Accursius hallucinatur quod de vsu sit sublatum, vt quandiu possit seruetur, quasi sit dictum à fruor, eris. Nebr.

Defrutum, mustum est, quod decoquitur quousque tertia pars tantum relinquatur.

Defunctio est à debito liberatio, inde defunctus, id est, liberatus. Secundo idē est quod mortuus. Et fortē dicitur ideo mortuus defunctus, quia liberatus à miseria cōditionis humanæ. Defunctoriè & perfunctoriè idē sonant quod transitoriè, vel curiosè, & negligenter.

Deglabrare, est delibrare siue cingere, hoc est arborem decorticare: nam glaber propriè dicitur qui læuis est, & pilis caret: sed hic deglabrare pro læuem facere posuit Iurisconsultus Paulus libro xlvij. Digest. titu. arborum furtim cæsarum. l. cædere. Cingere, inquit, arborem est deglabrare siue delibrare. Ant. Nebris.

Deglabrare seu deglubere est corticem eximere. l. cædere. ff. arbor. fur. cæs.

Degradare est deponere de ordine, vt lxxxj. dist. dictum. Qualiter autem habeat fieri degradatio, no. de pœ. cap. degradatio. libro vj. nam deponere fit simplici verbo, sicut suspendere, degradare autem cum solennitate.

Deierare est falsò iurare. cap. in literis. de testibus. & cap. literas. de præsumptionibus.

Deinceps, id est, de cætero. C. de epi. audi. l. nemo deinceps.

Deinde, vide instit. de rer. diuis. §. insula.

Delata hereditas intelligitur quā quis adeundo consequi potest. lege delata. ff. de verborum significatione.

Delator, est alicuius criminis denunciator, dummodo ad officium suū non pertineat ea denunciatio, hoc genus hominū odiosum habetur. Martial. de delatoribus: Turba grauis paci, placidéque inimica quieti. Quæ miseras semper sollicitabas opes. Idem, Et delator habet quod dabat exilium. Pro denunciatore tantùm posuit Iurisconsul. Papin. titu. de diuer. & tēp. præs. l. intra. Intra quatuor, inquit, annos vacantiū bonorū delator. In titu. tamen de iure fisci, propria delatoris significatione vtitur sæpe. Nebr.

Delator est idem quod accusator, vel qui bona aliqua tanquam vacantia fisco denuntiat, id est manifestat. Et nota, quòd deferre dicitur multis modis: Primo, id est afferre, seu offerre, vnde dicitur hereditas deferri: vt l. ij. C. de Carbon. edic. Item accusare de quolibet crimine: vt l. iubemus. C. ad l. Iul. repet. Item delator, id est bonorum nuntiator. l. intra. ff. de diuer. & temp. præscr. & Barto. in rubr. de delat. & de hac materia vide plenè per Bart. in dicta rubr. de delato. lib. x. Cod.

Delegare plura significat: primò est aliquem iudicem loco sui, & auctoritate sui iudicaturum constituere, vel substituere: vt l. præcipimus. C. de appel. circa medium. & l. sequē. in fi. Quandoque est in locum suum, vel vice sui alium rerum creditorem dare, vel cui iusserit creditor. Et hoc modo inter delegatum & eum cui fit delegatio, oportet interuenire stipulationem, vel litis contestatio. His enim modis fit hæc delegatio. l. delegare. ff. de nouatio. & Azo in Sum. eo. tit. de nouat. Delegare enim possum, id est vice mea debitorem meum dare creditori, & ex delegatione liberor ego à creditore meo, & extinguitur ipsa obligatio qua tenebar, vt quando tibi sum obligatus, & alium habeo debitorem mihi obligatum, & istum tibi assigno vt debitum ab eo recipias: te, & ipso volentibus, hæc est delegatio quædam. Interdum delegare est destinare seu assignare, vnde in l. ij. ad legem Iuliam pecul. pecunia delegata, id est, destinata.

Delegatus est cui causa committitur terminanda vel exequenda, vices delegantis repræsentans, & in iurisdictione nihil proprium habens: vt ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. j. in fi. & extra de offic. deleg. sanè quia. & cap. cùm olim. & Host. in Sum. eod. titu. Vel sic, Delegatus est is cui à summo Pontifice, vel ordinario vel delegato principis causa committitur. Inde venit subdelegatus, qui dicitur respectu delegati. Item is, cui principium causæ vel medium committitur, & sic iudex propriè dici non potest: vt cap. super quæstionum.

§.porrò.eod.tit. Delegatus tamen propriè delegare potest principium, medium,& finem in §.intentionis.ca. super quæstionum.præalleg. Vel secundum Specul.eo. tit.in princip. est is, qui alterius commissione recipit alicuius causæ iudicialem cognitionem : nam & subdelegatus est cui per aliquem habentem iurisdictionẽ demandatur in iudicio aliquid vel extra iudicium faciendum: non iure proprio, sed de iure mandantis. Et differt à subrogato & cõseruatore. Nam subrogatus habet iurisdictionem iure proprio,& merum imperium, sicut iudex principalis, cui subrogatur, sed conseruator nullam habet iudicialem cognitionem, sed tantum potestatem super notoriis & manifestis.cap.statuimus.de offic. deleg.lib.vj. Iudex autem delegatus habet iurisdictionem in ecclesiasticis personis, non propriam,sed à superiore commissam, vide Goffr. in Sum.eo. titul.& delegatus in causa sibi delegata maior est ordinario. de offi.deleg. sanè ij.& de offi. ordin. pastoralis. quia talis vices gerit delegantis.

Delibrare,quod est librũ, hoc est corticem arbori detrahere,lege supra in verb. cingere arborem.& in verb.deglabrare. N.

Deliberare est factum diligenter tractare,vel in mente reuoluere, vel cum amicis suis explorare an expediat sibi illud admittere de quo quæritur, puta hereditatem agnoscere vel adire:vt l.Aristo. in principio. ff. de iure deliberan.

Deliberatio est prouida causæ circumspectio,cum qua ratio totum agit,& furor sibi nihil vendicat.xj.quæst. iij. illa præpostorum.& cap.sequen.

Delictũ dicitur quasi derelictum. & nota prout suprà tetigi in verb.contractus, q̃ sicut actionum quædam proueniunt ex contractu vel quasi contractu, ita actionum quædam proueniunt ex delicto, aliæ verò ex quasi delicto. Ex delicto proueniunt actionesvbi delictum personæ verè & directè cõprehenditur,vt est videre in furto, rapina,homicidio. Ex quasi delicto, vbi personæ delictũ verè & directè nõ comprehẽditur, sed interpretatiuè, vel iuris fictione:vt si iudex per imperitiã suam male iudicauit, tenetur parti quam læsit ex quasi delicto.Item si tenes in domo vel officina aliquem prauum hominem qui damnum dedit mihi,teneris ex quasi delicto, eo quòd in culpa sis vtendo malorum hominum ope. Et est delictum desertio boni.Peccatum vero prauus actus.Sed crimen est peccatum graue accusatione & damnatione dignissimum.Hæc est differentia secundùm Aug.lxxxj. dist.ca.j.& not.de pœnit. distinc. j. si peccatum.& per Io. And.in regula peccatum.Et pro differentia inter delictum & peccatum est bona glos. in l.j. C. si aduersus deli.vbi dicit Accurs.Delictum est genus generalissimũ, siue veniat ex animo,siue non.Crimen verò genus subalternum. Continet enim sub se furtum, adulterium,& alia quæ ex animo proueniunt.i.ex conscientia.Adde quòd delictorũ quædam sunt publica, quædam priuata,de quibus infrà in versic. ptiuata. Item aliud est delictũ generale,aliud speciale. Generale est, quod certa appellatione pluriuma eiusdem naturę crimina complecti potest, vt furtum, homicidium, falsum: quod Doct. nostri nominatum delictum appellant.Specialeverò delictum Iurisconsul. intelligunt,quod Doct. innominatũ dicunt, vt cùm quis in ius vocatus non paret, cùm temerè appellat.hæc enim facta pluribus specialibus verbis designãtur,non vno generali,vt copiosius declarat Alcia.in l.a. ud est fraus.de verb.signi.

Delinimenta pro blanditiis.l. iiij. de inoffic.testam.

Delphi,orum, ciuitas est Phocidis,ad mõtis Parnassi radices, posita, vbi Appollo solitus erat responsa dare, sed quemadmodum ait Iuuenalis: Nunc cessant oracula Delphis. titul. de censibus.

Delphicæ mensæ à Delphis vrbe Apollini sacra dictæ sunt, & erant ex ære, quas veteres cortinas vocabant.Plin. libr.34.Ex ære, inquit, factitauerunt cortinas tripodum nomine delphicas.Cice.sexta in Verrem, Mensas delphicas è marmore. Martial.Argentum atque aurum nõ simplex delphica portat.Florentinus titul. de supellectili legata. l. iij. Trapezophora,inquit, delphicæ subsellia. Ant.Nebris.

Deludit,id est decipit,& sic deluso non approbatur à iure, extra de alie.iudi.mut. causa fac. capit.j.& ff.de iudic. si prætor. ibi, delusoria essent prætorum decreta.

Demens est qui nescit vel nõ potest exprimere quid velit aut nolit.c. pastoralis. de cle.ægro. lib.vj.vbi bonus tex.& glos.ibi super ver.remittit.

Deminuo,is,& deminutio, onis, non diminuo & diminutio,vt passim legitur in libris Digestorum, debere scribi adnotauit Ludouicus Bonogninus ex Pandectis Florentinorum. Est autẽ capite deminutus, vt ait Festus, qui ciuitate mutatus est,& ex alia familia in aliam adoptatus, & qui in hostium potestatem venit, & cui aqua & igni interdictum est. Nebr.

Demolior, demoliris, est illud quod

quod extructum est diruere. Nam moliri est ædificare, cuius contrarium est demoliri, Virgilius primo Aeneid. Molíque arcem,& manibus subuoluere saxa. Apud antiquiores demolio, is, declinabatur, vt Diomedes testimonio Varronis ostendit, quem citat in libro poetico: Non demolio, inquit,astra. Et Nævius in corollaria:Hæc demolire, inquit. Vlpianus titul. de vsufructu. l. heres. Ante, quàm vsufructu prohibuerit,demolierit. Et de molitus passiuè, vt in titul. de vsucapi.l.eum qui. A. N.

Demoliri est dissipare vel destruere.Matth.vj. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo,vbi tinea non demolitur. Vnde demolitio,id est, destructio. l. stipulatio,de ope.no.nunt.

Demõstratio idẽ significat quòd ostensio. Nam omne verbum vel factum per quod aliquid ostenditur, demonstratio dicitur.Ideò dicit text.in l. certum. ff.si cert. pet. Certum est quòd nomine proprio vel alia demonstratione quæ vice nominis proprij fungitur, ostẽditur, & sequitur. Non refert an proprio nomine res appellentur, an digito ostendantur. Et licet falsa demonstratio non sit demonstratio,tamen ex ea quandoque sumitur significatum ad inualidãdum actum, qui aliàs ea non expressa, esset validus: verbi gratia, Testator dicit,lego vxori meæ vestem quæ causa eius parata est. Hæc verba quæ causa eius,&c.sunt demõstratiua. Sed pone quòd nihil est paratum causa eius, tũc demonstratio est falsa, & dicit tex.in l.Quintus Mutius. ff. de aur.& argen.leg. quòd nullum est legatum.Secus si diceretur, Vestem meam purpureã quæ causa eius facta est, quia licet demonstratio sit falsa, tamen apparet de re legata per verba præcedentia, vt in l. Quintus Mutius.præalleg. Et si vis scire plenissimè, an & quando falsa demonstratio vitiet dispositionem,tradit Barto. in l.demonstratio.ff.de cond. & demonstr. Porro demonstratio sic differt à conditione, quòd demonstratio plerunque factam rem ostendit,cõditio verò futuram.l. si nominatim.eod.tit.

Deni,denæ,dena, nomen est diuiduum distributiuum, quale illud bini binæ bina,& similia: cuiusmodi nomina Accursius solitus est exponere in bis tantum, cùm re vera significent cuilibet tantum, quod latuit Bartolum. Is enim exponens legem quæ habetur de legat.j. si quis testamẽto Titio & Seio decem dari iusserit:nullam hęc verba recipiunt ambiguitatẽ, vt dena dixisse videatur qui decem dixerit: putauit per dena viginti intelligi: ait namque: Qui



Qui reliquit decem,non videtur relinquere viginti. Nam cùm inter decem & dena illa sit differentia inter oratoresob seruata, quòd decem numerum simplicem, hoc est decem vnitates significet, dena verò cuilibet decem, erat sensus legis:quòd qui Titio & Seio legauit decem, nõ legauit dena, id est cuilibet decem, sed decẽ simpliciter, hoc est cuilibet quinque.In titu.de verb.oblig. l.si ita. Accursius dena pro bis interpretatus est. Idem de annuis legatis.l.si legatum,exponens illud,Si legatum fortè sit relictum annua bina trina die, fortè triginta dena per singulos debentur annos: licet non fuerit adiectum æquis pensionibus, dena pro decem interpretatus est,cùm dena non simpliciter decẽ, sed per singulos annos decem significet. N.

Dena id est decem, sed distributiuè, vt si legem Titio & Seio dena,intelligor singulis decem legasse.ff.de verbor.obligat.l.si ita stipulatus. & ff. de legat. j.l. si quis testamento.

Denarius dicitur à numero decẽ. de conse.distin.v. ieiunium.

Deniq; no.Arch.iiij.dist.denique.

Denuntiare est crimen alicuius superiori nuntiare, vt præpositio de,augeat nuntiationem, vt in simili.ff.depos.l.j.in princ. Hostiens.autem in Summ.titu. de accus.& rub. de denunt. §.j. dicit quòd denuntiatio est criminis alicuius apud iudicem sine inscriptione facta delatio ad pœnitentiam agendam,vel aliam legitimam pœnam imponendam,vel etiã ad vtrũque in §.seq.ipse distinguit denuntiationem, dicens quòd quædam est denuntiatio pœnitentialis & Euangelica,& ad illam quilibet admittitur. Quædam verò iudicialis & canonica,& ad illam non quilibet admittitur. Vide ibi de illa,& in reportationibus Ioann. And.cap. nouit. de iudic. Est & denuntiatio species protestationis, quæ ad alium mittitur,vt cùm aliquem admoneo vt ab emptione desistat: vt defendendæ causæ adsit: vt à matrimonio causa legis Iuliæ exercendæ abstineat. Alciat. in l. detestatio.de verbor.significic.

Denuo,id est de nouo,vel iterũ.

Depacisci est turpiter pacisci.Inde depectus, id est turpiter pactus.l.iij.de calumn.

Depectus participium est, ab eo quod est depacisco,quod significat turpiter pacisci:vnde depector apud Apuleium in oratione pro magia:Est,inquit,litium depector, omnium falsorum commentator.Vlp.lib.iij. de calumniato.l.& generaliter.Hoc, inquit,edicto tenetur qui depectus est. Nebr.

Dependere,soluere,& præstare.l. iij.§.in iis.de vsur.

Deper

Deperditum dicitur quod desiit esse in rerum natura.l.deperditum.de pet.hered.

De plano aliquid dicitur fieri, quod iudex sine figura & strepitu iudiciario facit, de cuius verbi significato habes hodie plenè,de verb.sign. in clemen. fæpe.Arch.de elect.c. indemnitatibus.li.vj.super verb.strepitu & figura. Dicitur ergo iudex aliquid facere de plano, quando scilicet non est in consistorio,vt scilicet residens in loco in quo iudicare consueuit,&aliqualiter instructus, sine iuris solénitate aliquid facit, statuit aut determinat.

Deportare est aliquem perpetuo exilio damnare, sed relegare etiam ad tempus, vt ff.de interd.l. relegatorum. §. hæc est differentia:& in gl. instit. quib. mod.ius pa.po.sol.§.relegati.

Depositum est quod custodiendum alicui datum est.l.j.ff.eod. Et dicitur à de, & positum, sic quòd præpositio de, augeat, vt ostendatur totum fidei eius cõmissum apud quẽ ponitur quo ad custodiam, & videtur separata custodia à deponere. Est ergo aliud pono,aliud depono: vt ff.eo.l.j. Quid sit actio depositi directa & contraria, require suprà actio depositi.

Depositarius est apud quem res aliqua deponitur custodienda. Et differt à sequestro, quia depositarius ad hoc præcisè tenetur vt depositori rem restituat,tenetur etiam maximam diligentiam adhibere. Sed sequester neutri litigantium tenetur præcisè rem restituere, sed indeterminatè illi qui vicerit. Alia differentia habetur in l.licet.ff.depositi.

Deprecatio à deprecari, quod est precibus rogare. l. deprecatio. ff.ad leg.Rhod.

Deprehendere aliquem,est quod barbarè dicunt, in ipso facto capere.l. quod ait. ff. ad legem Iuliam.de adult.

Deprimere nauim est demergere.l.cum depressa. ad l. Rhod.

Derelictũ dicitur illud quod caret possessore, vel q̃ in nullius est possessione, vt instit. de rediui.§.hoc amplius. circa finẽ.

Derogare est deminuere, vel in parte tollere, vel detrahere, vt ff.de verb.signif.l. derogare. & differt ab rogare,ibidem,require suprà abrogare.

Describere est exemplũ sumere, quod Barbari dicunt copiare.

Deserere propriè militũ est, qui relinquunt locum in acie, aut sine commeatu discedunt ex castris:vnde est desertor & desertio,de quibus sæpe in libris Digest.tit.de re militari. N.

Desertores dicuntur clerici qui propriæ ecclesiæ ministeriis destitutis, ad aliam vitio fugæ se transferunt, vel confugiunt,vt xxj.q.ij. placuit, & hoc secundùm Canones. Sed secundùm leges, desertores dicuntur milites vitio fugæ suam militiam deserentes.vt l.iij. de re milit.

Desertum est locus non habitatus penitus neque cultus vltra memoriam hominum: vt ca.j. de verb.sign.lib.vj.vnde & desertus pro neglectus.l. iij. C.de agric.& censit.lib.xj.

Deserta causa dicitur, cùm altera parte absente, fertur sententia.

Desidero præter illam notam significat etiam deficere. Cæsar in commentariis, Desiderati sunt, inquit, eo die sagittarij circiter ducenti, id est defecerunt:hoc est interempti sunt. Suetonius in Augusto: Desiderauit nonnunquam M. Agrippæ patientiam, & Mecœnatis taciturnitatem. Quem locum Eutropius & Sextus Aurelius non intelligentes, decepti huius verbi ambigua significatione putauerunt,quòd Augustus voluisse esse æquè patiẽs atq; Agrippa, & taciturnus vt Mecœnas: cùm apud Suetonium desiderare accipiatur pro deficere illud, quod desideramus. In quo sensu accepit Iurisconsultus in titul. si libertus ingenuus esse dicatur.l. quoties. Sive officium, inquit, desideretur,id est deficiat in eo qui debet obsequi & obtẽperare. N.

Desidia similis est imperitiæ. C. de testamẽ.l. ambiguitates, & quid est desidia: not. per Arch. xxx.quæst.j. deinde desides:id est negligentes.C. de annon.& trib.l.iudices.lib.x.

Designatus id est electus.l.Barbarius.de offic.Præto.

Designatores qui, vide suprà in verbo,brabeutæ.

Desinere propriè est in perpetuũ, vt rursus non redeat.l.fin.de assig.lib.Desinere autem res abesse quando dicatur, explicat Iurisconsul.in l. mulieris. de verbor.signific.

Desistere est à negotio iam susceptо abstinere. l. destitisse. de iud.& ad Turpil.

Destitutum testamentum, id est desertum,ex quo nullus est heres.Institut. de hereditat. quæ ab intest.§. cùm autem.

Desuetudo & consuetudo differunt secundùm Bartol. in l.de quibus. ff. de legib. Nam consuetudo est quando fit contra legem per ipsam consuetudinem, sed desuetudo est quando non vtimur aliqua lege in iure posita.

Desultores erãt qui in ludis duos equos absque ephippiis agitantes ex altero in alterum mira pernicitate desiliebant.l. apud. de præscrip.ver.

Detergere id est publicare,vel testibus probare.C. de malefic.l. si excepta.

Deterrere præter vulgatum significatum est & à proposito auertor.l.quòd si.§.qui mancipia.de ædili.edicto.

Detestari est absenti denuntiare testib

testibus adhibitis, vt l.subsigna tum.§.ij.ff.de verbo.signifi.& l. sequent.Aliter autem detestari est facta alicuius abrenuntiare, spernere,vel abominari.

Detestatio est cum testibus facta denuntiatio.

Detexta lana dicitur cùm perfecta est,& à textrinis instrumentis detrahi potest.

Detrectare pro vitare, fugere, auersari.vnde detrectatio.l. qui cum.§.qui post.de re milit. &l. si maritus.ad leg. Iul. de adult.

Detrusus in l.quicunque. C.de episcop. & cleri. est quem canonistæ vocãt depositum, Latini verò exauctoratum.

Deunx est vna pars assis quæ ex xj.vnciis perficitur. insti.de hered.instit.§.hereditas.

Dextans est pars assis quæ ex x. vnciis perficitur.

Deusdedit est proprium nomen. cap.tanta. de Simon. Similiter Deodatus.eo.tit.c.iij.

## De D ante I.

Diabathrarij in l.j.C.de excusa.artific.sunt coriarij. Aliis tamen ibi aliter legendum placet: de quo vide Alciatum ibidem.

Diacatharotia, in l. quicunque. Cod.de omni agro desert.est id munus,cùm Impe.priuatis fundos concedit,vt purgẽtur:quod latius explicat, ibi Alcia.

Diacatoche(vt quidam legunt in præalleg.l.quicunque:) significat titulũ possessorium prædij.

Diaconus Græcè, dicitur minister Latinè, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij dispensatio habetur.Et hypodiacones Græcè dicuntur subdiaconi Latinè, quia subiacent præceptis Leuitarum. Et apud Hebræos Nathanei vocantur: vt habetur xxj.distinct.cleros.

Diadema propriè est corona Imperialis.

Diæta locus est in domo, vbi per otium versamur. Papinius in secundo syluarum. Vna tamen cunctis procul eminet vna diętis. Sidonius Appollinaris in Epistol. Ex triclinio fit in diætam siue cœnaculum trãsitus. Iurisconsultus titu. de legat.iij. l.ligni.§.lignis. Cellarium, inquit, iunctum eidem diætæ. Inde diætarius dictus est seruus siue minister in diæta deseruiens.Meminit Vlpianus in titul.de fundo instructo.l.quæsitum. Est præterea diætarius, qui ex diæta quippiam furatur. vt Vlpian.in tit.de effractorib. l.j.Simili,inquit, modo & diætarij ibi legitur directarij, & saccularij puniuntur. Pro quo mendose legitur detractarij. Idem in tit. de effractoribus, l. saccularij. Qui directarij, inquit,appellantur,hoc est qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo.

Diætarij dicuntur qui in cœnacula aliena se dirigunt animo furandi,à dięta secundùm primam significationẽ sic dicti, & sic exponitur in l.saccularij,in princ.ff.de extraor.crim.licet ibi legatur in text. directarij. Sunt & diætarij serui deseruientes in dięta.l.quæsitum.§.ostia rij.de fund.instr.Item custodes nauis,non pretio aliquo conducti,sed ob solum victum.l.j. nau.cau.stab.

Diarium præter ephemeridis significationem,refertur etiam ad vnius diei cibum, vel ad id quod alicui datur, vt singulis diebus se alat:quo sensu plerunque in iure accipitur.l.diatiis.de adim.legat.

Diastoli vel diastoleæ dicuntur cum astu dictatores vel distinctores logon, hoc est publicæ rationis.Et secundùm hoc accipitur in glo.de tab.seri.logo. Codic.libr.xj.l.iiij.

Diathetũ videtur genus esse poculi, sicut syntheton siue synthesis.Iurisconsultus ad legem Aquiliam.l.si seruus. Si calicẽ, inquit, diatheum faciendum dedisti.Iustinian. quoq; libr.x. l.j. Artifices, inquit, diathetarij,id est,calices diathetos fabricantes. Ant.Nebris.

Diatretum Græcè, tornatile aut factum torno significat. Vnde apud Vlpianum in l. si seruus. ad legem Aquiliam.calix diatretus:& diatretarij notornatorib.in l. iij.C. de excus.artifi.

Dictare actionem vel iudicium, est intẽdere actionẽ vel agere.

Dictatores olim dicti fuerunt, qui summũ magistratum gerebant,& quorum erat in maioribus causis sententia ferre vel dictare:vt ff. de orig.iuris.l. ij.

Dicticæ sunt columnæ ecclesiæ in quibus imagines patrum in suo catologo ponuntur. Vel sunt tabulæ scribendi vel pingendi,à dicto dictæ.

Dictum à promisso eleganter distinguit Vlpianus in l.sciendũ. de ædili.edict.

Didragma est denarius valens duos denarios;stater valet duo didragmata:vnde,Valet nummos didragma duos,stater duplicat idem.notatur perArchi. xj.quæst.j. magnum.

Diducere est diuidere & distinguere.Instit.de oblig.

Diensis populi sunt Macedoniæ à Dio colonia dicti.hos Pausanias Diastas appellat, apud quos gymnicum certamen agebatur.Pau.lib.vlt.in titul. de censib.l.fin.In Macedonia, inquit, iuris Italici sunt Diensis. Antonius Nebrissens.

Diensis populi Macedoniæ,quorum mentio in l.vlt.de censib.

Dies est duplex,naturalis & artificialis. Naturalis est ab ortu solis vsque ad occasum. Ciuilis est à media nocte,in sequẽtem mediam noctem. l. more. de feriis.Ecclesia verò Romana exorditur diem ab occasu solis,& finit in sequentem oc-

casum.Hæc Alciatus in l.ij.de ver.sig.licet Accur.aliter desinire videatur in d.l.more.

Diem cedere vel venire obligationis quando dicatur,declarat apertè Iurisconsult.in l. cedere.de verb.significe.

Diem diffundi,(vel vt quibusdã placet) diffindi, olim dicebatur,cùm res de qua erat controuersia,in sequentem diem cognoscenda reiiciebatur.

Diæta in vna significatione est cœnaculum,in quo die magis quàm nocte solẽt homines residere:vt ff.de donat.l. Lucius. vel domuncula constructa in hortis pro colligendis fructib. seu oblectationis gratia:ita capitur in l.senatus.§.Marcellus. ff.de legat.j.In alia verò significatione dicitur spatium vnius diei vel lapsus. Quartò est vnius diei certa & determinata comestio.Continet autẽ diæta legalis xx.milia Italica.Diæta vulgaris dicitur illa quę habet secundũ conditionẽ regionis.

Diffamator quis sit,& quis dicatur diffamare:vide Bartol.in l. turpia.ff.de legat.j. & quando quis diffamati dicatur de maleficio, an sufficit in genere, vel specie mali fieri requiratur: vide ibidem Barto.

Difficile dicitur quãdoque quod nullo modo fit.ij.q.vj.biduum. vers.si aduersus. & glos. fin.de testib.ca. præsentium.exponit nõ de facili,id est nullomodo. Adde quòd difficile interdum exponitur,id est rarò, vt ff. de leg.iij.Seio.& l.heres meus.§. vxori. Aliquando difficile, id est nunquam.j.q.j.siquis neqj. & c.principatus.& ibi no. Aliquando difficilè exponitur, id est laboriosum. in auth. vt hi qui ob.se.hu.per.res mi.§.quoniam autem.Aliquando, id est vix. xlvij.dist. quantumlibet,& ibi not. Item qualiter difficilè & facilè intelligitur: vide de hered.instit.l.seruus.

Difficultas & impossibilitas sæpe parificantur, vt pulchrè ponit Fel. in c.ecclesię sanctæ Marię in xxxix.col.ver.secũdũ notabile est q; ecclesia.de const.

Diffinitio,vide Definitio.

Diffinitiua sententia. Require in frà,sententia.

Diffindere diem, & diffisio diei, quid significet, non est in promptu,neque cursic dicatur.Gel. lib.14. c.2.Iussi, inquit, diem diffindi:& iterum:In dierũ diffissionibus & comperendinationibus.Vlpia.lib.ij.Dig. tit.si quis cautionibus.l. non extinguemus.si quis,ait,in iudicio se sisti promiserit, & valetudine vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus se sistere nõ potuit, exceptione adiuuatur, non immeritò. Cùm enim in tali promissione præsentia opus sit, quomodo poterit se sistere, qui aduersa valetudine impeditus est? Et ideò etiam lex



lex xij. tabularũ: Si iudex vel alteruter ex litigatorib. morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffissum. Sic enim legitur in Pandectis archetypis Florentinorum, non diffusum videturque significare diem intercisum, siue intercapedinatũ atque dilatũ. N.

Diffundi vina propriè dicuntur, quæ postea quã defecata sunt, in doliis conduntur transuasantúrque. Iuuenalis: Ipse capillato diffusum consule potat. Et Horatius: Vina bibes iterum tauro diffusa: Vlpia.lib. xxxij. de legat.iij. l. cùm quæreretur. Nam si vina diffudisset,habiturus vsui. Item Proculus libr. xxxiij. de tritico & vino legat.l.cùm vinũ. inquit, heres damnatus est dare quod in amphoris seu cadis diffusum est. Ant.Nebr.

Diffundere vel diffindere diem, quid sit,vide suprà in ver.diem.

Diffundi vina propriè dicuntur, quæ ex vasis in quibus deferbuerunt,postea quàm defecata sunt, in alia vasa transferuntur.l.cùm vinum.de tritico, vino & oleo legat.

Digestum secundùm Azonem in lum.de veteri iure enucle. dicitur legalis liber, qui alio nomine vocatur Pandecta, seu liber Pandectarum,ex quo omnes dispositiones & decisiones legitimas in se habet,quem in quinquaginta libros partiales digessit Imperator. Collectus autem fuit iste liber ex veteri iure quod ab vrbe Roma condita & à Romuli temporibus vsque ad tempora Iustiniani ferè per millie & cccc. annos confuse statutum obtinuit. Et extendebatur in duo millia penè librorum,& trecies centena millia versuum vel responsorum, vt patet. C.de veteri iure enucle.l. ij.§. sed cùm omnia. Et dictum fuit Digestum eo,quia omnia ibidem decidentia digeruntur & soluuntur,secundùm Accursium in prooem. Institutionum.Dicitur autem Pandecta à pan, quod est totum, & decta, doctrina,quia ibi est tota doctrina omnium Iurisconsultorum vt in §. præal. sed cùm omnia decidentia ibi digerantur & soluantur, secundùm Azonem ac Dinum in principio Instit. Et notat Ioannes Andreas in prooemio Clementinar. quòd Digestum capitur alibi pro de coctum .de consec.distin.v. ne tales.&c.præced. Quidam dicunt quod iste liber olim per duplex dd,scribebatur, vel per d,& g,quod postea per vitium scriptorum corruptum sit. Sed ratio videtur meliori, scilicet quòd Digestum scribatur contra morem omnium legalium librorum per duplex ff.(quanuis illæ duæ literæ nec in principio, nec in fine huius nomi-

nis digestum ponantur:)ideò quia ille liber fuit digestus secundariò per duos Federicos Imperatores,à quorum cuiuslibet nomine sumpta est prima litera f,sic erunt duo ff. licet ista ratio aliis non placeat, quia neuter illorum Imperatorum aliquid fecit, exceptis paucis constitutionibus positis in vsibus feudorum.Dicunt ergo esse vicium scriptorum. Et vnus illorum librorum nominatus est Infortiatum, quia cùm Romæ esset studium amissum,& Bononiæ inoleret, eius recuperatione facta Rauennæ cum esset amissum ius est redditum,fortè cùm multa adsint quæ deerant,& sic sumitur in, pro valde. Alij dicunt quòd fortes leges in eo sunt, sed certè & in veteri. Alij ab inuentore seu autore sic nominatum dicũt.Vel dicitur quòd nomina magistralia sunt quare non est de eis disputandum, sed relinquitur pertinacibus secũdum Tullium,& quia plura sunt negotia quàm vocabula.ff.de præscript.verb.l. natura enim. Alij ab inforcisim chaldeorum vocabulo quod est dispositio, dictum volunt, quia vltimæ dispositiones in eo sunt.Vnde:

Sum liber fortis disponẽs spolia mortis.

Et clausis portis,me discat lector in hortis.

Hæc in glos.huius libri.Adde aliam rationem melioré quare libri Digestorum scribantur per duo ff.quam ponit Aleiat. in libr.Dispunct. Nam Græci Pandectas per P,cum accentu circumflexo notabant, quod posteriores per ignorantiam Græcarum literarum putantes esse duplex ff,hoc signo abusi sunt P.

Digitus aquæ est modulus, vnde salientes tali mensura censentur.Frontinus de aquæ ductibus. Aquarum moduli aut ad digitorum, aut ad vnciarum mensuram redigendi sunt. Est autẽ digitus sextadecima pars pedis, vncia verò duodecima. Quemadmodum igitur inter vnciam & digitum diuersitas ita & ipsius digiti: nam alius vocatur quadratus,alius rotũdus.Hoc Frontinus. Paul.libr. viij. dig.de seruitutib. rustico. præd.l.Lucius Titius.Digitum tibi dono aquæ.Accursius per aquæ digitum intelligit quantum fluit per digitũ statuæ. N.

Digitus nõ est membrũ,sed membri officium.ff.de stat.ho.l.non sint liberi. Adde Bar.in l.ij.ff. de pub.iud.in versi.sed quæro quid appellatur.Adde Feli. in c.ego.N.versi.digitus.de iureiur.vbi limitat in sex casibus, & fallit secundùm Bar.ad hoc quando quis esset notabilis artifex, quia si amittit digitũ, dicit amittere membrũ, & ista confir



confirmat Bar. vide Io.de Ana. in c.cùm ex coniuncto. de hære.in vj.Fel.in c. cùm illorum. de excom.versi.& not.limita.vi de ibidẽ latè per eum.Adde φ digitus est etiam genus mensuræ.l.Lucius.de ser.rust. prɔd. est autem sextadecima pars pedis secundùm Aleiatum in l. mille.de verborum signif.

Dignitas quid sit, secundùm Archi.patet de consue.c.j.libr. vj. in glos. Dignitas quandoque idem est quòd potestas vel cõditio,vel prærogatiua secularis,vt xxiij. q. v. administratores.& C.de digni.libr.xij.Et sic iudex dicitur habere dignitãtem,vt ff.de albo scrip.l.vlti.de hac etiam not.4.q.3. si testes. in princ.Item dignitas est quædam præeminẽtia ecclesię vel in ecclesia.c. quanuis.de verb. sig.Et quot modis sumatur dignitas, not.de rescrip.sedes apostolica.in glos.super verbo, maiores.quæ incipit,sed quas personas.& Bart.in l.j.C.de dignit.libr.xij.Quandoque autẽ sumitur strictius pro eminentia prærogatiuæ personæ ecclesiasticæ, quæ prærogatiua etiam dicitur personatus, qui cognoscitur quãdo aliquis habet prærogatiuã in choro vel capitulo,in optionibus,in processionibus, in vocibus dandis,& similibus, plusquam alij canonici sui ordinis, vt in d. cap.j.de consuet. cum similib. Et illa cognoscitur his modis: primò,quando quis habet administrationem rerum ecclesiæ cũ iurisdictione. Secundò quando habet nomen dignitatis & prælationem seu prærogatiuam,tam in choro, quàm in capitulo.Tertiò,quando ex cõsuetudine ecclesiæ habetur aliquis in dignitate: vide Archid.vbi suprà.Etiam dignitas significat latius & strictius secundùm vsum ecclesiarũ,nam quòd in vna ecclesia continet sub nomine dignitatis, in alia continetur sub nomine officij, & econtrà: prout cuiusuis ecclesiæ vsus habet.Reperitur etiam latissima significatio pro quauis excellentia.Sed de his omnibus & aliis huc pertinentibus latissimè Bart.in d.l.j. C. de dignitat.

Dilapidare est res vel bona prodiligaliter & indifferenter erogare,secũdum quod not.Arch. de reseri.statutum. libr.vj.& de elec.quia sæpè.eo.tit. Et sic sumitur in l.si pro ea.C.mandati. ff. de mino.l. vetum. circa fin.

Dilatio est temporis in causa prorogatio.Et dilationum secundum Host.in Sum titu.de dilation.§.j.aliæ sunt citatoriæ quę dantur vocato ad causam, ad veniẽdum ad iudicem ante lit. contesta.intra quas citatus se præparabit vt veniat in termino,& nihilominus post mortem,vt extrà de offi.dele.con

Universidad de Deusto Biblioteca

sus uis de quibus ff. de iudic. l. ad peremptorium. cum sequēt. vsque ad l. de qua in re. Et aliæ sunt restitutoriæ quæ dantur his qui spoliati fuerūt seu sunt, vel dantur ad appellandum, quæ sunt xx dierum. vel ad restitutionem in integrum petēdam, quæ olim intra annum vtilem, hodie intra quadriennium continuum dantur, vt C. de in integr. restitu. l. fina. Aliæ sunt deliberatoriæ, quæ dantur reis ad deliberandum, de quibus C. de lit. cont. in auth. offeratur, hodie canonizata. iij. q. iij. ca. de induciis §. offeratur. Aliæ sunt reparatoriæ quę dantur volenti probare, de quibus in l. j. C. de dilat. Aliæ sunt executoriæ, quæ dantur condemnato ad hoc quod satisfaciat. de his l. ij C. de vsu rei iudi. Aliæ sunt reuocatoriæ, quæ dantur habentibus ius reuocandi domum, de quibus habetur l. ij. § legatis. ff. de iud. Aliæ sunt vacatoriæ siue feriales, vt in l. j. ff. de fer. & xxv. q. iij. per totū. Aliæ sunt prosecutoriæ, quæ dantur ad appellationem per sequendam, de quib. in authē. ei qui appellat. C. de temp. appellat. Aliæ sunt saluatoriæ, vt pœnitentiales. Aliæ præceptoriæ, de appellat. c. præterea. Aliæ electoriæ, vt de cōuer. coniugat. c. ex publico. de elect. ne pro defectu. Aliæ experitoriæ, vt extra, de frigid. & malefic. laudabilem. Aliæ exemptoriæ, vt qui matrimonium accusa- poss. c. fina. & C. de inge. manu. l. diffamari. Aliæ sunt tepræsentatoriæ, vt de appella. cap. personas. & cap. ij requiritis, & c. sæpe. de elect. dudum. j. de renūc. ea. veniens. Aliæ exceptoriæ. s. ad proponendas exceptiones concessas à iure. de except. pastoralis. Hos modos & species latius prosequitur Hostiensis ibidem, & Spec. eodem titulo: & plures addit. Spec. vide ibidem & gloss. sum. ij. q. ij. declarat notabiliter quinque species inducarum vel dilationum. Spec. autem enumerat quindecim in titu. de dilat. §. j. & Hostien. Sum. eodem titu. §. j. Nam restitutoriæ inducię dabantur olim spoliatis, vel eiectis, & tādem restitutis, intra quas à iudiciorum strepitu quiescebant & erant non minores sex mensibus, nec maiores anno. iij. q. ij. eiectis. Vel veriùs & erant arbitrariæ. capit. si episcopus. ea. quæstion. Et deliberatoriæ dantur ante lit. contesta. Cùm enim citatus venit ad iudicem, porrigitur ei libellus, quo oblato, dantur à iudice inducię viginti dierum in quibus deliberat reus, an cedat vel contendat, siue iudicem recuset. Et talis exceptio dilatoria est, ideò ante lit. contest. proponenda. de re iud. c. cùm inter monasteriū. & exceptio recusatoria iudicis debet prima esse inter dilatorias, qua omissa, si alię proponātur, ad ipsam rediri non potest, nisi ex noua causa. Dantur etiam ante lit. contest. quæ paternales adiectiones inducirarum dicuntur. vt v. q. ij. præsenti. Præparatoriæ verò dantur post litis contestat. probare volentib. intra quas præparent suas probationes, quarum spatium moderandum est, vt dicit rext. iij. q. iij. §. spatium. Et dantur tam actori quàm reo, & tantùm semel, vt in §. spatium. præalleg. nisi casus emergat inopinatus. Iudicatoriæ autem dantur cōdemnatis, & sunt quatuor mēsium, de re iud. c. ad consultationem. Nec habent locum in causis criminalibus, in quibus executio non differtur nisi in quatuor casibus, vt not. Goffr. de iudic. §. partibus. Et nota quòd in ciuilibus causis pro qualibet causa necessariò datur vna dilatio. In criminalib. verò tres sunt reo, & duæ actori. Hæc Goffre. in Summa, eodem titulo.

Dilatio potest etiam sic describi secundùm Baldū, Est tempus quod habet certum principiū & certum finem. vel sic, Est tēpus datum à lege vel iudice partibus ad veniendum. Et talis est duplex, scilicet prima, quæ datur ab homine, vel iudice, secūda quę dat à iure vel à lege, vt patet. in ru. de feriis.

Diligenter verbum exponitur secundum subiectam materiam, secundùm Corsetum singulari incipiente, verbum diligenter. in litera D, vbi dicit quòd aliquando refertur ad oculum intellectus, & ad subtilem modum inuestigandi, & optimè probare secundùm eum in capitulo quàm graue. & capitulo licet de crim. falsi.

Diminutio capitis, require suprà capitis deminutio.

Diminutū intelligitur quod vsu captum est. l. deperditum, de per. heredit.

Dimissoriæ literæ sunt per quas causa ad iudicem appellationis dimittitur, quæ vulgò dicuntur apostoli. l. dimissoriæ. de verborum significe.

Dimittere pro relinquere, in authentic. de ecclesia. titul. §. si quis autem.

Dimittere creditores est eis satisfacere.

Diœcesis per œ, diphtongum in secunda scribitur, & non diocesis, vt vulgò legitur. neque accentu in tertia à fine, vt omnes proferunt sed in penultima. Item diœceres, non dioceres, pro diœcesis præfecto. Est autem diœcesis gubernatio siue dispositio, & diœceres gubernator siue procurator. Cic. in Epist. Ex prouincia Ciliensi cui scis tres diœceses asiaticas attributas esse. Iustinia-

nus tit.de episcop.aud.l.archigerontes,& diœcetæ. Nebr.

Diœcesis,secundum Archi.de rescript. statutum.libr.vj.dicitur distinctio vel diuisio, siue gubernatio,quia diuisa & diuersa est ab ecclesia alterius episcopatus, & commissa gubernationi vnius,vt patet x.quæst. j.episcopum. Aliquando sumitur pro regione vel prouincia, &sic fortè capitur in l.præsides. C.de offic.recto. prouinc. Aliquando sumiturpro parochia. Vide de hoc Archi.ibidem.Et nota quòd appellatione diœcæsis non comprænditur ciuitas,quia dignius sub minori comprænditur non debet,sed appellatione ciuitatis, bene diœcesis comprænditur, vt not.in c.Rodulphus,de rescrip. Et quòd nomen ordinarius plura comprænditur,quã nomen diœcesanus,vide glos.ij. cle.j. de vita & honest.clerie.& melius glos.in verbo diœcesanus. in clem.j.de iure patron.

Diplomata,sunt codicilli,siue libelli,in quibus beneficia à principibus impetrãtur,quales nostrò sunt tempore quas appellant bullas:dicta, quòd in duplicibus tabellis solitæ sunt cõcedi supplicibus:Sueto.in Augusto.In diplomatis libellisq; & epistolis signandis. Idem in Nerone: Diplomata ciuitatibus singulis obtulit. Cicero in Epist.ad T.Appium: Diploma, inquit, statim non est datum. Apud Iurisconsul. accipitur pro itineris festinatione, hoc est, cùm per dies singulos duplicia itinera cõficiuntur. Venuleius libr.xlv.dig.de verb.oblig.l. cõtinuus. Qui æstimet, quanto tempore diligens paterfamil. efficere possit, quod facturum se promisit:is qui Ephesi datũrum se spoponderit, vt neque diplomate, id est diebus ac noctibus,& omni tempestate cõtempta iter continuare cogatur.Et paulò post: Quòd si diplomate vsus,ac felici nauigatione,maturius quàm quisquã peruenerit Ephesum,cõfestim obligatus est.Modestinus libr. xlviij.ad legem Corneliam,de falsis.l.eos. qui falso inquit, diplomate,commeauit vias.

Diplomata sunt quas literas patentes vulgò appellamus,cuiusmodi sunt bullæ Pontificiæ.Iurecõsultus autem vsus est pro itineris duplicatione,in l. continuus.§.cùm ita stipulatus. de verborum oblig.

Dipondius est genus ponderis leuissimi,ex duobus assibus compositi,vt dicit Beda super illud Luc.12.Nónne quinque passeres væneunt dipondio? vel est as duplicatus,videlicet xxiij. vnciæ,vt not.instit.de here.instit.§.& si plures vnciæ.

Directarij,vide diætarij.

Directa actio,vide Actio directa.

Directum verbum est quando significat illum cui relinquitur, vel in quem disponitur, vt sua manu recipiat. Sed obliquum verbum est quod significat, vt de manu alterius accipiatur. Et commune verbum est quod vtranque significationem habet:verbi gratia,directum verbum est instituo, quia significat quòd institutus sua & non alterius manu accipiat.ff. de hered.institu.per totum. Idem in verbo,heres esto.cõ.tit. & in verbo accrescat,vt in titulo.C. quando non pet. par. petentib. accrescunt.Idem in verbis accipiat, lego, capiat,quia sunt directè significãtia.Obliquum verbum est restituo.l.restituta. & per totum tit.ff. ad Trebelli. Item ibi, volo quòd talem heredem recipias, quia tunc per fideicommissum pars hereditatis est illi restituenda. l.pater filium.§.fin.ff.de lega.iij. Item ibi,rogo vt Titium heredem facias.l.ex facto. in princip. ff. ad Trebell.nam per hoc videtur velle intelligere, quòd hereditatem suam sibi restituat, & sic non directè heredem illum facit.Idem in verbo detur. l.fundi Trebatiani. ff. de vsufr. leg.Et breuiter omne verbum significans quòd quis de manu alterius accipiat,est obliquum de communi verbo, vt substituo:nam si paganus substituit filio impuberi,quandocunque decesserit per verbum substituo, hæc substitutio est fideicommissaria, vt in l. Centurioff.de vulg. substitut. Si autem substituit filio,si heres non erit substitutus admittitur ex directo suo iure. Est ergo commune,quia habet vtranque significationem.Et rationem quare non est directũ, sicut illud verbum instituo,ponit Bar.in præallega.l.Centurio.quia magis generale est, nam in loco alterius qualitercunque positus, dicitur substitutus etiam in singularibus legatis,secus de verbo instituo.Idem in his verbis perueniat, pertineat, habeat, retineat, reuertatur, deuoluatur,conuertatur, succedat. Et breuiter quodcunque verbum significat sic vtroque modo, quòd quis sua manu habeat, vel ab alia, dicitur commune, vt not.Bar.in l.Centurio.præal.

Disceptare est ambigere contendereque, vt in iudicio fieri solet. Aliquando significat iudicare.cap.forus.§. iudex.de ver. sign.Inde disceptator apud Iurisconsul.pro iudice & arbitro.

Discretio,id est, differentia. C.de sacrosancte eccles.l.fin. in princip. & discretum, id est, distinctum.l. discretis.C.qui testam. fac.pos.

Discrimen, id est, damnum. C.de fide instrum.l.ij.& dic vt ibi, & extra de electio. vt quis duas. lib.vj.Aliquando discrimen, id est,differentia.Instit. de libe.§. fin. & ibi nota. Aliquando, id

est,periculum.ff.de iniu. l.prætor edixit.& C.de pœn.iud.qui male iudic.l.ij.

Discutere est discutere & disturbare:vnde discutere matrimonium in l.ij.de dona. inter vir. & vxo. pro dirimere & dissoluere,& discussum periculum in lege nihil.de nau.fœno.hoc est sublatum.

Discussor, require j. inspector.

Disertus est idem quod facundus,inde venit superlatiuus disertissimus: vt C. de aduoc. diuerso.iudic.l.petitionem.

Disiunctionem appellant veteres Iurisconsulti, quam recentiores alternatiuã, qualis est aut, vel, ve, seu, l.alienationis. & l. Coniunctionem.de verb.signi. Interdum tamen disiunctiuæ ponuntur pro coniunctis. l. fæpè.eodem titulo.

Dispendium dicitur damnum vel detrimentum. Aliter dicitur longum & inutile, cõpendium verò breue & vtile.de accusat. cap.quatiter & quando. ij.ad fi. & cap.dispendia. de rescript.libro sexto,in glos.ij.& clemen. dispendiosam.de iudic. facit regula,quod ob gratiam.de reg. iur.lib.vj.inde dispendiosus, id est damnosus. clemen. præalle. de iudic. vbi concord. in glos. Quandoque dispendium dicitur idem quod tædiosum, absque tamen vtilitate, vt in iur. præalleg.cap.dispendia.& capitu.qualiter.

Dispensare idem est, quod disponere, vnde dispensatores dicuntur eo quod domum alicuius vel rẽs disponunt, & ita accipitur in l.dispensatorem.ff. de solutio. Et dicitur dispensare,quasi diuersa pensare, videlicet,vigorem iuris relaxare per eum qui hoc facere potest.Et si aliter fit,non est dispensare,sed dissipare.

Dispensatio est iuris communis prouida relaxatio, vtilitate,seu necessitate pensata, secundum Guliel.in Spec.tit.de dispens.§. j. Vel sic est rigoris iuris per eum,ad quem spectat, canonicè facta relaxatio. j. quæst. vij. cap.requiris.§.nisi rigor.& cap. seq. Quandoque enim dispensatio sumitur impropriè, scilicet, pro iuris declaratione: vt in cap.Quintauallis. de iureiu. prout ponitur in Specul. tit.de dispens.§.j. Item secundum Io. And.(quem sequitur dominus Anto. de Butr.) dispensatio est quædam communis mensuratio ad singula,& est de iure cõcessa propter impossibilitatem prouidendi de omnibus particularibus, sicut nauigãtes quædam proiiciunt, vt alia salua sint.j.q. vij.dispensationes. Et traxit originem à Deo, qui ex sola misericordia & dispensatione vniuersa creauit, & ea subiecit homini.Institu.de rer. diui.§.in pecudum. Et dispensatio est quadruplex, scilicet, semiplena



miplena ad minores. j. quæst. j. si quis hæreticæ.Plena ad sacerdotium.j.quæst. ij. conuenientibus. Plenior ad episcopum. xij.distinct. nos ad consuetudinem.Et plenissima ad primatum, omnes ordines & dignitates. xxiij. quæst. iiij. ipsa pietas,vt not.Ioan.And.in gl.cap. præalleg. nos consuetudinem. Et debent tria mouere dispensantem, necessitas, vtilitas, & euidens prærogatiua meritorum.j.quæst. vij. tali coniugio. & cap.exigunt. Item dispensatio non conceditur cuiquam, nisi habenti legem concedere & tollere: & sic per principem & Papam vel eorum auctoritatem fieri potest.

Dispungere, siue expungere est transuerso calamo rationem cancellare. Seneca de breuitate vitæ: Dispunge, inquit, ac recense vitæ tuæ dies. Apuleius de deo Socratis: si cotidiana eorũ dispungas, inuenies multa rationibus prodigè diffusa. Itẽ de verb.sig.l.cognoscere. Dispungere,inquit, est conferre, accepta & data,& ex ea collatione, vt ait Accurs. cancellare quod est redditum.Hinc est dispunctio, onis, pro ipsa rationis cancellatura,vt apud Tertul.in Apologetico: Ad vtriusque,inquit,meriti dispunctionem. Vlpian.lib.xlij.Dig.tit.de bon.aut. iudic. posl. cùm plures. An recognitio, inquit, & dispunctio concedẽda sit creditoribus:nã quod in quibusdam codicibus legitur disputatio, pro dispunctio,mendum tamen est. N.

Dispungere est conferre data, & accepta,vt in l.cognoscere. §.j. de verb.signific.

Disputare est allegare, & videlicet intentionẽ suam per probationem in iudicium deductam ostendere,& eam pro viribus asseuerare & roborare, vt ix. quæst.iij. aliorum. & xxiij.qu. viij.conuenior.& de fide instr. inter dilectos.& de re iud.cap. abbate sane.libr.vj.cum similibus. Quod autem huiusmodi allegationes & disputationes fieri debeant super testibus,& aliis actibus, patet in capit. in causis.de test. De hac materia vide Spe.ti.de disp.§.all.

Dissidere est discordare, vnde dissidium pro diuortio.l. miles. §. vlt.ff.de adult.

Dissidium inter virum & vxorem idem est quod diuortium, hoc à diuertendo, illud à dissidẽdo appellatum. Terent. in Andr. Valeant qui inter nos dissidia quærunt. Idem in Eeyra: Nihil mali est quod sit dissidio dignum.Papinianus libr.xlviij.ff. ad leg.Iul.de adul.l.miles.Quæro, inquit, an causam dissidij præstitisse videar.

Distrahere,pro eo quod est vẽdere,aut actioni exponere. Suetonius in Vespasiano: Coemendo quædam tantum vt postea distra

distraherer.Gellius libro 19.Sicut nunc,inquit, bona vænum distrahuntur.Vlpian. in titu.de transact.l.si vni. Si vni, inquit, pluribúsve fundus fuerit distractus.Titulus est præterea lib.xx. Digest.de distractione pignorum. Ant.Nebris.

Distrahere est vendere, vt ff. de contrahen.empt. l. si ita distrahatur.& l.rem alienã. & l. quoties.eod.tit. cum multis similibus.Generaliter tamen significat dissoluere, vnde distrahere matrimonium in l.ij. de diuor. & distractu pro resolutione cõtractus.§.penul.Institut.de obligatio.ex qua.contra.

Distractio ponitur pro diuortio. l.authent.de nupt. §. nuptias.& ibi in gloss.

Distribuit non est verbum directum in substitutionibus. Bart. in l.Centurio.ff. de vulg. & pupilla.& est verum quod dicit Bart.de ver. distribuantur:quia est obliquum si est simpliciter prolatum,secus si cum adiuncto, scilicet per fideicommissarios seu executores, quia tũc est directum, vt ibidẽ per Bar. in versicu. sed quid si testator dicit,&c. & melius per Bartol. in l.fundi Trebatiani.in fi.ff.de vsufr.leg. dum loquitur de verbo dentur. De natura distributiui vide Barto. in l.si Stichum. §.stipulatio.ff.de verb. oblig.& in l.si quis in fundivocabulo.§. j.ff.de leg.j.& in l. qui filiabus. §.fin.eo.tit.Et quæ sint nomina distributiua.Barto.in l.hoc articulo.ff.de here.instit.

Distributiuum dicitur quod distributionem significat, & hoc diuersimodè, prout diuersitas subiectę materiæ,vel aliud medium probabile habet diuersificare:verbi gratia sic dicendo, quilibet fert lapidẽ, sensus est, quòd vnusquisque per se in solidum,fert lapidem. Ideo si tẽstator dicat,quilibet heredum meorum det Titio decem,tunc quot sunt heredes, toties Titius habebit decem. l. si pluribus.& ibi not.gloss.de leg.ij. Si autem testator ostendens duos vel tres cum digitto, & dicat, quilibet vestrũm heres mihi esto,sensus est, quòd quilibet sit heres in parte, non in solidum.l.hoc articulo. in fi.de here.institu.Nam materia subiecta nõ patitur de pluribus quẽlibet in solidum esse, cũm impossibile sit cuilibet eandem hereditatem in solidum attribui.Item ibi,quisquis mihi heres erit,det Titio centum, siue vnus solus heres sit,siue plures Titio debẽtur centum solum. l.ab omnibus.in prin.ff. de le.j. & l.si quis in fundi vocabulo. in fi.eod.titu. Et si in eodem casu testator postea prohibet vnũ heredem dare Titio,vel eximi eum à dando, adhuc centum debentur Titio ab aliis.l.ab omnibus.in prin.præalleg. Item ibi,



ibi,quicunque primo ingressus fuerit castrum habebit cẽtum, duo simul ingrediuntur, quilibet admittitur,quia hæc distributiua verificatur in vno solo, & etiam in pluribus vel omnibus concurrentibus, quia primus est, qui alium ante se non habet,& actus primi verbi distribuitur cuilibet in solidum: ideo etiam actus secundi verbi:ergo quilibet qui primo ingreditur,habet centum.l.qui filium.§.j.ff. de leg.j. Sed si dicatur,quicunque ingressus fuerit primo habebit illum equum, vel hunc fundum, tunc pluribus simul ingredientibus nullus debet habere in proprio significato verbi,quia vnum tantum requirit.Item ibi, quicunque ceperit vexillum Bohemorum,habeat cẽtum, duo simul capiunt: hi duo simul centum tantum habebunt. Ratio Bart. quia actus primi verbi, scilicet habendi centum:& est simile, sicut cum duo simul portant trabem,& nullus eorũ per se.l. ita vulneratus.§.j.ff.ad l.Aquil.

Districtus idem est quod territorium.cle.ne Romani. de elect. licet non desint qui existimentiatorem habere significationẽ verbum districtus,quàm territorium,vt tradit Alciat.in l.pupillus. §. territorium. ff.de verborum signific.

Ditio est idem quod potestas: vt ff. de origin. iuris.l.secunda.§. capta.Inde iurisdictio.

Diu ponitur pro biennio. ff. de re iudic.l.fin.& ff. loca. l. cum domini.Quandoque ponitur pro tribus mensibus.lxiij. distin.lectis.in glos.Aliquando pro decennio.Institit.de lit.oblig. §.fin. & ff.qui & à qui.l. si cum fideicommissaria.§. Aristo. Ponitur etiam aliis modis: vt ibi nota. Aliquando pro triennio: ff. de vsuca.l.j.& l.quanuis aduersus. Aliquando ponitur pro anno. ff.de succes.edict. l. j.§. largius. & §.quibus.Aliquãdo momentum significat.C.de acq.possess. l.ij.Item quando diu fieri intelligatur:vide extra de election. quia propter.& cap.j.de mutuo.pet.cum multis iuribus.

Diuertere est discedere diuortio, id est, contractum matrimonium separare, vnde dicitur: mulier diuertit se à viro suo:l. tertia.ff.de diuort.& l.si filia.eodem titulo.

Diuisio auctore Accurs.in §.j. Institit.de oblig.est innumerabilis materiæ breuis compositio. Et propriè diuisio est generis in suas species. Partitio verò totius in partes. Nonnunquam tamen vnum accipitur pro altero: vt in l. stipulationes non diuiduntur.de verb. obli.

Diuinus aliquando exponitur, id est Imperatorius: vt in l.ad instructiones.C.de sacros. eccles.

Diuinatio accipitur tripliciter: Primo pro scientia theologiæ, à qua

à qua theologi dicuntur diuini. Secundo pro scientia infusa à Deo, & sic accipitur, Prouer. 16. Diuinatio in labiis Regis, in iudicio nõ errabit os eius, &c. Tertio pro scientia magica, vel fallaci prophetatione, vel prophetizatione, quia falsi prophetæ & magi fingunt se præuidere vel præscire futura: vt capitur in l. nemo. C. de malef. & mathe. &c. & sic dicitur diuinatio à diuino, as, are, id est, vaticinari, vel futura prædicere. Genus autem diuinationis à Persis fertur esse allatum. Et diuini dicti sunt, quasi deo pleni. Sunt autem duo genera diuinationis, cuius quidam quatuor dixerunt esse genera. Et habẽtur hæc omnia xxvj. q. iij. can. j. in princip.

Diuortium, vt paulò antè diximus, idem est prope quod dissidium, hoc dictum ab eo quod vir & vxor dissideant, id est, dissentiant inuicem, illud quod in diuersas partes vertantur. Fiebat autem diuortium per illa verba quæ sunt apud Plaut. Res tuas tibi habe, quæ mea, redde mihi. Paul. in tit. de verborũ significatione. l. inter. 191. inter diuortium & repudiũ hoc interesse dicit, quòd repudiari etiam futurum matrimonium potest, non rectè autem sponsa diuertisse dicitur: quod diuortium ex eo dictum est, quòd in diuersas partes eunt, qui discedunt. Est præterea à titulus de diuortiis, libro vigesimotertio Digest. Nebr.

Diuortium, secundum Goffre. & Hostiens. in Sum. eod. tit. §. j. est inter virum & mulierem legitimè facta separatio. Et dicitur legitimè, quia quos Deus coniunxit, homo non separat, scilicet violenter & absque ratione. Non enim homo separat, quos pœna damnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat. xxxij. q. ij. solet. & de consãg. & affin. cap. de infidelibus. Et dicitur à diuersitate mentium, quia illi qui matrimonium distrahunt in diuersas partes eunt: vt ff. eod. titu. l. j. & l. ij. & ff. de ver. sig. l. inter stuprum. §. diuortium. & l. inter diuortium.

Diuturnum quomodo intelligatur, tradunt interpretes. in §. ex non scripto. Instit. de iure natur. gent. & ciui. & l. diuturna. de leg.

Diuus idem est quod sacer vel diuinus.

Dialem accipere, id est, epistolam Imperialem, per quam reuelata est quantitas quæ solita erat dari in ordinatione Pontificis.

## De D ante O.

Do lego perinde significat, ac lego, vel do, solum. l. j. ad l. Falci. & de proprietate verbi da, vide in dictione Dare.

Docib



Docibilis propriè dicitur liber, sed docilis est homo doctrinalis, ponitur tamen vnum pro reliquo. xxiij. dist. qui episcopus. in princ. Et Petrus in epistola, Erũt omnes dociles Dei. xxxvj. distin. c. qui ecclesiastic. §. ecce.

Dodrans sunt nouem vnciæ.

Dolare, verbum fabrorum, cum lignorum asperitas complanatur. l. ferri. de verb. sig.

Dolium, vas fictile est, vino atque aliis rebus condendis aptissimum. Plin. lib. 13. Mitiores, inquit, plagæ doliis condunt vina, infodiũntque. Cato de re rusti. Dolia olearia decem habeat. Vlpia. lib. xxxiij. Dige. de fundo instr. l. instrumenta. Dolia, inquit, licet defossa nõ sint, & cuppæ. Idem de auro & arg. leg. l. Dolia, inquit, fictilia, quibus terra adiecta est. Inde doliarius. qui facit dolia: & dolia rius, a, um: & doliaris, re, ad dolia pertinens. Plin. lib. 3. A figlinis, inquit, doliariorũ. Et Paul. de fund. instruc. l. tabernæ. Doliaria, inquit, vasa, & ancones. Item l. si vinum. Si doliare, inquit, vinum, emeris. Nebr.

Dolia, vasa erant tam vino quàm etiam aliis rebus condendis apta. l. vinaria. de ver. sig. Hinc vinum doliare in l. j. §. vltimo, de petic. & com. rei vend. quod in doliis conditum esset. In dolia enim veteres mustum conijciebant efferuescendi causa, vbi verò deferbuisset, ac defecatum esset, vel vẽdebatur, vel in amphoras, aut cados, vt melius inueterasceret, diffundebatur. l. pen. in fi. de vi. lega.

Dolones, hastæ sunt in quibus tanquam in vaginis latent pugiones: dicti ab eo quod dolus sub eat. Virgil. lib. 7. Sæuósque gerunt in bella dolones. Sueto. in Claudio: Cum dolone ac venatorio cultro præstolantes. Alphenus lib. ix. Digest. ad legem Aquil. l. si ex plagis. Flagello, inquit, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, vulnerare tabernarium cœperat: vbi mendosè pro dolon legitur dolor, neque minus falsò Accursij interpretamento locus enaratus. Nebrif.

Dolones dicuntur flagella quædã intra quorum virgam latet pugio, de quibus meminit Iurisc. in l. si ex plagis. §. j. ff. ad l. Aqui.

Dolus malus secundum Host. eo. tit. in Sum. & Goffr. est calliditas, fallacia, aut machinatio ad circumueniendũ, decipiẽdum, seu fallendum alterum adhibita: vt ff. de dolo. l. j. §. j. & committitur calliditas talis in tacendo vel dissimulando. Vnde Salomon: Qui dissimulat iniuriam callidus est. Prouer. 12. Potest autẽ poni exẽplum in venditore, qui sciebat seruitutem deberi, vel rem alienam, vel alij obligatam esse, nec certificauit emptorem, tenetur ei

qui,

quia dolo malo versatus est. De hoc de rescript.cap. super literis.Sed fallacia committitur in mentiendo, & falsum asserendo contra conscientiã. Vnde Augu. Mendacium est falsa vocis significatio, cum voluntate fallendi.xxij.q.ij.c. beatus. §.ille ergo.Machinatio cõmittitur ex parte verborum. xxij. quæst.v. quacunque arte verborum: nam machinatio est occulta insidiatio. Dicitur autem dolus malus ad differentiam boni doli: nam dolus bonus est quando aduersus latronem vel inimicum quis machinatur,multo fortius in hostem publicum.xxij.q.ij. vtilem. & cap.quæritur. & xxiij. q. viij. vt pridem.ff.de leg.ij.l.cùm pater. §.Titia.ad si.& talis dolus fraudem excludit.ff.de leg.ij.l. præalleg.Est tamen hosti fides seruanda fidem seruanti. xxxiij. q.j. noli existimare. Sed frangenti fidem,fides frangatur eidem:vt C. de pact. cum proponas.in glos.Accurs. Vnde veteres dolum bonum vocabant solertiam:vt ff.eod.titu. l.j.§. non fuit.Vnde dicimus. Iste est bonæ indolis, quasi bonum dolum intus habens, id est, ingenium & solertiam. Vnde & Salomon in iudicando meretrices, bonum dolũ adhibuit, id est,ingenium, de præsumpt. cap. afferre. Item dolus bonus fraudem excludit. præalleg.l. cum pater.Item dolus,fraus,& simulatio sunt nomina reatuũ, quæ nunquam permittuntur à canone, & qui peccat non peccat de legis auctoritate. xxiij. q.iiij.qui peccat. Et vtilis simulatio est de his, qui vi metúsve causa fiunt.Vnde, nihil refert, armis contingat palma, dolóve.Nam dolus est virtus quam quis in hoste requirit. Et quomodo ex dolo detur actio doli, quæ dicitur subsidiaria, cùm nullum aliud remedium super est,de hoc vide Goffre.Et nota differentiam inter istaquinque nomina,dolus,lata culpa, leuis culpa,leuissima culpa, & casus fortuitus. Nam dolus est insidiosa vel studiosa machinatio ad aliquem decipiendum:vt suprà dictum est de dolo malo: verbi gratia: Deposuisti penes me librum,& ego dolosè ad finem quòd Titium (quem scio furem esse,& qui vult furari librum tuũ) in domum meam intrare faciam, dimitto ostium apertum vt intret & furetur, ego teneor depositi subtracti, quia commisi dolum. Sed lata culpa est non intelligere quod omnes intelligunt, vel nescire quod omnes sciunt, vel quod maior pars scit. Leuis culpa est desidia vel negligentia. Sed leuissima culpa est, quæ aliquo modo potuit præuideri. Casus fortuitus est inopinatus rei euentus, qui à nullo quãtumuis diligenti



diligenti potuit præcaueri, vt inundatio,naufragium, ruina, incendium,tempestas, incursus latronum, de quibus Inst. quibus modis contra.oblig. §. item is cui.& ibi melius quàm aliqua alia lex,& C.de pigno. actio.l.quæ fortuitis.Item dolus est fraus,& non è conuerso. ff. de pactis. l. iurisgentium.§. dolo.Sed contra. ff.de reg.iur. l.fraudis.vbi dicitur quòd fraus non fit sine dolo.Solut. Fraus fit dupliciter:Vno modo de re cum consilio,& sic fraus nunquam fit sine dolo. Alio modo de re sine consilio,vt quando aliquis decipit aliquem reipsa ignoranter,& sic fit sine dolo.

Doli capax est proximus pubertati, scilicet quando mas habet duodecim annos & dimidium,tunc enim potest delinquere, præterquam in adulterio:secundùm Accursium.Fœmina verò quando habet vndecim annos & dimidium: vt nota.ff.de regu.iur.l.pupillum. Augustinus verò dicit in Epistola ad Romanum,quòd puer dicitur doli capax cùm est septem annorum:quia tunc mẽtiri & verũ loqui potest.de hoc no.in c.omnis vtriusque sexus. de pœnitent.& remiss.

Domesticus quis dicatur: vide Bartolum in l.j.in princi. ff. ad Syll.& in l.ij.C. de testib.in l. præsenti. §. sanè. C. de his qui ad eccles.confu.& bo. gloss.iij. q.v.in summa.Feli.in cap. cùm oporteat.vers.nec obstat quod habetur de accusat.

Domicilium alicuius est ibi vbi maiorem partem fortunarum suarum constituit, vel magnã partem bonorum suorum, vel si ibi habet larem,id est familiam.vt C.de incol.l.ciues. libr. x.vel tametsi nihil ibi habet, assiduè tamen conuersatur: sola tamen domus non constituit domicilium,sed magis ibi erit vbi summam rerum suarũ constituit: vnde rursus discessurus non sit,vnde cùm profectus fuerit, peregrinari videtur,& ad quem locum cùm redierit,peregrinari desinit, de hoc Innoc.de foro compet.ex parte.Abbas tamen non potest habere domicilium nisi in suo monasterio,licet alij seculares clerici sicut & laici bene possint plura habere domicilia, si diuersis locis se ita instruxerint vt non minus in vno quàm in alio se collocasse videantur. Potest etiam quis esse sine domicilio:secundùm Gof.de for. competent.Et quanuis Goffr. scripsit quòd clericus ibi habeat domicilium vbi larem cõstituit,& non semper vbi ecclesiam habet. Archid. tamen not.quòd locus vbi clerici seu loca in quibus clerici tenentur ad residentiam,semper debent pro domiciliis reputari, licet etiam aliqui contradicant,&

sic etiam not.Innoc.Hostiens. de priuil.c.ex ore. Vide de hoc Archid. de rescript.statutum. libr.vj.in glos. super verbo actor & reus.

Domini appellatione qui continentur,docet in l.j.ff. ad Syll.

Domini minores magistratus sic dicti, quia domini recti: quia suffragio duorum eligebatur: vnus constituebatur à plebe, alter à maioribus,vt C.de iudi.

Domini recti erant quidam officiales defensores ciuitatum vel municipiorum.

Dominium directum secundum Azonem in Sum.de iure emphyt.circa fi.dicitur habere ille qui possidet ciuiliter tanquam dominus, & illud dicitur dominium directum,quia solus dominus directus habet ciuilem possessionem: vt not. in l.iij.§.ex contrario.ff.de acquiren.possess.Vel ideò dicitur habere dominium directum: quia sine omni alia obligatione,libera potestatem habet rei, qualiter non est in illo qui habet dominiũ vtile vel mixtũ.

Dominium merum fortè idem est quod directum,licet de illo dominio & sequenti rarò legatur, dicitur tamen quòd illa duo dominia merum & mixtum,sunt potius duę differentiæ,quæ diuidunt hoc genus imperium, vt sic omne imperium aut sit merum, aut mixtum, vt in l.imperium.ff.de iurisdictione omnium iudic.

Dominium mixtũ est illud quod partim conuenit cum directo dominio, & partim cum vtili.

Dominium vtile secundum Azo. dicitur habere ille qui solùm naturaliter possidet,& non ciuiliter: vt emphyteuta,vsufructuarius,& feudatarius, quod Ioan.non placet, vt l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.possess. Sed quidam vt Azo refert in sum.C.de iure emphyt.dicunt emphyteutam habere quandã ciuilem possessi.& vtilem rei vendicationem.ff.si ag.vec.l.j. Et differt dominium à possessione, vt l.si quis vi. ff. de acquir.possess.in §.differentia.& ibi not. Bartol. quid sit dominium & quotuplex.Et quãuis communiter dominium tradatur rei traditione, datur tamẽ casus quo dominium traditur sine rei traditione, saltem noua,quãdo videlicet quis prius habet rem aliquo titulo, scilicet pignori obligatam, ex locato, vel conducto, & creditor dicit debitori:placet quòd habeas pignus in solutum,& alter respondeat,placet:vt no. in l.cùm dominam.C.de pign.

Domus sumitur quandoque pro agnatione.l.cùm vnus.in princip.ff.de ali.& cibaria lega. & ad Syllan.l.j.in princip. Item pro omnib. cohabitãtib. in domo. C.ne li.po.patr.li.præ.l.j.in fin. Accipitur etiam pro omnibus gerentib. eadem signa vel arma. Etiam communiter domus est quæ constat ex parietibus,tecto & fundamento,pro tegens nos & chaumatibus & imbribus. Si omnes de domo nobilium dicuntur, an bastardus comprehendatur? Et respondetur quòd capiendo pro agnatione, tunc non comprehenditur.Si pro descendentib. ex eodem sanguine,tunc comprehenditur.vt l.pronuntiatio. in fin.ff.de verb.signific. Si capiatur pro habitatione, tunc attenditur an sit habitans, vel ne. Similiter accipiendo pro portantibus idem signum, est videndum an portet,vel ne.Et dicit Bartol. quòd secundùm communem modum Lombardiæ dicendo omnes de domo, intelliguntur omnes de eodẽ sanguine descendẽtes, sed quãdo simpliciter fit mentio de domo, tunc capitur pro loco. de hoc vide Bartol.l.tutelas. ff. de capitis deminut. Nam appellatione domus secundùm Bartol.non comprehenditur porticus,nisi fiat extensio vocabuli, & sic statuta de domo non comprehendunt porticũ. Alij contra in l. cætera. ff. de legat.j.in §.sed & si quis ad opus.Stante ergo statuto quòd puniatur repertus sine lumine in nocte extra domum, secundùm illos non punietur repertus sub porticu domus suæ.



Domum reuocare est dicere te non debere litem pati eo loco quo conueniris,sed ibi vbi domum habes.Vnde legatus qui mittitur Romam, vel vocatus à principe pro necessitate vel vtilitate reipublicæ non tenetur ibi tunc respondere,sed habet ius reuocandi domum.De hoc vide quod legitur & nota. de for.compet. ca.vltim. & de dilation.exposuit.& ff.de iud.l. ij.§.legatis.

Donaria inquit Valla contra Seruium,non sunt loca in templo vbi dona reponuntur, sed potius ipsa quæ offeruntur dona. Virgil.3.Georg.Imparibus ductos alta ad donaria currus. Luc.in 9.Neque eois splendent donaria gemis.Paul.li. xlix. de re milit.l. qui excubias. donarium pro donatiuo posuit. Itẽ C.de sacrosanc. eccles. l.sancimus,pro dono posuit Iustin. dicens:vasa vel vestem cæteráq; donaria. Ant.Nebr.

Donaria pro donis.l.sancimus.C. de sacrosan.eccles.iuncto §.sacræ.Instit.de rer. diuis. interdũ pro donatiuo.l. qui excubias. de re milit.

Donatio secundùm Azo.in Sum. C.de dona.& secundum Host. in Sum.eo.titu.§.j.est rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio:vt ff. eo. tit.de don.l.donari.Nam illicita donatio non tenet. Et dicitur donatio, quasi doni datio;

vt ff. de dona. cau. mor. l. senatus. §. donatio. Donationis autē diuersæ sunt species, prout no. Azo & Hostiens. ibidem, quia alia est inter viuos, alia est causa mortis, & hæc sunt duo genera donationum: vt Instit. eo. tit. in princ. Item donationum inter viuos, alia est ob causam interpositam, alia simpliciter. Et illarum simplicium alia est simplex, pura & perfecta, alia imperfecta seu conditionalis. Et sub hac specie donationis ob causam, fortè cadunt donationes inter virum & vxorem: imò quandoq; sunt simplices & tunc regulatiter sunt prohibitæ propter causas, quæ not. C. de dona. ante nupt. l. fin. ante medium ibi, simplices. Interdum enim donationes illę fiūt ob causam honestam & licitā, & sunt permissæ, vt in casibus qui sunt ff. de donat. inter virū & vxorem. l. si sponsus. §. concessa. vsque ad §. si maritus. & quæ in illo §. etiam consueuērunt notari per Docto. scilicet casus plures, inter quos sunt aliqui, in quibus etiam simplex donatio valet, ideò dictum est suprà regulariter. Et sponsalitia donatio semper in dubio ob causam futuri matrimonij præsumitur facta: vt not. in l. cùm vetetum. C. de donat. ante nuptias. Donationū etiam causa mortis tres sunt species, non tantùm secundùm ordinem regularem, sed etiam secundùm ordinem alphabeti, vt in tit. de donat. propter nup. A quo iure verò descendat, vide Instit. de donat. in gloss. de donat. §. j.

Donatio ante nuptias vel propter nuptias secundùm Az. in Sum. C. eodē titu. est illa quam facit sponsus, vel aliquis nomine eius, sponsæ vel alteri nomine sponsæ, & hæc donatio est ob causam. Fortè tamen sic dicitur. l. fi. C. eod. titu. vbi hoc expresse habetur, quòd non sit donatio simplex, quia sicut sine matrimonio dos est nulla, ita hæc donatio sine matrimonio nulla est. Hinc est quòd illa donatio vocatur antipherna, quasi contraria donatio. Et dicitur ab anti, quod est cōtra, & pherni, id est dos: vt præalleg. l. fin. C. eod. titul. Maritus enim ab vxore accipit dotem, id est donationem ob matrimonium, sic econtrario ipse donat vxori propter nuptias, & ideo licet olim diceretur donatio ante nuptias, tamen quia hodie cōceditur fieri post nuptias, ideò hodie vocatur donatio propter nuptias. vt instit. de donat. §. est & aliud genus. & d. l. finali.

Donatio causa mortis secundùm Az. in Sum. eo. tit. est cùm quis vult magis se habere quàm eū cui donat, subaudi tradendo, vel se obligando, ne hæc definitio legatum contineat per verba ibi posita. Dicitur enim tradendo vel se obligando, vt non referantur ad testatorem. Differt autem hæc donatio, scilicet causa mortis, à legato, iuxta ea quæ no. inst. de dona. §. j. Host. autem eo. tit. in sum. §. j. eam sic definit. Donatio causa mortis est timore mortis imminentis vel futuræ alicuius rei prouidè & liberaliter facta collatio. Et huius tres sunt species secundùm Hostien. ti. de donat. in Sum. quas ponit sub §. quot eius. sub verb. donationum. Nam donationum causa mortis prima species est, cum quis donat metu mortalitatis futuræ, & non instantis. Secunda est cùm quis donat metu mortalitatis instantis, desperās omnino de conualescentia, & hæc donatio comparatur ei quæ est inter viuos. Tertia est quando magis vult se habere quàm eum cui donat, & magis donatarium quàm suum heredem. Prædictæ species possunt colligi ex l. senatus. §. mortis. iuncta l. j. ff. eodem titul. & sunt expressæ in l. ij. eo. tit.



Donatio inter virum & vxorem secundùm Azo. in sum. C. eod. titu. est quæ fit constante matrimonio, quæ secundùm leges est prohibita, ideò ne mutuo amore inuicem spoliarentur donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate abutentes, nec esset eis studium liberos potius educandi, & illa est ratio secūdum Azonem, quia sæpè futurum esset vt matrimonia separarentur, & matrimonia venialia essent. Omnia prædicta habentur eod. tit. l. j. & ij. Aliter tamē accipitur. de hoc vide Hostiensem in Summa.

Donatio inter viuos secundùm Azon. in Sum. est quando rem quam dono, malo habere illā cui dono quàm me. Hæc definitio colligi potest ex l. j. principio. ff. de donation. Et hæc quinque causis potest reuocari. glo. instit. de don. §. sciendum.

Donatio inter parentes & liberos secundum Azo. in Sum. C. de dona. inter virum & vxorē. omnia illa quæ dicuntur de donationib. inter virum & vxorem, intelligūtur etiā de donatione inter parentes & liberos. Hæc enim (vt not. C. eo. tit. l. donationes) iuris impossibilitate prohibitæ sunt, cum vna & eadem persona iuris artificio æstimentur pater & filius, genitor & genitus, vt C. de impub. & aliis substitut. l. finali. ad finem. Si enim alter alteri donat, sibiipsi donare videtur, & ideò nulla est donatio nisi in casibus: puta in dote, & donatione propter nuptias: vt ff. familiæ erciscun. Pomponius Philadelphus ff. de collat. bo. per totum, quæ æquis passibus ambulāt: vt l. finali. C. de dona.

tionibus ante nuptias. Item cũ donat mobilia filio familias eunti in castra, vt C. familiæ erciscundæ. l. iiij. Item valet remissio vsufructus in rebus aduentitiis: vt C. de bonis quæ liber. l. cùm oportet. §. sin autem res. Et de omnibus prædictis casibus, scilicet in quibus tenet hæc donatio. est. gloss. not. C. de inofficio. donatio. l. j. in verbo ex duabus. Item donatio facta est in alimentum. Alias non tenet donatio, sed tamen si facta est in filium tanquam in extraneum, vel collata in eum supremo iudicio, confirmatur eodem modo & cum eadẽ determinatione qua confirmatur donatio facta inter coniuges: vt l. donationes. præalleg. C. de donationibus inter virum & vxorem.

Donatio mera est eadem cum simplici, scilicet quando inter vivos donatio fit, quæ etiam dicitur pura liberalitate fieri, non ob causam secuta. Si verò fit ex causa præcedente, tunc dicitur remuneratio potius quàm donatio. vt C. de bo. quæ liber. l. cùm oportet. §. cum autem.

Donatio facta ob causam interpositam secundũ Host. in Sum. eo. titul. §. quot eius species. est quædam donatio inter vivos, quæ fit ob causam interpositã, & denotat vt aliquid fiat vel non fiat, vel propter quid sit donatio secuta. iuxta ea quæ habentur l. j. §. j. ff. de donatio. vt etiam suprà dictum est.

Donatio perfecta & pura est species donationis simplicis, & est quando statim pura liberalitate transfertur dominium rei datæ. de ista C. de donat. & ff. eod. tit. generaliter per totum. & maximè ff. eod. tit. l. j.

Donatio autem imperfecta siue conditionalis vel sub modo, est etiam species donationis simplicis secundum Host. ibidem. Et est quando statim nõ transfertur dominium rei datæ, & nõ nisi sub conditione, vel modo, vel in diem, vt dono tibi si Rex intrauerit Italiam, vel dono ita quòd tuum sit hinc ad annum, vel aliud huiusmodi. De ista materia require C. de donat quæ fit sub modo & con.

Donatio simplex est quæ causam non habet, & cum donans nullo casu vult ad se redire quod dedit vel daturum se promisit, vt ff. de dona. l. j.

Donatio sub modo comprehenditur, suprà sub donatione perfecta vel imperfecta.

Donatio sponsalitia secundũ Azo. in Sum. C. de donat. ante nupt. §. sponsalia. dicitur illa, quæ à sponso sponsæ fit, vel è conuerso, licet rarò accidit. C. titu. præalleg. l. si à sponso. §. quòd si sponsa interueniente. Hæc donatio fit intuitu mulierum, & ideò nõ potest dici verè propter nuptias donatio, sed simpliciter



pliciter. Conditio autem inest, si steterit per dantẽ, vt C. de do. ante nup. l. cũ veterum sententiam.

Donatiuum largitio est Imperatoris in milites. l. qui excubias. de re milit. Bud. ibi.

Donum eo differt à munere, quo genus à specie: nam munus est cum causa, puta natalis vel nuptiarum. l. inter donum. de verbor. significat.

Dõnec, vt not. Ioan. Calin commento Decreta. post cessionẽ. de probatio. significat diuersimodè, prout quoduis medium probabile significare declarat, verbi grátia: Lego filiæ decem donec nubat, significat legatũ esse annuum. l. legatum. ff. de annuis legatis. Ratio, quia hæc dictio significat limitationem. Et ex hoc sequitur quòd testator voluit facere multiplicationem, cuius fit limitatio ad tempus nubendi, vt ex tunc nõ debeatur. Item ibi lego filiæ fundum Cornelianum, donec nubat, vel donec Capitolium ascendat, non significat legatum annuum, quia subiecta materia non patitur, quæ non est multiplicabilis, sed tantùm significat extinctionem aduenìente tempore nuptiarum vel ascensionis capitolij. Item ibi, donec inuentarium scribitur, non licet creditoribus & legatariis heredem conuenire. l. finali. §. donec. C. de iure de libe. quia subiecta materia hoc declarat. Nam inuentarium debet incipi & finiri intra certum tempus, vt in eadem l. dicitur. Item ibi, creditor facit debitori pactum de non petendo, donec Titius fiat consul, significat limitationem exceptionis per euentum, & sic eriam conditionem, vt si Titius fiat consul, finiatur exceptio pacti, si non, sed moriatur antequàm fiat consul, fiat perpetua exceptio. l. sufficit. ff. de condit. & demon. Nam ex euentu incerto futuro significatur conditio. l. itaque. ff. si cert. pet. Item ibi locus est. condictioni furtiuæ, donec dominiũ à domino recedat, significat limitationem, & quòd ipso iure dominio ab eo recedente non est locus condictioni. l. fine. §. tandiu. ff. de condict. furtiua. Item promitto decem singulis annis donec Titius consul fiat, Titio existente consule, adhuc obligatus sum ipso iure, sed petentem repellam. l. cum quibus ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig. Ratio, quia non est in potestate disponentium obligationem limitare tempore, vt ipso iure finiatur tempore. Itẽ lego fundum donec Titius fiat consul, ipso existente consule finitur legatum, dominium ipso iure ad heredem reuertitur. lege finali. C. de legat. quia in potestate testatoris est facere legatum certo tempore finiri.

ipso iure, vt ibidem. Item ibi, Dono tibi prædium, donec Titius fiat consul, Titio existente consule non finitur donatio ipso iure, nec reuertitur dominium ad donantem. argu. l. ea lege. C. de cond. ob causam. Ratio quia non est in potestate contrahentium facere contractum finiri tempore, vel dominium transferri. Et sic de consimilibus.

Dos secundum Azon. in Sum. C. de iure dotium, est quod datur à muliere marito, vt l. si rem æstimatam. ff. de iure dot. vel ab eius patre, vel extraneo, vt in §. accedit. l. vnica. de rei vx. act. C. cum infinitis aliis in quibus dos semper marito datur, vel eius patri, vt l. fundus. ff. familiæ erciscun. & l. si maritus. & l. si filia. §. hoc amplius. eod. titu. & hoc propter onera matrimonij, vt l. pro oneribus. C. de iure dot. vt perpetuò sit pênes eum, vt l. j. ff. de iure dot. & durat quandiu durat matrimonium, nisi maritus vergat ad inopiã, hoc ideo dicitur, quia dos soluto matrimonio debet redire ad vxorem vel eius heredes, sicut donatio propter nuptias ad maritum vel eius heredes. C. de pactis conuent. super do. l. penult. & in authen. de æquali. dot. & propter nupt. do. vbi dicitur quod bonum est argu. de dote ad donat. propter nuptias. Fallit hoc in casibus in glos. vnica, circa medium, in c. peruenit. de emptio. & vendit. Diuiditur autem secundũ Az. vbi suprà, dos in profectitiam & in aduentitiam.

Dos aduentitia secundum Azon. est quæ non proficiscitur à patente, vt si extraneus dederit patri vt daret in dotem. l. profectitia. §. si quis certam. ff. de iure dot. Vel si pater non tanquam pater, sed vt extraneus dedit, puta quia debebat filiæ & eius voluntate dedit in dotem viro, vt d. l. profectitia. §. fin. versic. cæterum.

Dos profectitia est quæ à patre & tãquam à patre, vel ab auo, vel proauo paterno profecta est, scilicet, de bonis eius, vel facto eius, pro filia vel nepte eius, vel quam alius de mandato eorum constituit, vel præses, aut curator dedit de bonis alicuius eorum, si erat parens prodigus vel furiosus. Nec refert an filia vel neptis sit in potestate constituta vel emancipata. Non enim ius potestatis, sed nomen parentis facit profectitiam. A parente ergo videtur data, si ipse dedit, vel iussit alium dare, vel præses, vel curator eius dedit, vt dictum est. Idem est si negotiorum gestor eius dederit, & ipse ratum habuerit, quę omnia habentur in d. l. profectitia. in princ. iuncto §. j. & finali.

Dotem legare, & pro dote legare,



re, idem sunt, l. tertia, §. primo. de dot. præleg.

Dotalis fundus quid sit, docet Accurs. in rub. de fun. dot.

Dotalitium. i. donatio propter nuptias vel res paraphernales, id est, vltra dotem datæ. docto. in c. ex parte. de for. comp. & in c. nuper. de dona. inter vir. & vx.

## De Dante R.

Dromones dicuntur qui præerant nauibus ad seruandum traiectum maris, in hoc reipublicæ militantes, & maris transitum tenentes, vel tuentes. C. de offic. præfec. præto. aphr. l. secunda, vnde etiam adhuc eorundem naues nomine vulgari dromones appellantur.

## De Dante V.

Dubium esse non dicitur illud de quo est regula, licet sint aliqui casus speciales, nisi de casibus specialibus mentio fiat. Bartol. in l. quoties. ff. si quis cautio.

Dubius in fide est infidelis, de hæretic. cap. primo.

Ducennarij dicuntur duces vel magistri ducẽtorum militum: quorum dignitatem dicimus substantiuo genere ducẽnam.

Duces factionum, id est, malorum operum. ff. de appellatio. l. constitutiones.

Dudum. i. ante, in auth. vt libe. de cæte. §. quapropter. & hæc dictio aliquando non respicit multum retro, in auth. de hered. & falci. §. si verò aut. & §. si verò nullus. & §. si verò nulla. Quandoque dudum, id est, cum. in authenti. de non elig. secun. nub. §. Gregoria.

Duellum dicitur singularis pugna, quæ fit propter probationem alicuius, ita vt qui vicerit probasse credatur, & victus in probatione defecisse, & dicitur quasi duorum bellum, factum ad probationem veritatis, ac si per testes quis intentionem suam fundasset, vt capitu. ij. de purgat. vulga. Quomodo autẽ sit licitum vel non, not. gloss. in l. qua actione. §. si quis. ff. ad legem Aquil.

Dum, idem quod donec & quandiu. l. boues. de verb. sign.

Dummodo, vide gloss. in cap. non potest. de præben. lib. vj.

Duncaxat, de hoc vide Archi. de reseri. statutum. §. in nullo. libr. sexto. & de iureiur. cap. j. eod. libro. & Bartol. in l. cùm ita. de condi. & demonstr.

Duo rei stipulandi, & promittendi quomodo constituantur, traditur per Imp. Institut. titu. de duobus reis.

Duplicatio est allegatio quæ datur reo ad infirmandum replicationem actoris. vt Institu. de repl. §. rursus. & not. in Specul. de excep. §. nunc de replicatione. Vel secundum alios, est elisio vel annihilatio replicationis, & habet fieri à reo contra

replicationem actoris.

Duplæ stipulatio committitur, cùm res restituta est petenti, vel est damnatus emptor in litis æstimatione, vel est possessor conuentus ab emptore absolutus. l.euicta.de euict.

Duplois vel dyplois est dupla vestis.

Duploma, vt habetur ff. de verbor.obliga.l.continuus.§. cùm ita, est inter duplicatum, vel celeritas, secundum glos. ibidem: nam text. ibi exponit.

Dupondius nummus erat bilibris duos asses valens: hinc dupondij iuuenes in procœmio.ff.studiis tantùm initiati, quos vulgò pupillos dicimus. Sunt enim adhuc modici valoris. Dupondius quoque dicitur hereditas in vigintiquatuor vncias diuisa, quasi duo pondo, id est, asses. §. si plures. Institut. de hered.institut.

Duracinæ vuæ dicuntur, & duracina persica. De vuis duracinis, lemma est apud Martialem in disti. de persicis duracinis. Plin.libr. 15. Duracinis, inquit, hæret corpus. Iurisconsul. de verb. signif. l. qui fundum. Qui fundum, inquit, vendidit, pomúmque excepit, ficus, nuces & vuas duracinas, duntaxat & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, & quas non vini causa haberemus, quas Græci Troximous appellant. Lege in verb. Troximos. Ant. Nebr.

Duracinæ vuæ, sunt vuæ duriores, quæ esus duntaxat causa, non etiam vini habentur. l. qui pomum. de verb. sign.

Duumuiri. i. magistratus municipij qui curiæ præsunt: C. de decur. l. duumuirûm. lib. x.

## De litera E.

E, Præpositio aliquando excludit. extra de renunc. ca. j. ibi, emeritum, id est indignum: aliquando includit, vt in Lucano: Quæ rura dabuntur emeritis. i. bene meritis.

Eadem sunt, quorum substantia est eadem. Bald. in l. neque leges. ff. de legi.

Eatenus quot modis capiatur: vide Bar. in l. j. in princip. ff. de noui oper. nunc.

Ebrietas refertur ad superfluitatem potus, & est immoderatus vsus vini, & duo sunt effectus ebrietatis. Nam inducitur mentis exilium, & prouocatio libidinis, & ideò olim patres abstinebant ab esu carnium & vini. capitulo, ab exordio. & capitulo ante omnia. & xxxv. distinctione.

## De E ante C.

Ecce, not. Paul. in commento. c. tertio loco. de probat.

Ecclesia secundùm Archi. de ele. fundamenta. lib. vj. in princip. multis modis dicitur. Quandoque dicitur collectio sanctorum. vt xxvij. quæstione j. nuptiarum. xxxij. q. iiij. recurrat in fin. Secundò est catholicorum vel fidelium collectio. de consecr. distinct. j. ecclesia. & sic sumitur iij. q. iiij. engeltrudam. Et not. quòd sicut ex decreta Iulij Papæ: cap. ij. sumitur ecclesia est nomen græcum & dicitur in latino conuocatio, propter hoc quòd omnes ad se vocat. Et de expositione huius nominis ecclesia, vide capit. querelam. ne præla. vi. sub. an. cen. conce. in gloss. vbi not. Nam synagoga est congregatio quæ proprie est Iudæorum. Sed conuocari propriè est vtentium ratione. Congregari autem solent pecora, vt dicit Hugo. Et dicitur catholica, id est, vniuersalis, quia per vniuersum mundum est constituta, ita exponit gloss. C. de sum. trinit. & fide catho. super rub. Vel vniuersalis dicitur, i. generalis in eadem doctrina ad institutionem vel administrationem, vt in præalle. c. Iulij papæ. Tertiò est collectio malignantiũ. psal. Odiui ecclesiam malignantiũ. Quartò est murorũ ambitus. Et vide glos. in verb. ma cem. in cle. j. §. nos igitur. de sen. excom. ibi concordantię. Et quandoque sumitur pro materiali ecclesia & ecclesiæ parietibus. Quintò est corpus Christi. Sextò prælaturæ ecclesiæ. Septimò obuentiones ecclesiasticæ prouenientes ratione ecclesiæ, Octauò, episcopalis ecclesia. Et hanc desponsat episcopus quando consecratur. Nonò viri ecclesiastici. lxiij. dist. c. j. Decimò canonici matricis ecclesiæ. xiij. q. j. §. vl. Vndecimò maior pars capituli. lvj. dis. apostolica. Duodecimò significat episcopum tantùm. vij. q. j. scite. Decimotertiò est quælibet ecclesia prouinciæ cathedralis, non romana. Nam appellatione ecclesiæ matricis intelligitur ecclesia cathedralis sed nõ romana: vt in c. cũ super. de vsu pallij. vide gl. in c. cũ clerici. de verb. signi. & x. q. j. c. j. Antiquo ecclesiæ cathedralis nomine etiam intelligitur episcopus & capitulum illius ecclesiæ, & non alij clerici. Item ecclesia sumitur pro iure patronatus, vt dicetur in verb. ius patronatus. Et ecclesiarum bona sunt Dei, licet omnia sint eius, hæc tamẽ specialius. Et earũ res & personæ diuino & humano iure ab exactionibus secularium personarum sunt immunes. ca. quanquam. de cen. lib. vj. & ecclesia non debet ditari cũ alienatione iactura. liiij. distin. generalis. de pœ. suam. ff. de cond. indebi. l. nam hoc natura.

Ecclesia collegiata quæ dicat, & quo modo cognoscat, vide latè p. Abb. in c. nobis. vers. in glo. in ver. in cõuictuali. de iur. patr. & p. Arch. in c. monasteriũ. xvj. q. vij. vide etiã aliquid p. Card. in cle

in cleaj.de æta. & quali.in iiij. quæst.& per Feli.in c.accedentes.in ij.col.versicu.dicit etiam Oldra.de præscrip.

Ecclesiarum appellatione in materia odiosa & pœnali non venit hospitale, nisi sit religiosorum.Domin.de sancto Gemin. in c. cupientes. §.j. de ele.in vj. in iij.col.Felin.in cap. de quarta.in vj.col.ver. & quòd omne hospitale.de præscrip.

Eculeus est genus tormenti ad modum crucis dispositum. C. de malefic. & mathe. l. & si excepta.in fi.de hoc xxiij. q.j.cap. j.per Archidiaconum.

## De E ante D.

Edere,id est extra dare , quapropter & partus edi dicitur, cùm nascitur.l. Arethusa. de sta. homi.& rationes eduntur,cum exhibentur & copia describendi fit.l.si qs.§.edere.ff.de eden.

Edere actionem secundum Azo. in Sum.C.de eden. est exprimere vel designare ius, quo quis petit aliquid ab aliquo in iudicio.Fit autem editio actionum vel per libellum iudici oblatũ, scilicet,vt per eum reo detur, & ipse deliberet , vel in alio quem ipse descripsit,vel sine libello dictante auctore, vel sapiente suo,quid tunc est dicturus, aut quo iure est vsurus. ff.eod.tit.l.j.§.edere.

Edes secundum Azonẽ dicuntur ædificia vrbana, sicut villæ rusticana. ita exponitur ff.de ver. significa.l. fundi:aliquando tamen accipiũtur pro omni ædificio.l.j.§. deinde.de cloac.

Editio instrumentorum secundum Host.in summ.de fide instrum. §.an instrumentum edi possit:& qualiter fiat, potest dici captatio, vel communicatio facta coram iudice, vel eo præsente,siue aduersarius sit præsens,siue non saltem cum consule, vt l.j. §. editiones. ff. de eden.vbi de editione instrumẽtorum.in gl.ibidem.Nam edere est ostendere, & copiam describendi facere,vt notat in capitu.j.de probatio.

Edictum quãdoque idẽ est quod mandatum principis, secundũ illud Luc.2.Exiit edictum à Cęsare Augusto. Quandoque idẽ est quod generale statutum principis:vnde.

Edicunt Reges , indicit festa sacerdos.

Et differt à rescripto, vt ostendit Bart. in l. postquam. §. Imperator, vt leg. vel fid. no. cau. Item differt à constitutione, quia constitutio potest esse generalis vel specialis, vt l. j. ff. de consti.princ.& sic accipitur C.de edicto diui Adria. tol.& similibus. Quandoque idem est quod statutum vel mandatum prætoris, sicut omnia prætoria edicta, vt edictum de albo scribẽdo,& de in ius vocando,& de huiusmodi , de quibus vide Spec. de act.seu peti. proponendis. §.postremo. versic.nunc dicamus de edictis.Et quędam alia edictorum est diuisio : quia quædam sunt prohibitoria, vt edictum de testibus & matrimonio , quædam permissoria, vt de iureiur.

Adde quòd edictorum aliud monitorium , aliud conuentionale,aliud citatorium, aliud peremptorium , de quibus per gl. in l.ad peremptorium.de iud.

Edictum prohibitorium est illud in quo regulariter omnis admittitur qui non prohibetur, vt in procuratoribus & in testibus.ff.de testi.l.j. de translatio. episco.cap.inter corporalia.

Edictum permissorium secundũ Ioan.Cal.de supplen.negli.prælat. cap. Romana. libro vj. est illud quod regulariter est prohibitorium: & tamen in certis casibus permittitur , vt in cap. Romana.præalleg.

Edictum carbonianum : require suprà carbonianum.

Edictum diui Adriani secundum Azo. in Sum.C. de edic. diui Adria.tol. continebat ꝙ si scriptus heres postularet se mitti in possessionem: non aliter fieret missio nisi vicesima pars daretur reipublicæ. Et quia multæ erant interpretationes & distinctiones circa hoc edictum factæ, ideò hodie sublato hoc edicto,fit missio in possessionem rerum hereditariarum , iuxta dispositionẽ quam ibi disponit seu ponit Azo ,& ideò ponitur vnica rub.de edi. diui Adriani toll.in vj.lib.C.



Edictum ædilitium dicitur idem quod actio ędilitia.Nam actio ædilitia ab edicto ædilitio descendit , vt l.cum autem,§. hæ actiones, iuncto §.ædilitia. l. si tamen.ff.de ædi.edic.de hoc require suprà, Actio ædilitia.

Edictum prætorii est quod prætor edicit iubẽdo , mandando, vel constituẽdo , vt facit in edicto de dam. infe.vt ff. de dam. infe.l. prætor ait.& ff.nau.caupo. stabu. l.j. & nequid in flu.pub. l.j.& in aliis pluribus.Forte pro eodẽ sumitur hic mandare & iubere , vt no. ff.quod iussu.l.j. in gl. superverbo quẽadmodũ.

Edictũ successorium secundum Azo.in sum.C. eod tit.est quo prouidetur creditoribus.Et dicit ibi glo.quòd est quod prioribus non petentibus, sequentibus petentibus permittitur. Fit enim quandoq; successio de gradu in gradum ,& de capite in caput.C.de succes. edi. l.j.nam illud edictum propter creditores inductũ est. ff. eod. l.j.vbi illa scripta quasi de verbo ad verbum posita sunt , & hoc ideo ne creditoribus longior mora fieret, dum bona hereditaria vacua sine dominio diutius iacerent. Bene igitur putauit prætor præstituere tempus his quibus bonorũ

poss

possessiones detulit, & dare successionem inter eos, vt citius possent creditores scire vtrum habeant cum quibus contendiantur, an bona vacantia fisco delata sint an potius ad bonorum possessionem procedãt, quasi sine successore defuncti.

Edictum perpetuum quid esset: vide Budæ. in l.ij.ff.de statu. homin. & Alciatus libro ij. Disunct.c.xxvij.

Edictum translatiuum, hoc est nõ nouum. Sed ab anteriorib⁹ prætoribus factum, & quasi ex eotum albis translatum.

Edictum circunducere est illud delere. l. & post. de iudi. ff.

Edictales bonorum possessiones, lege suprà in versi. bonorum possess. extraordinariæ.

Aedicula, est sacellum, id est ædis sacræ appendix. l. sacrilegi. ad l. Iul. pecul.

Aedificium, perfeciſſe dicitur, qui ita illud cõsumauit, vt iam in vsu esse possit. l. ædificia. ff. de verborum significa.

Aedilis olim dicebatur qui nõ solum constituebatur à plebe, ad hoc vt præesset ædibus, vt ff. de origin. iur. l. ij. §. itemque vt essent, sed etiam præfuit plebis scitis qui etiam ædituus dicebatur à nomine ædes, & verbo tueor, ris: quia tuebatur ædes: vt institu. de tutel. §. tutores autem: prospiciebat enim ne in ciuitate essent domus ruinosæ vel inordinate positæ in præiudicium reipublicæ.

Aediles curules sunt constituti postquam placuit creari etiam ex plebe consules, nam vt aliquo pluris patres quàm plebs haberentur, placuit duos ex numero patrum constitui, & ita facti sunt ædiles curules. l. ij. §. deinde cum placuisset. de orig. iur. Curules autem dicti sunt à curru, quo sellæ superpositæ insidentes vehebantur: vnde sella curulis dicta. Qui etiam curabant de ædibus patrum & negotiationibus, curam habebãt vendendorum animaliũ vt sana venderentur, vt not. ff. de offic. præfec. vig. l. j. in glo. & de ædil. edic.

Aedilis cerealis dicitur à Cerere quia præfuit annonæ. i. frumento distribuendo. Idem etiam dicitur præfectus annonæ. de quibus ædilibus in præal. l. j. & l. ij. §. deinde. ff. de origin. iur. hic tamen propriè vel impropriè de edo es, & non ædibus ædilis dicitur, nec enim spectat ad eam cura ædium sed eduliorum.

Aeditui sunt qui præsidentædib⁹ & dicuntur quasi quod ædes tuentur. instit. de tutel. §. tutores.

Editus bouis pro stercore quo in quibusdam regionibus vtuntur, dictus ab edendo, id est, extra mittendo. Iuris consultus in titulo, de legat. tertio. l. ligni appellatione. In quibusdam prouinciis editu boum ad hãc rem vtuntur. Nebr.

Aeditus boum pro stercore, ab edendo, hoc est extra mittẽdo. l. ligni. de leg. iij.

Educare est ad victum necessaria præstare. ff. de ali. & cibar. lega. l. vltima.

Eduliũ, id est, comestio. ff. de offic. proconsul. & leg. l. solent. Sed melius ibi edulia pertinent. & in dicta l. edulium est casus genitiui.

## De E ante F.

Effœminati dicuntur quibus virilia exciduntur, vel sodomitæ.

Efferuescere est ebullire: vnde metaphoricè, efferuescere iracundiam in l. quis sit. ff. de ædilitio edicto.

Effeta, id est, aperire. de consecra. distinctio. quarta. capit. postea tanguntur.

Effractores dicũtur, qui siue diurni siue nocturni furandi causa solent domos effringere: vt ff. de effracto. & expil. l. prima & secunda, vel qui carceremvel aliud frangunt vt euadant.

Effractura, pro violenta disruptione. l. iij. de offic. præfec. Vig.

Effringere, est furandi causa ianuas frangere. Teren. in Adelphis: Foreseffregit, atque irruit in ædes alienas. Inde effractores dicti. Iulius Firmicus: Mercurius, inquit, in ariete octauo ab horoscopo loco effractores facit. Vnde in libris dig. titu. est de effractoribus, siue de iis qui carcerem effregerunt, siue iis qui furãdi causa ianuas domorum priuatarũ inuaserunt. N.

Effusionis verbum abundantiam significat. xvj. q. j. reuertimini. xlj. dist. sæpe. vide glos. de sent. excom. c. cum illorum. in verbo effusionem sanguinis.

Effusio & eiectio, require suprà actio de effusis.

## De E ante G & I.

Egere secundum Bartol. dicuntur qui non habent vnde se alant, vnde egestas, cuius mentio in l. bona. ff. depos.

Eiicere verbum est ad immaturum partum pertinens. l. si mulier. ad l. Aquil. vnde eiecti & eiectitij partus pro abortiuis.

Eiecta nauis dicitur quæ vndarum vi in litus delata impulsáque est. l. iij. de incend. ruin. naufrag.

## De E ante L.

Electio secundum Io. est alicuius personæ idoneę ad dignitatem vel fraternitatem siue societatem, seruata forma canonicè facta vocatio: & hoc modo electio sumitur strictè, quãuis eligere ad multa se habeat, vt etiam not. Goff. in Sum. eod. tit. §. j. in princ. Vnde ad electionẽ tria requirũtur, scilicet auctoritas, numerus, & zelus. Auctoritas consideratur in dignitatibus & meritis vitæ: zelus consistit in animo, vt sine carnali animo

animo fiat, sed secundum meritum personæ eligendæ.viij.q.j.si ergo de numero patet. Debet ergo electio fieri secundum ista tria, habito respectu meriti ad meritum, zeli ad zelum, numeri ad numerum. Si tamen ex vna parte sit dignitas, & zelus melior tam respectu eligentium quàm electi: & ex alia parte numerus maior, certè prævalebit dignitas cum zelo ipsi numero, vt extrà de electio. capitu. ecclesia vestra. Item differunt electio, collatio, & præsentatio: nam electio fit per collegium ad dignitates, & Papa cõfirmat, & quodlibet collegium debet eligere prælatum suum, nisi aliud sit de cõsuetudine vel priuilegio, vt extra de elect. & elect. pote. c.j. Collatio fit ad beneficium simplex, & pertinet de iure cõmuni ad episcopum per totam diœcesim cum consensu capituli, nisi aliud habeat consuetudo vel priuilegium, & dat plenum ius, nec indiget confirmatione. Sed præsentatio pertinet ad patronum, nec dat plenum ius præsentato, sed requiritur restitutio & inuestitura episcopi, vt per totum titulum de iure patronat.

Electio canonica quæ dicatur, vide Ioan. Andr. in c. non potest. in verbo canonicè. de præben. libr.vj. Specul. in tit.ij. §. videndum restat. versic. nunquid nocet. & debet fieri loco determinato, aliàs est nulla, nisi causa subesset, cap. venerabilem. de elect. gl. in c. in nomine domini. in verbo fieri. xxiij. distin.

Electri duo sunt genera, alterum est lachryma defluens ex arbore glessaria, in insulis Germaniæ septentrionalibus, quas Glessarias siue Electrides dicunt; quæ deinde congelascens in lapidis duritiem vertitur. Virgil. in Bucoli. Pinguia corticibus sudent electra myricæ. A latinis succinum appellatur: de quo in verbo succinum. Alterum electri genus est metallicum, idque duplex, aut cui per artẽ in auro argenti quinta pars miscetur, aut quod per naturam sic mixtum reperitur. Plin. libro 33. Vbicunque, inquit, pars quinta argenti portio est in auro, electrum vocatur. Silius libro 1. Punicorum: Electri gemino pallent de semine venæ. Iustin. in libris Institutionum, in titu. qui est de rerum diuis. Si diuersæ, inquit, materiæ sint, & ex iis diuersa species facta sit, vt ex auro & argento electrum. Item de leg. iij. l. pediculis. Vasis, inquit, electrinis legatis, nihil interest quantum ea vasa argenti atque electri habeant, sed vtrum argentum electro, an electrum argento cedat. Illud quoque de leg. j. Si quis putat electri appellatione argentum vel aurichalcum



chalcum contineri. Accursius nunc dicit esse pretiosam materiam quæ iungitur argento, nunc genus metalli, nunc genus vasis. Nebr.

Electrum genus est vasis, vel species metalli. ff. de auro & arg. lega. l. pediculis. §. Neratius. & Instit. de rer. diuis. §. si duorum.

Elæmporia, olei publicè emendi cura. l. vlt. §. patrimoniorum. de muner. & honor.

Elementa prima sunt quatuor, ex quibus omnia corpora constituuntur: quorum viribus totus mundus gubernatur, scilicet, terra frigida & siccissima, aqua humida & frigidissima, aer calidus & humidissimus, ignis siccus & calidissimus, primum melãcholicũ, & secũdũ phlegmaticum vel fleumaticum, tertium sanguineum, & quartum cholericũ, vnde factum est, vt omnia principia dicantur elementa, vt not. in glo. in proœm. inst. super ver. prima elementa.

Elenchus, lapillus est ex genere margaritarum. Plin. libro 9. de vnionibus: hoc est, grandioribus margaritis loquens: Elenchos, inquit, appellãt fastigiata longitudine. Et Iuue. de inauribus fœminarum: Auribus extensis grãdes cõmisit elẽchos. Pau. in tit. de auro & arg. leg. l. pediculis. Item cùm inaures, in quibus duę margaritę elenchi & smaragdi duo legasset, & postea elenchos detraxisset. N.

Elenchus, species margaritæ. l. pediculis. de aur. & arg. leg.

Elices sulci sunt aquarij, per quos aqua educitur à liris. l. j. de aqua plu. arcen. Haloander tamen ibi aliter legit.

Elidere pro excludere & perimere. l. si vnus. §. pactus. de pact.

Elimatum, id est purgatum. C. de vet. iur. enuc. l. ij. §. sed cùm prospeximus.

Elogium, est testificatio de aliquo, honoris vel vituperationis causa. Cic. in primo Tusculanarum. Quid ipsa monumenta, quid elogia significant. Idẽ de Senectute, In quẽ illud elogium vnicum plurimæ consentiunt gentes. Vlpian. libr. xxj. de ædil. edicto. l. ædiles aiunt. paulũ deflexit significationem, cùm dicit: Elogium huic edicto subiectũ est. De elogio in propria significatione, hoc est pro testimonio, sed in malam partem. Martianus libro xlviij. Dig. tit. de custodia & exhibit. reorum. l. Diuus Hadrianus. Qui cum eo, inquit, elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt. Et infrà in eodem titulo, in l. Celsi. cuius initium est, Non dubium. Remittat, inquit illum cum elogio ad eum qui ei prouinciæ præest, vnde is homo est. Nebris.

Elogium idem est, quod testamentum, vel dicitur etiam eulogium: vt infrà dicetur.

Elogia, id est epistolæ. ff. de cust.

reo.l.diuus.& de re milit.l.iij. in princip. Aliquando, id est generalis sermo.de ædil.edic. l.ædiles.ij.§.iumentorum.Quã doque, id est panis benedictus.j.q.j.non liceat.

Adde quòd Elogium dicitur testificatio de aliquo honoris vel vituperationis causa. Inde mittere, reum cum elogio, in d.l. diuus. & d.l.iij. id est cum informationibus,&(vt vulgus Barbarorum forensium loquitur) processu.

Eluſco,as,est aliquem altero oculo orbare:nã luscus est qui altero oculo caret,nõ (vt quidam putauerunt) qui lumine abhibito nihil videt. Vlp.libr. xiij.Dig.de conditione triticaria.l.in hac actione.Si quis, inquit,post moram seruum eluscatum dederit.Idẽ lib.ix.ad l.Aquil.Iulia.inquit,scribit Aquilia teneri eũ qui eluscauerit in disciplina discipulũ.Inde eluscatio,onis,pro eluscandi, hoc est altero oculo priuandi actione.Nam quod Vlpia.scribitin tit. de ædil. edict.l.item Offilius.Eluscationem eã quidam putant vbi homo lumine adhibito nihil videt,qui id dixerunt non sunt audiẽdi, quia nulla freti autoritate id dicũt: Quid enim luscus significet, suo in loco videbis.

Eluscare est altero oculo orbare. l.v.ad l.Aquil. vnde eluscatio: licet quidam eluscationem accipiant, vbi homo lumine adhibito nihil videt.l.item.de ædil.ed.sed Haloander ibi legit nuscitionẽ,non eluscationem.

Eluſorium id est vanum.l.si prætor.de iudic.

## De E ante M.

Emancipatio secundũ Azo. eod. tit. est relaxatio patriæ potestatis coram iudice facta,& dicitur quasi extra manum, id est potestatem patris,positio, quia quando filius extra manum patris ponitur,tunc emãcipatur,vt in titulo C.de emãcipat.liber.

Emancipatus dicitur filius vel nepos qui à iugo & potestate vel manu patris vel aui est relaxatus,& sui iuris effectus, quia emancipare est à potestate,manu,& iure patriæ potestatis dimittere vel liberare. Sed manumittere est seruum è seruitute eripere, vel emittere seu sinere,& sic emancipatio pertinet ad liberos,& manumissio ad seruos.

Emanser,miles,is dicitur qui extra castra vagatur animo reuertendi,eóque distat à desertore,quẽadmodum & erro dicitur seruus,qui eo quoq; animo errat,vt ad tempus reuertatur,sicut fugitiuus qui non habet animum reuertẽdi.Modestinus lib.xlix.Dig.de re militari.l. desertorem. Emansor, inquit,est qui diu vagatus ad castra



castra reuertitur. Nebr.

Emansor dicitur qui diu vagus fuit extra castra, tãdem rediẽs ad castra, vt ff.de re.mili.l.iij. §.emansor. Vel dicitur qui imminente lite fugit extra castra & pace reformata redit.

Embatæ seu epibatæ naues, quæ vectoribus traiiciendis aptæ sunt.l.j.§.igitur.de exer.act.vbi Bud.Nebrissensis autem legit Emphractæ, interpretatúrque nauigia tecta.

Emblemata,sunt quædam ornamenta vasorum quæ addi atq; detrahi possũt:dicta ab embalein,quod est imponere siue interserere.Plin.lib.33.Vlysses, inquit,& Diomedes erat in phialæ emblemate. Cic.quoque in Verrem,emblematum in vasis meminit Vlpia.in tit.de au.& arg.si gemma. Emblemata rectẽ legantur & separãtur & prę standa sunt.Et in eo.titu.l.& si, quę est Pomponij.Ea quę in aurata sunt non deberi,neque aurea emblemata.Itẽ Vlp. libr.x. tit.ad exhibẽdum.l.tigni.Si ansam scypho iniunxeris vel emblemata phialæ. Nebr.

Emblemata,ornamenta erant vasorum apud veteres:quæ cùm libitum erat eximi poterant.l. si gemma.de au. & arg.& l. ij. §.j.de vino lega.secundũ Bud. in l.tigni.ad exhib.

Embola felix appellatur, vel Romanorum iuuentus excrescẽs. Vnde annus bissextilis dicitur emboliſmus vel emboliſmalis quia crescit in vno die.De hoc de sacros. eccle. l.iubemus. in gloss. Sed rectius Alcia.ibi,& Bud.in l.iij.de mino.

Emendicata suffragia in l. singuli.C.de accusa.sunt quæ leuiter causam adiuuant, vt potentium commendationes,& ciuitatum in alicuius honorem decreta.A verbo emendicare, quod est mendicãtium more aliquid petere.

Emergere est aliquid subire euenire vel accidere.Et nota differentiam inter illa, quæ sit quæstio emergens& incidens; & quomodo differant,est glo. optima,in c.j.de ord. cogn.Et dicunt ibi Doct.quòd incidẽs respicit negotium principale & tangit merita eius, siue sit acquisitum ante, siue post lit.conte.Emergens verò tantum processum respicit,& tendit ad ipsum impediendum,siue etiam ante, siue post litem contesta. oriatur. Et dicitur emergens id quod extinsecus euenit,& nihil commune habet cum negotio principali. Sed incidens intrinsecus respicit negotium principale. Quãuis enim vtrunque oriatur ex circũstantiis,tamen in hoc interest,quia incidens est ex circunstantiis causæ vel negotij principalis,& emergens ex circunstantiis iudicij vel processus. Vnde, Incidens perimit,

emergens iurgia differt. Et ad saluandam glo. ptæallegatam quæ videtur deficere in differentia quam ponit, quia incidens etiam in iudicio potest oriri, scilicet opponendo pactum de non petendo, & emergens quandoque ante lit. contestat. vt si excipiatur de excõmunicatione ante litis cõtest. dicas quòd incidens dicitur habere causam vetustiorem ad negotium principale, sed emergẽs dicitur de nouo oriri quia tendit ad impugnandum, & ante processum de nouo factum esse non poterat, cùm non posset impugnare nõ ens, facit cap. ad dissoluendum: de despon. imp. & est gl. bona in l. quod iussit. ff. de re iudica. quæ dat exemplum incidẽs, vt si actor dicitur seruus, emergens, vt testem non admittendo.

Emerita stipendia, appellantur quæ peracta sunt, vt cùm iam milites missionem vt veterani impetrauerunt. Emerita verò numero enim plurali dicũtur etiam præmia veteranorum, quo sensu intelligenda est l. iij. §. sed si. de re milit. vt aliàs annotauit Budæus.

Emeriti dicũtur milites qui sunt exauctorati, hoc est militiæ sacramento soluti, quibusque iam donatium est persolutũ: dicti ab eo quod mereri, hoc est, stipendiũ facere desierint. Lucan. in primo: Quæ sedes erit emeritis? Modestin. de re militari: l. desertorem. Si expleto tempore militiæ redeat veteranus, restituatur, & emerita accipiat.

Emerita, & Emeritensis colonia, ciuitas est Lusitaniæ nominatissima, Augusta cognominata: nam (vt scribit Dion. de victis Cantabris, & Asturibus:) Eã vrbem illis qui supra ætatem essent, emeritis, Augustus habitandam concessit. Vnde vrbs appellata Emerita Augusta, ex nomine conditorum & Augusti. Pau. lib. 50. Digest. tit. de censib. An Lusitania, inquit, Pacenses & Emeritenses. N.

Emeriti dicuntur milites veteres qui iam sunt à militia soluti, vt in titulo ff. de vete. & milit. successione.

Emiola, id est sescupla, compositum ab hemi, id est dimidiũ, & holon, totum, quasi continens totum & dimidium, & est vsura quæ continet totum & alteram eius partem, vt si de quatuor solidis accipiantur in fine anni sex.

Emiseni, populi in Emisena regione Apamenacœles Syriæ, vbi & Emysia ciuitas est, de quibus & in eodem titulo de censibus, Paulus inquit: Imperator noster Antonius ciuitatem Emisenorum coloniam iuris Italici fecit:

Emiseni populi in Emisena regione Syriæ: l. fin. de censib.



Emissa manus, pro cautione manu facta. l. quidam. de probationibus.

Emissarius dicitur qui faciliter salit super aquas vel per aquas & fossata.

Emologari, aliàs homologari est cõfirmari, vt dicimus quòd arbitrium emologatur, id est cõfirmatur silentio decem dierum tacitè, vel expresè, secundum Goffred. in Sum. de arbit. §. effectus.

Emolumentum capitur pro lucro & vtilitate. l. Imperator. de legatis ij.

Emphracte, vide supra Embate.

Emphyteosis, interpretatur insitio, ad emphytéuo, quod est insero siue planto: nam phyton est planta. Et quod in libris Iurisconsultorum dicitur emphyteosis, & fundum dari in emphyteosim, propriè dicitur, hoc est in plantationem. Impropriè dicitur de omnibus aliis, puta de area, & quicũq; possunt vt ipsi dicunt, recipere melioratione. Inde deducitur emphyteoticus, & emphyteuticarius.

Emphyteumata vel emponemata, secundùm Azonem, eodem titul. sunt res melioratæ, & ita exponit tex. l. iij. C. de iure emphyte. vel meliorationes quibus ager labore sic retinentis melior efficitur.

Emblemata dicuntur impositiones, vnde emplè Græcè, est impositio. Latinè, vel sunt superstitiones siue superabundantia. Item emblema est eminẽns scriptura. Et dicit Accurs. in l. tigni. ff. ad exhi. quòd empleumata sunt ornamenta vasorũ, vel ornatus aut varietates colorum. vt ff. de vino, tritico & oleo legato. l. iij. §. j. Imò verò emblemata legendum est non empleumata, quod nihil est. Et dicitur emblema à Græco verbo emuallo, quod est immitto, insero, seu iniungo, vide Budæum. ff. ad exhibend. l. tigni. Expleuma verò cuius author meminit, nusquam legi.

Emphyteusis secundùm Azon. in Sum. C. de iure emphyteut. & secundùm Gof. in Sum. rub. de loca. & condu. §. quid sit emphyteusis, dicitur quòd emphyteusis græcè est melioratio Latinè. Ab initio enim sterilia tantum per hunc contractum concedebantur, vt is qui acciperet rem, in meliorem statum deduceret, & sterilem fertilẽ redderet. Postea tamen permissum est de rebus fertilibus & fructuosissimis emphyteuticari posse, vt C. de iure emphyteu. l. j. in princi. Et dicitur emphyteusis vel emphyteuticus contractus illè qui in meliorationibus & in rebus soli tantùm consistit. Ecclesiastica autem emphyteusis consistit in his immobilibus quæ

ad hoc congrua videntur œconomo & aliis gubernatoribus:vt C.de sacrosan.eccles.in authen.perpetua.& authenti.si quas.prout communiter dicitur,tunc emphyteusis est media inter locationem & venditionem.Et ita definit Zeno Imperator,imò dicit dictum contractum esse quoddam tertiũ genus ab emptione & locatione separatum.l.j.C.de iure emphyteut.quæ est lex Zenonis. Sed.Hosti suam diffinitionem secundùm hanc intellexit, vt puta quemadmodum Hostiēs. dicit,& est hoc ideò quia decretalis potuit emphyteutam ponere sub titulo de loca.& cõdu.quia magis similis est emphyteusis locationi quàm venditioni, cùm dominium retineatur, & aliquid certum annuatim recipiatur, vide Spec. de locat.& conduc.§.nunc aliqua.inde emphyteuticus adiectiuum,vnde dicitur emphyteuticus contractus,emphyteutica concessio & emphyteuticum instrumentum. Inde etiã emphyteutico,cas, id est emphyteusim concedere. Et est natura huius contractus,vt soluatur pensio sicut conuentum est, nisi res ex toto pereat. Item quòd licet domino autoritate sua emphyteutam & eius successorem expellere,si per triennium cessauerit soluere pensionem, sed emphyteuta ecclesiæ repelli potest si per biennium non soluerit pẽsionem.

Emphyteusis perpetua est regula riter prohibita in rebus ecclesiæ,& dicitur perpetua,etiam si fiat ad xxx.annos.Panormit.in c.nulli.in vlti.not. de rebus eccles.alienand.

Emphyteuta vel emphyteuticarius dicitur ille qui agrum conduxit vel accepit ad tempus colendum sub certo pretio. Cuius contrarium dominus Vuiraldus tenuit, videlicet, quòd nunquam ad tempus, sed bene perpetuo tempore conducit quandiu viuet hereditario iure tenendum,& colẽdum sub certo pretio & certis conditionibus, prout inter ipsos contractum est,per l. j.C.de iure emphyteuti.ibi perpetua stabilitate.ff.si age.vectigal.vel emphyt. pe.l. j.§.qui in perpetuum,& dicit hoc expressum esse in l.j.& l. quicunque. C. de fun. patri. vel perpetua scriptura interueniente,& consensu vtiusque, id est domini & emphyteutæ adhibito, in hoc,scilicet vt statim dominus aliquid pro re accipiat,scilicet quod inter eos conuenerit,vel pecuniam,vel aliam rem,puta prædium aliquod, vel simile, vt proprium fit domini, item vt hic emphyteuta de cætero annis singulis vel duos venetos,vel simile soluat in specie reddi



redditus, prout dicit Azo in Sum.C.de iure emphyt.

Emphracta,nauigia dicuntur quę sunt tecta,à verbo Græco emphracto, q̃ est tego siue claudo,sicut econtrario aphracta dicuntur quæ non sunt tecta, sed aperta.De quibus Cice.ad Atticum: Nos Rhodiorum aphractis tranquilitates aucupaturi eramus.Vlpia.libr.xiiij. Digest.de exercitoria actione. l.j.Quædam,inquit,sunt naues onerariæ,quędam emphractę, non emphatæ,vt plerique omnes codices habent. Nebris.

Emplastrum,vt inquit Celsus lib. quinto, hoc distat à pastillo, quod emplastrum liquati aliquid accipit:inpastillo tantum trida medicamẽta aliquo humore iunguntur: dictum emplastrum ab emplato,quod est fingo siue formo.Caius libro xlj.Dig.de acquirendo rerum dominio.l.ideò. Neb.

Emplastrum vulgò vnguentum appellatur.

Emponemata, vide Emphyteumata.

Emptio contrahitur postquam de pretio conuenerit ea mente vt pretium soluatur.Nam si imaginariè & per similitudinem de pretio conueniret,emptio nulla esset, & contrahitur solo consensu, siue inter præsentes,siue inter absentes per nũtium,vel per epistolam, vt probatur institut. eod.titul. in princip.& ff.eo.l.j.§.vlt.& l. ij.§.j.& arræ dario est argumẽtum emptionis.

Emptor bonæ fidei dicitur esse qui aut ignorauit rẽ alienam, aut putauit eum qui vẽdendi habere potestatem vendendi.

Emptum hoc differt à parato, quo species à genere.l.si quid. de lega.iij. Aliquando etiam emptum dicitur quod ex permutatione,vel insolutum datione consecuti sumus:item & quod lite æstimata retentum est. l. sciendum.§.penult.de ædil.edic.& l.final.quibus excausis in possess.eat.

Emulatio,id est inuidia,& habet plures significationes,vt xliiij. distinct.scimus.

Emunitas secundumGoffredum in sum.eod. titulo. est libertas concessa ecclesiis vel ecclesiasticis personis,& rebus aliis ad eas spectantibus. Vel est priuilegium ecclesiasticæ libertatis vel personarum vel rerũ ad eam pertinentiũm. Dicitur autem emunitas quasi extra munia,id est officia vel onera à quibus ecclesiæ sunt immunes,vt eod.tit.c.ecclesiæ. vnde locus consecratus, scilicet ecclesia habet emunitatem.i.libertatẽ,vt inde nullus trahatur per vim,nisi in casib. scilicet si fugiens ad ecclesiam sit publicus latro,vel nocturnus depopulator agrorum,id est deuastator fructuum in agris, vel

dicitur quasi extra munia, id est munera. Non enim ecclesia subit sordida munera, vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & similia. de quibus vide Hostiens. in sum. eod. tit.

## De E ante N.

Encænia erat festiuitas dedicationis templi, Græcè enim kainon, id est nouum.

Endiadis, vel (vt peritiores loquũtur) Endiadyo, figura est, cùm ex duobus vnum dicitur, id quod etiam Accursius annotauit in l. j. §. j. de pact. & Alciatus lib. iiij. de verb. significe.

Energumini sunt à dæmonibus obsessi, vel qui in defectu lunæ patiuntur defectũ mentis. not. de consec. distin. v. c. omni die.

Aenigma, id est, subtilis dubitatio. C. de legib. l. fin. circa fin. & extrà de reli. & vene. sanct. ca. j. libr. vj. alibi exponitur, id est, figura. C. de vet. iu. enu. l. j. §. fina. aliter sumitur in auth. de æqua. dot. §. j. versic. ille autem.

Enim, id est certè, exponit glos. in authen. de nupt. §. nuptias. Aliquando exponitur enim: id est quia. C. de crim. sacril. l. ij. Aliquando ponitur continuatiuè, cum superiore, vt ff. de milit. test. l. neque enim.

Enormis læsio quando dicatur, glos. in c. cùm illorum. de sent. excom. dicit, quòd statur arbitrio iudicis. Felin. in c. cùm illorum. versicu. in ea glos. ibi relinquitur. de sent. excom.

En platei, id est, largo quodã modo. l. penult. ff. de condict. tritic. & l. si arbiter. ff. de probat.

Entheca in Decretis Canonicis, eadem significatione ponitur qua apotheca & horreum, videlicet pro loco galæque repositorio.

Enucleare vetus ius, id est, extra nucleum obscuritatis ponere. Nam prout Azo dicit C. de ve iur. enucl. sicut in nuce inuenitur quod est amarum, ita & in veteri iure erant tot multitudines, quòd nemo eas habere vel legere poterat. Nã sicut in nucleo dura testa inuenitur, ita ibi duræ & iniquæ sententiæ erant. Item sicut nucleus cum inutili pellicula tegitur & latet, ita & in illa multitudine tanta & sublata superfluitate antiqua, & necessariis & vtilibus collectis, prout melius fieri potuit, ius vetus enucleatum est. Nam melius est pauca & idonea effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauari: vt C. eod. tit. l. ij. §. sed & si aliquid. Itẽ dicitur vetus, quia ab vrbe Roma condita, & à Romuleis temporibus vsque ad tẽpora Iustiniani ferè per mille quadringentos annos confusè statutum obtinuit, vt C. de vete. iur. enuc. l. j. §. j. ibi, reperimus autem, &c.

Enuntiatio, pro clausula vel oratione. l. hæc enuntiatio. de verborum



borum significatio.

Enuntiatum verbum de se tantum significat, quantum sonat, scilicet, enuntiationem eius quod est vel quod non est, sicut nuntius dicitur, quia refert voluntatem domini sui, scilicet quid velit, & quid non velit, vt ibi l. & licet. ff. de constit. pecu. Quandoque tamen verbis enũtiatiuis significatur dispositio, quando hoc significari concluditur ex quouis probabili significato: prout latè declarat Bart. in l. ex hac scriptura. de donat.

## De E ante O.

Eò, id est, propterea. l. id. de constitu. pecun.

Eo ipso, ista verba important absque alia sententia. Felin. in cap. Rodulphus. versicu. quoties. de rescriptis.

Eo loci, pro eo loco. l. sed & si. de iudiciis.

Eo potius, pro eo amplius, l. item ait. ex quib. cau. ma.

Eousque, id est, intantum. §. illud. Iustit. de rer. diuis.

## De E ante P.

Epibatæ, vide suprà, Embatæ.

Epidemia, accessus in vrbem. l. iij. ff. de offic. proconsul.

Epidemitici, dicuntur hospitiorũ metatores in vrbe, dicti ab epidemia, quod interpretatur in vrbem aduentus. vnde in Cod. Iustinia. tit. est de epidemiticis & metatis. Lege verbum metator, siue metatus. Nebr. Epidemitici dicuntur qui habebant sub se mensuratores, qui mensurabant hospitia, & in eminenti loco describebant nomina eorum qui ibi habebant hospitari.

Episcopus, speculator siue explorator interpretatur, dictus ab episcopeo quod est considero. Cicero scribit se episcopum designatum à Pompeio, vt oram Campaniæ maritimam specularetur. Arcadius de muneribus. l. munerum. Episcopi, inquit, qui præsunt pani, & cæteris vænalibus rebus.

Episcopus dicitur ab epi, quod est suprà, & scopus vel scopein, intendere, quasi supra intendens, quia habet curam superintendendi super omnes laicos & clericos sibi commissos. viij. q. j. qui episcopatum. xxj. distinct. cleros: vbi etiam interpretatur speculator, eo quod speculetur subiectorum mores & vitam. Sed in iure ciuili episcopi etiã dicuntur qui præsunt pani & aliis rebus vænalibus, quæ quotidianum victum suggerunt. l. vlt. de mun. & honor.

Episcopi appellatio in materia odiosa & valde exorbitanti intelligitur solum de consecrato. Felin. in c. eam te. versic. nouissimè autem. de rescri.

Episcopalis audientia est iurisdictio ipsius episcopi.

Epistola decretalis. Require su-

prà decretalis epistola.

Epistola diui Adri. secundum Guiel.in Spec.de renunc. versi.in primisergo.sub §.finitis:locum habet inter fideiussores, mandatores, & constitutores, item inter tutores: & est illius epistolæ effectus, quòd quanuis aliqui sint obligati, tamen per eius beneficium si omnes partes sint soluendo tempore litis, possunt postulare vt diuidatur actio inter eos, vt vnusquisque pro virili portione cõueniatur. Alioquin nisi dicto beneficio iuuarentur, posset creditor quõ mallet insolidum conuenire, vt C.de constit.pec.l.fi. & Insti. de fideiuss.§.si plures.& ff.de fideiuss.l. inter fideiussores. & l.si dubitetur. Si ergo huic beneficio fuerit renuntiatum, poterit creditor quem maluerit cõuenire. Quomodo autem renuntietur huic beneficio, vide ibidem.

Epistomium, inquit Merula, est foramen per quod aquadefluit ex concha, labro, vel cratere. Varro de re rustic. libro tertio: epistomiis versis advnumquenque factum: dictum, inquit, quasi in ore: vel potius ab epistomizo, quod est obturo, vt sit epistomiũ canalis operculum. Vlpianus lib.19.titu.de actione empti & venditi.l.fundi. Castella plumbea, operecula puteorum, epistomata. Legitur & epitonium apud Senecam libro 13.epistо. Nisi aqua, inquit, rigentem epitonia fuderint, & apud Vitruuium libro 10. sæpè in eodem significatu ponitur. Interpretatur autẽ epitonium ligamentum. Nebr.

Epistomia Græcè, latinè oris obturacula. Sanè apud Iurisconsultos capiuntur pro obturaculis salientium, quæ vulgò (vt Alciat. ait) Spinæ appellantur. epistomiorum meminit l. fundi.de action.emp.

Epithaphium est scriptura siue titulus in lapidibus sepulchrorum sculptus.

Epithesis in l. lex Cornelia. de iuriis: significat inscriptionem factã in contumeliam alicuius. Epitima in l.scire. de tut. & curato. pro illabefacta nominis honorísque fama.

Epitimium est suspensio vnius septimanæ, vel est quædam increpatio vel genus pœnæ, secundũ Ioan.Andr.in glos.xxj.quæstio. iiij.omnis iactura.

Epitimia, id est voluntate testatoris.ff.de tu.& cur.da.ab his.l.scire oportet.§.sed & si quis.

Epitogium est vestis, vel tabardus superior clerici. Et dicitur ab epi, id est supra, & tego quasi superius tegens.not.in glo.in cle. ij.de vi.& hone.cle.

Epitome interpretatur breuiarium, id est, vbi res in compendium rediguntur, vt Vlpianus lib. xlvj. de acceptillationibus. l.an inutilis. Epitomatum inquit liber Labeonis.ibi est peithanon. Vttoq; enim modo declinatur, epito.es, & epito.tis.

Epitome, & epitoma latine breuiariũ dicitur, vbi s.res in compendiũ rediguntur, secundum Bud.in l.qui leuãdæ. ad l.Rho.

Epulum, inquit Valla, est conuiuium numerosis ciuibus exhibitum iu honorem Deorum, aut in ostentationem magnificentiæ, aut in funere parenta li.Gellius libro vndecimo. Solenni die epulum Ioui libaret, atque ob id sacrificium Senatus in capitolio epularetur. Horatius secundo Sermonum, Gladiatorum dare centum Damnati populo paria atque epulum arbitrio. Arrius Iurisconsultus de legatis, in quadam lege, cuius initium est, ad munus: Vel si epulum, inquit relictum fuerit. Ant.Neb.

## De E ante Q.

Aequanimiter.i. æquo animo.

Equestris dignitas erat in his qui Romam custodiebant: nam & hi habentur pro absentibus rei publicæ causa. Et dicit Accur. quòd aliqui erant præsidentes, quia simplex militia non est dignitas. De hoc vide eod.tit.in rub.C.lib.xij.

Aequitas est conuenientia rerum quæ cuncta coæquiparat, & in paribus rationibus paria iura vel iudicia desiderat, vt C.ad l.fal.l.fin.verbi gratia, Mutuasti mihi centum aureos mutuo, modo æquum est quòd isti numerationi cõueniat solutio secundũ eandẽ qualitatẽ & quantitatẽ, vt ff.si cer.pet.l.mutuum. Aequitas etiam dicitur quædã mitigatio tẽperãs iuris scriptĩ rigorem. Et in quibus casibus talis æquitas præferatur rigori iuris, vt not. Ioan. And. extra de transact.c.fin.

Aequitas, nihil aliud est quàm naturalis ratio secundum Bart.in l.iij.C.de dot.promis. Et vide eundem Bart.in l.j. in tertia oppo.ff.de iusti.& iur.& an æquitas præferatur rigori, vide omnino dominum Iaso. post alios in l.placuit.C.de iud.

Equitium est grex equorum, secundum Accur.in l. quid ergo. ff.de vsufru.& quemadmodum quis vtatur.

Equitius dicitur custos equorum.

Equuli, id est pulli equorum vel parui equi.insti.de re. diui.§.in pecudum.

Equus calcitrosus dicitur qui soli tus est calce ferire.

## De E ante R.

Ere, id est, ex vtilitate, vel ex præsenti materia.l.j. secundum editionem Haloandri. & in Pand. Florent.ff.si cert.pet.

Erania pecunia in l. creditor. de solu.quid sit, vide Alciat. lib.ij. Dispunct.cap.xxv.

Aerarium est repositorium pecuniæ, ab ære dictum. Et proprié

priè ærarium est populi, fiscus principis.

Ercíscere est diuidere: vide iudicium famil.erciscun.id est, hereditatis diuidendæ, de quo suprà in versi. Actio fam.ercis.

Eremodicium, interpretatur desertio siue solitudo, nam eremus desertum interpretatur,& est eremodicium quando reus damnatur ex eo quod in iudicio non comparuit, quasi desolatum siue desertum sit iudicium propter rei absentiã.Pomponius lib.quarto Dig.titu. de minoribus xxv.annis.l.& si.Restitutionẽ eremodicij præstari debere:pro quo mendosè hermodicium. Nebr.

Eremodicium dicitur,cum absente altera parte fertur sententia, quasi latinè dicasdesérta causa.

Ergasterium,interpretatur officina, vbi ab artifice aliquod fit opus: nam ergon est opus siue officium. Vt in Codice Iustiniani,tit. de episcopis & cleric. omnis.Ex ergasteriis inquit, & tabernis conquirere potuit. Item libro vndecimo, de epidemiticis & metallis.l.ij. In quælibet,inquit,ergasteria,quæ mercimoniis deputantur. Papi.lib. xliij.de via publica.l.ædiles. Vt ante ergasteria nihil proiectum sit.

Ergasteria sunt stationes operariorum,&dicitur ab erga,id est opera vel opus,sterion, statio, quasi operarum statio, vt not. C.de episco.& cler.l.ij.

Ergastula dicuntur carceres vel pressiones,& dicit ab er, quod est lis,& stolon missio.Item ergastula dicuntur loca in quibus serui vincti opus facere cogebantur.

Ergagabi, dicuntur operarij laborantes in stationibus suis, & dicitur ab erga quod est opera, & gabor,quod est labor.Recti' tamen legas ergolabi.

Ergo,not.Ioann. Andr.de summa Trinit.damnamus.in princ.

Ergolabi,vide Ergagabi.

Eripere est de manibus auferre per raptum.

Erit, hæc dictio interdum etiam præteritum, nec solùm futurum tempus demonstrat.l. verbum erit.de verb.sign.ff.

Ermaphroditus est quilibet qui habet vtrũque sexum. Rectius autem scribitur per aspirationem hermaphroditus.

Erogare, pro expendere & distribuere. l. ciuitatibus.de leg.j.& C.de erog.mil.ann.

Errare est aliud pro alio putare, xxxviij. distinct. quanuis. xxij. q.ij.in quibus.in fi. & not.Ioan. Andr.in clem.j. de iudic. super ver.certa scientia. & nota quòd differũt errare,titubare,&ignorare,vt declarat glos. rub.ff.de iur.& fac.ignor.

Errones serui dicuntur, qui vagantur sine causa, animum tamen habent redeundi ad dominos.Fugitiui tamen qui eo animo fugiunt,vt non redeant. eo quoque modo ex proportione habent se desertores & emansores.Arrianus libro xlix. de re militari.l.qui cum.erro, inquit, in seruis est, vt emansor in militibus.Item libr.xxj.qui est de ædilitio edicto,l. quis sit fugitiuus.Sed propriè,inquit, erronem sic diffinimus,non qui fugit,sed qui frequenter sine causa vagatur. Labeo ita definit, erronem paruum fugitiuum esse. Nebris.

Erro est pusillus fugitiuus,qui nõ quidem fugit,sed ex consuetudine quadam aberrare solet,& frequenter sine causa vagatur, temporibúsque in rebus nugatoris consumptis, tandem,licet serò redit ad dominum, vt l.quis sit fugitiuus.§. erronem. ff.de ædilitio edicto.

Error est quando aliquid aliter contingit, vel aliud est quàm creditur vel putatur. de quo c. prælleg.in fine.

Error calculi secundum Azon. in Sum.eod.tit. est error computationis.Veteres enim computabant per lapillos, qui calculi vocabantur,pro eo quod pedibus quãdoque calcantur: vnde Persius: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo: Quia pro bono die ponebãt bonum lapillum.est glos.in l.vnic.C.de errore calculi.

Error quadruplex est, cõditionis, personæ,fortunæ, & qualitatis: & quis eorum matrimonium impediat,declarat Panor. in c. proposuit.de coniug.ser.

Error intollerabilis est error à iure reprobatus. & nota quòd error sumitur pro facto,siue sit error iuris siue facti,quia licet sit iuris inquantum est error,facti tamen est,cùmsit in alio,quàm in veritate.

Eruta cæsa dicuntur omnia quæ cæduntur & eruuntur.

Ruta cæsa, apud peritiores dicuntur,non eruta, vide Budæ. ff.de act.empt.l.fundi.§. si ruta.

## De E ante S.

Aes,species est metalli, ab auro, argento, atque aliis metallis distincta.§.cùm ex aliena. Inst. de rerum diuis. Sed quia pecunia primum cudi cœpta est ex ære, hinc factum est, vt qualiscunque pecunia æris appellatione contineretur.l. etiam.de verbo.sign. Imò & quandoque æris nomen ad bona refertur, vt cùm lex noxium in ære puniri mandat: nam in bonis & patrimonio exercendam vltionem interpretamur.

Aes alienum est quod nos aliis debemus.Aes suum est quod alij nobis debent.§. æs alienum.& l.cædere.de verb.sign.

Esopus est humilis herba & medicinalis,cuius radix petræ inhærere dicitur, & purgat pulmonem inflatum; vt not. glos.ibi, Asperges me Domine esopo. Psal.

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.quinto, &c. per Archidia. 50.dis.cùm exaudiero. Hyssopus omnino scribendum est per aspirationem cum y, & gemino ss, media longa.

Esse verbum ad veritatem refertur, non ad id quod vltra veram rei æstimationem interesse cõtingit.l. hæc verba. de verb.sig. Quandoque ponitur pro remanere, vt in l.ij.de concub.

Esse in possessione & possidere valde differunt. l. si quis ante. de acqui.possess.

Est, hoc verbum interdum etiam præteritum tẽpus demonstrat. l.verbum erit.de ver.sig.

Aestas quot menses capiat.Barto. in l.j.§.j.ff.ne quid in flu. pub.

Aestimare litem est condemnare pecuniariter, vel quanti interest actoris, vide Bud.in l.vij.ad leg.Iul.repetun.

Aestimatio significat taxationem, aut subiecta materia vel quod uis aliud significare declarat: verbi gratia. Res traditur æstimata, hoc addito quòd reddatur æstimatio, & nõ res: ex hoc significatur emptio & vẽditio: vt in l. quoties. ff. de iure dot. Sed vbi res datur æstimata hoc pacto quòd res reddatur, & non æstimatio, tũc enim est emptio sed significatur quod re perempta vel diminuta, attendatur æstimatio facta.l. si inter. C. de iure dot. Nec periculum diminutionis vel peremptionis sit recipiẽtis, nisi sit in culpa, quia cùm rem traditam teneatur reddere, periculum debet esse domini rei, sed in casu præcedenti periculum vel deterioratio rei transit in recipientem, vt l.æstimatæ.sol.matrim. Item vbi res datur æstimata in dotem, hoc pacto quòd reddatur res vel æstimatio, tunc significat transire periculum peremptionis, sed non deteriorationis. l. plerunque. §. final. cum l. seq.ff.de iur.dot. Et hoc ex natura contractus & alternatiuæ. Nam natura dotis est quòd dominium transit in maritum, l. doce.C. de rei vendic. & sic periculum est suum. Sed ex natura alternatiuæ alterum horum sufficit, aut rem reddi, aut æstimationem, iuxta regulam, in alternatiuis, de regul.iur.lib.vj. Sed res perempta reddi non potest, quæ si redditur, non est reddenda æstimatio.

Aestiualia, sunt ocreæ, scilicet calceamenta de corio, quibus etiã aliqui vtuntur interdum in æstate. Ioan.Andr. in cle.ne in agro.§.in vestib.de sta.mo.

## De E ante T.

Et hæc coniunctio licet propriè copulet.ff.de cond. insti. l.si heredi.tamen aliquando sumitur pro vel, ff.de verbo.signif. sæpè cùm si. Aliquando repetit qualitates præcedentes. ff. de fun. instru.& instru. leg. l. Seiæ.§. Gaio. Aliquando pro id est, vt





cap.ij.de spon. Et in gloss. instit.de libertinis verbo et.

Etiam not.in ca.ij.de reser. vbi de hoc. Vnde hæc dictio et, coniungit principaliter simul & successiuè, prout infertur ex significato tunc hoc dicti tante, & secundum quod voluntas disponentis quouis medio significare declaratur: nam quandoque est coniunctiua rerum principaliter quarum tamen vna est alteri successoria, vt dicendo, Lego fundum & eius instrumentum. Principaliter enim significat instrumentum legatum, licet sit accessorium ad fundum, & extincto fundo legato non extinguitur legatum instrumenti.

Secus est in præpositione cum, quæ cõiungit accessoriè, facit l.si cui fundum.ff.de fun. instr. & instr.le. Posset tamen etiam faciliter trahi ad coniungendum accessoriè, pro voluntate disponentis qui exprimit &, pro cum. Significat etiam ibi successiuè, filium meum & nepotem heredes instituo: nam intelligitur quod filius prior admittatur, & eo deficiẽte nepos.l.Gallus. §.j. ff.de libe. & posthum.Ratio, quia non simul admittitur cum filio, & hoc ex ordinata charitate seu naturali affectione.arg.l. generaliter.C.de insti. & substi. sub cond.fa.l. Lucius. ff.de hered. inst. vbi disiunctiua resoluitur in coniunctiuam, propter voluntatem quæ concluditur ex charitate, facit l. cũ pater. §.cũ pater.ff.de leg.ij. Idẽ in contractibus si quis emit reditus vel fundũ pro se, & liberis, & nepotibus: ibi enim &, coniungit successiuè. s. q̃ primo pater solus admittatur, post liberi, deinde his deficientibus nepotes.

Aetas legitima semper intelligitur de natura.l.non de eæ quæ per principis beneficium impletur, vt C. de his qui ve.æta. impet.l.vlt.

Aetas perfecta, dicitur ætas xxv. annorum.l.vlt.de iis quive.æta. impet.

Aetas pupillaris est minor xiiij. annis in masculis, & in fœmina xij.ff.de ver.sig. l.pupillus.

Aetas pubertatis diuersimodè accipitur. Nam in nuptiis contrahendis ætas pubertatis est in masculo xiiij. annorũ. & in fœmina xij.annorum, vt instit.de nupt.in princ.cum ibi not. Non autem idem tẽpus requiritur, si alimenta relinquuntur vsque ad pubertatem, quæ debentur masculo ad xviij. annum, fœminæ autem vsque ad xiiij. ff. de alim.& cib.leg.l. Mela ait.in princ.

Aetatis venia est priuilegium qd impetrat minor à principe, vt habeatur pro maiore. Impetrat eã masculus maior xx. annis. fœmina autẽ maior xviij. vt l.ij.C.de his qui ve. æta.imp.

Aetas virilis diuersimodè secundùm canones & leges interpretatur.l.j.ff.de mino. l. fin. C. de his qui ve.æta.impet.& illa diuersificatio est, quia diuersos habent effectus.gl. in c.episcopus.in ver.antequã. lxxxvij.di.

Aetates sunt sex quibus generatio & status hominis finitur. xxxv.q.iiij.& cap. j. & Ioannes And.in princ.lib. vj. Alij ponũt vij.ætates hominis,similiter septem mundi.vnde:

Infans,inde puer,adolescens,post iuuenis,vir.

Dicitur inde senex, & postea decrepitus fit.

Annos prima tenet septem, post altera bis tot.

Terna quater septem, sed quadraginta quaterna.

Annos exultat ad quinquaginta iuuentus.

Sed si porrigitur ad septuaginta senectus.

Extunc decrepitus incerto tempore durans.

Item nota versus de ætatibus mundi.

Primus Adam, iustúsque Noe, magnus pater Abram.

Et post hæc Moyses, Dauid, natúsque Redemptor.

Septima fine caret, locat in requiéque beatos.

Et cætera, quandoque scribitur extensè pro duabus dictionibus,& sic disponit secundùm quod relatiuum sequitur,si sal- Etsi idem est quod quanuis. de simon.etsi quæstiones.
tem aliquod sequitur,vt dicendo & cætera quæ sunt scribenda, aliàs respicit omnia quæ præmissa sunt. Quandoq; scribitur abbreuiatè, vt &c.& sit omnes comprehendit clausulas consuetas apponi in tali contractu. De hoc traditur in l.Gallus.in princip. ff. de lib.& posth.& notat.in cap.quoniam contra falsam. de probationib. vide suprà in litera C.

Etiam particula est cõsentientis, sicut Non,est negantis. Priscianus lib.vij.interroganti, legis? etiam vel non respondemus. Plinius Cæcilius in epistola: Studes inquam? respondit,etiã. Et illud ex euangelio:Intellexistis hæc omnia? dicunt ei, Etiã. Iurisconsul.de verb.oblig.l.j.§. si quis. & responderit quidni, etiam: nam vtrunque aduersum consentientis est.

Etiam, illa dictio implicat. C.si tutor vel curat.l. etiam. & l.fin.

Etiamnum, pro adhuc, apud Plinium & Cornelium Celsum frequenter legimus. Ouid. 13. Metamorp. Etiamnum libera cœlo brachia, id est adhuc. Ité libr. 14. Spectantem vultus etiamnum cæde madentes, pro adhuc vtrobique. Vlpianus tit. arborum furtim cæsarum.l. Ité etiamnum reponi potest. N.

Etiamnum seu etiam nunc accipitur pro adhuc. l. tertia. arbor. furtim cæs.

Etsi idem est quod quanuis. de simon.etsi quæstiones.

De



## De E ante V.

Euangelium præter notum signi ficatum sumitur, quandoque pro mercede quæ datur lætum nuntiũ afferẽti.l.falsus. de fur.

Eucharistia Græcè dicitur panis & calicis sacramentum, & latinè bona gratia interpretatur, & quid melius corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi.j.q.j.multi.

Euectiones appellantur duplomata,vtensium cursu publico,quibus exhibitis & agnitis qui publico cursui præsunt statim equos accommodant.l.iij.C. de cur.pub.lib.xij.

Euerriculum,vitæ est piscatoriũ, à verrenda aqua sic appellatũ.l. iniuriarum.de iniur.

Euestigio,pro continuò siue statim.Priscia.lib.18.Romani, inquit; euestigiò dixerunt, vel quòd stans aliquis in eodem vestigio facit:vnde statim quoque dicitur,vel quantum tempus est in vno vestigio faciendo,quod est breuissimum.Scæuola lib.tertio de negotiis gestis.l. diuortio facto. Non, inquit,euestigio in officio deliquit.Accursius quid euestigio esset,non intelligens in principio gestionis exponit.A.Nebr.

Euestigio,id est,statim vel continuò,vt in c.vnico.de sta.regul. lib.vj.§.verum.

Euidens est quod semper palam est,& euidenter apparet.j.q.j. vt euidenter.

Euidentia.ff.de cõt.emp.l.ea quæ.

Euincere est aliquid ab aliquo extorquere. vel eripere, vel per sentẽtiã iudicis acquirere.Res etiã euicta dicit cũ est amissa.

Euictio secundum Azo. in Sum. C.de euic.secundum quosdam ita definitur,Euictio est rei emptæ vel ex alia iusta causa acceptæ, per iudicis sententiam abductio vel(vt puto)alio euincente,causæ amissio,nec enim semper est necessarium rem abduci vt videatur euicta.vt ff. de euict.l.euicta.§.j.Et euictionis cautio solet præstari à venditore ipsi emptori: ad hoc vt si aliquis ab emptore rem emptam tanquam suam petat dicens eam sibi esse obligatam, aut aliquod ius in ea habere, emptor recursum & regressum habeat ad venditorem, cui denuntiare hoc tenetur,& venditor debet assistere & defendere emptorem in causa euictionis.Et dicitur euictio alicuius rei in causam alterius abductę per iudicem acquisitio. Vide suprà cautio,de euict.

Eulogium idẽ est quod testamentum, vt in cap.nos quidem.de testa.& in l.iubemus. C.de testam.& l. quidã eulogio. C. de iure de lib.ita exponit Barto. de testam. Apud nos autem aliter accipitur, vt ff. de re mili. l.desertorem.circa princip.Dicitur ab eu, quod est bonum,

& logos sermo,quasi &c.vnde aliquando sumitur pro benedictione,vt j.q.j.ca.non liceat. vel dicitur secundum Hosti.ab eu,quod est flebile,& logos sermo,quia vt plurimũ fit in extremis.& est nota doloris.ibi tamen legitur eflogia in fœminino genere.Etiam eulogia dicuntur xenia quæ olim portabantur metropolitanis ad consiliũ prouinciale: vt xviij.dist. c.de eulogiis.vbi secundum gl. euloga dicuntur munera quæ deferunt subditi suis prælatis.

Eunuchi secundum Azo.in sum. C.de eunuch.dicuntur spadones tantum,& non castrati.Sed de his longe eruditius Alcia.in l.spadonum.de ver.sig.

Euocare sacra, erat apud antiquos,euocare deos alicuius loci præsides & tutelares, quod fiebat,cum locum quempiam profanum efficere volebant, vt scilicet sacrilegij nomine exoluerẽtur,quod innuit Iurisconsultus in l.sacra.de rer.diuis.vbi Bud.

## De E ante X.

Ex,not.Archi.iiij.q.v. quisquis.& plenius Ioan.Calde.in cap. vestra.de cohab.cle.& mul.Ioan. mona.de hæret.accusatus.lib. vj.etiam Arch.de præben.cum in illis.eod.lib.& Panormit.in c.in literis.de restit.spoli.etiam not.C.de legib.l.non dubium. & quãdoque in compositione stat augmentatiuè pro valdè vt exæquare,id est valde æquare,vt l.prima.ff.de leg j.

Exacta , dicuntur illa quæ sunt perfecta,& ad quæ vltima, vt aiunt,manus imposita est:aliàs exacta sunt quæ iam præterierunt.Virgilius primo Georgic. Exactum ad mensem pluuia, ventisque carebit. Idem in tertio:Exactis grauidæ cum mensibus errant. Paul.libro xliij. titulo de actionib. & oblig.l.j. Exactissima,inquit,diligentia, in priori videlicet significatione. Nebr.

Exacta pecunia dicitur non solũ per solutionem, verum etiam si per delegationem satisfactũ est.l.verbũ exactæ.de verb.sig.

Exactio,id est petitio, nam exigere est rem ab alio petere.

Exaggerare,est accumulare:nam agger aggeris, est terra accumulare.Cæsar in commentario Hispaniensi:Mortes mortuus exaggerabant,& per translationẽ Cicc.Nihil est ad exaggerandum orationem accommodatius.Vlpia.titul.de itinere actúq; priuato.vnde,Aut de priuat,aut exaggeret iter. N.

Exaggerare & deprimere opponuntur.l.iij.§.fi.de iti. actúque priu.nam exaggerare est accumulare,ab aggere,quo terra accumulata significatur.

Examen tripliciter accipitur,aliquando pro vniuersitate aptũ, aliquando pro approbatione, & aliq.



& aliquando pro iudicio:vt C. de aduoc.di.iu.l.nemini. & instit.de re.diui.§.Apium.

Exarmare,armis spoliare. l.iij.ad l.Rhod.de iac.

Exauctorare,est militem sacramẽto militiæ soluere: quemadmodum ediuerso autorare, est militem sacramento sibi obligare.Plinius Cæcil.in epist.Cæsar excussis probationibus centurionem exauctorauit. Seneca in quarto epistolarum:Exauctoratus ac liber,qui viuit vita priuata.Vlpianus titu.de iisqui notantur infamia. l. quod ait. Sed & si eum,inquit exauctorauerit.i.insignia militaria detraxerit. Quod si per insignia militaria Iulianus intelligit honorum insignia,falsum est interpretamentum: nam potest quis exauctorari,& non amittere insignia honorũ: emeritiq̃ue exauctorantur circa honorum amissionem. Est enim (vt diximus) exauctorari,à militia dimitti. Itaque commodius exposuit Arrianus in titulo de liberali causa.l.qui deliberare. Exauctoratus , inquit, id est à militia remotus. In quo significatu accipiendum est in titulo de re militari. Nebr.

Exauctorare est militem cingulo vel clericum ordinibus spoliare:vt in l.qui cum vno. §. non omnes.ff.de re mili.Vel est statũ alicui vel autoritatẽ auferre,

Ex bonis esse,& esse in bonis,vide distant.§.fi.Instit.vi bon.rap.

Excandescere est subito irasci,habendo similitudinem inter furorẽ,& æstuantis ferri cãdorẽ.

Exceptio est rei defensio per quã se reus defendit & tuetur ab actore,secundum Azo.in Sum. C.de excep.Quandoque ponitur large & impropriè pro omni defensione:prout reo competit etiã si nulla actori cõpetit actio:& tunc quidam vocãt eam exceptionẽ facti:vt quando sine actione quis talũnioſe petit. Sed Azo vocat eam exceptionem intentionis. Et de exceptionibus intentionis, quæ sint,not.ff.eod.titu.l.j.in prin. & l.ij. §.illud.& talis non potest de iure experiri, quia nemo potest experiri sine actione,& cum tunc nulla sit actio, nulla potest dici actionis exclusio,sed dicitur contra intentionẽ actoris defensio:vt quãdo quis se in aliquo instrumento obligat ad aliquid sine exceptione iuris vel facti,sensus est quòd contra hoc nullam faciat defensionem de iure. vel de facto.Differunt tamen exceptio & defensio.Nam defensio propriè dicitur quæ ipso iure actionem tollit : vt solutio, quæ est eius quod debetur reddition,& acceptilatione omnis obligatio tollitur. instit.quib. mod.obli.tol. in prin.& §. ite

per acceptilationem. Item renuntiatio dicitur defensio.ca. super hoc.de renun.concordat glos.in cap.j.de lit. contest.lib. vj.vbi not. Item largè dicitur etiam exceptio replicatio,quæ datur actori: omnis enim replicatio est exceptio: vt ff.eo.tit. l.ij.§.replicatione.& sicut se habet exceptio ad actionem, sic replicatio ad exceptionẽ secũdum Goffre.de proba. in sum. Strictè verò & propriè exceptio ponitur pro illa defensione quæ competit reo contra actionem competentẽ in eum, & sic dicitur actionis exclusio. & hæc est exceptio iuris, vt si petis à me debitum, & ego excipio quod remisisti mihi, vel quòd fecisti mecum pactum de non petendo, vel quòd non venit dies præfixus.& sumitur vtraque exceptio. ff. eod.tit.l. ij.primo responso.& §. replicationi.& q; exceptio sit actionis exclusio, habetur extra de elect.c.dudum. super ver.irritari. in glos.Exceptio autẽ diuiditur in plura genera, quia aliæ sunt temporales & dilatoriæ, aliæ perpetuæ & peremptoriæ:vt ff.eod.tit.l.ij. §.fi.& l.exceptiones. aliæ sunt odiosæ: vt Macedonianę.Alię fauorabiles: vt Velleianæ.Hæc diuisio colligitur ex l.qui exceptionem,ff. de condit. indeb. Item aliæ sunt in rem, aliæ in personam: vt ff. eod.tit.l.exceptiones. ij.Item secundũ Host. & Spe. aliæ sunt anomalæ,aliæ mixtæ; & multas alias diuisiones dicti doctor. prosequũtur vide eos.

Exceptio dilatoria est quæ causam differt: vt institu.eo.§.appellantur. & istarum est multiplex diuisio,de qua aliquantulum notatur in l. exceptionem.C.de probatio. est enim quædam dilatoria solutionis, quæ sapit istam naturã, quòd respicit actionem nimis tempestiuè intentatam, & debet opponi ante litis contesta. sed probatio eius fit post lit.cõtest. c.inter monasterium.de re iud. Quædam est dilatoria iudicij, quæ opponitur propriè ad impediendum iudicium ante lit.contest.& probatur tanquam præiudicialis, & expedienda venit ante lit. contest. Et idem dicendum est de replicatione eiusdem. Quædam est declinatoria fori, vt ibidem notatur. Item colligitur hæc diuisio ex l.iij.in fin.ff.eod. tit. vide de hoc Spec.eo. tit. Et noquòd declinatoriæ iudicij sunt in initio proponendæ:& sunt illæ quę contra iurisdictionem iudicis opponuntur. Ratio, ne si eis scienter omisis ad alia procedatur, videatur quis in iudicem consentire.C.de except.l. vlti.not.Goff.de dila.§. sunt & aliæ.in fi.Sunt etiam istæ probãdæ in initio, vt prius sciatur



sciatur de iurisdictione iudicis antequam procedatur ad vlteriora: habent tamen etiam locum post sententiam, si ex ignorantia omittantur.de sent. & re iud.ad probandum.C.si à non competenti iudi.l.vlt.Etiã dilatoriæ proponendæ & probandæ sunt ante litis contest. c.inter monasterium præalle. & cap.pastoralis, de excep.C. de probat.l.penult. Dilatoriæ solutionis sunt proponendæ si militer initio causæ, id est ante lit. contesta. & probandæ postquam actor suam intentionem fundauerit: Sed peremptorias probabit reus post quam actor suam intentionẽ probarit.de hoc vide Goffr.de proba.§.restat.

Exceptio peremptoria secundum Specul.vocatur sic, quia actionem vel intentionem agentis perimit, secundum Io.Andr. c. j.de litis contest.lib.vj. seu ius lædit: vt institut. de perpet.& tempo.act. §.perpetuæ.vt pactum de non petendo in perpetuum, iusiurandum de non agendo vel accusando, videlicet, petebam à te centum, & tu excepisti quòd pepigi teçũ de nõ petendo in perpetuum, vel iuraui non agere vel accusare, quæ ipso iure tollunt naturalem obligationem: vt ff. de iureiurand.l.fin.circa princ. quod Doctores intelligũt esse verum de voluntaria & conuentionali: secus autem de necessaria. Ciuilem autem ipso iure non tollunt, sed ope exceptionis elidunt, & secundum Azonem semper obstant hæ agenti, etiam si cessauerit agere per mille annos.

Exceptio perpetua est quæ perpetuum habet effectum, vt cum petis à me debitum,& excipio quòd tu remisisti. Hæc exceptio perpetua dici potest, & perpetuò competit, quandocunque actor agit, quia exceptio non competit nisi quis agat.ff.de exceptio.l. exceptio.

Exceptio temporalis est quæ ad tempus vtilis est, vt cùm petis debitum, & excipio quòd tu fecisti pactum mecum de non petendo.Hæc exceptio vsque ad annum vtilis est, postea verò non: de qua de rescri.ca. plerunque.& de officio ordi.c.pastoralis.in fin.& ff.eodẽ titul.l. exceptiones. §. temporales. & hæc etiam dilatoria dicitur, quia differt & prolongat causam, non autem aufert. Aliud exemplum, cõuenio te coram iudice non tuo,& tu excipis te non esse de foro eius. Vide gl. in verb.excusari.c.si autem.de rescrip.in antiq.

Exceptio anomala est quæ non sequitur normam aliarum, quia potest opponi ante litem contestat.& post litis contestatio. vt exceptio excommunicationis, & aliæ, scilicet, de qui-

bus dubitatur an sint perpetuæ, an temporales, vt exceptio matrimonij, & exceptio non numeratæ pecuniæ, & nõ numeratæ dotis, vt not. instit. de excep. §. appellantur. & plures aliæ secundum Hostiensem & Speculatorem eodem titulo: vt exceptio quæ competit fideiussoribus ex epistol. diui Adriani cõtra creditores. vt no. inst. de fideiu. §. si plures.

Exceptio rei iudicatæ nõ potest opponi nisi quando fit super vna & eadem re, & quando est ex eadem re, & quando est ex eadem causa & eadẽ persona.

Exceptio doli est quadruplex, vt not. Accurs. in glo. l. qui se debere. ff. de condi. ob cau. da. cau. non se.

Exceptor pro librario, hoc est qui aliquid describit, vel qui alio dictante scribit. l. sed addes. §. fin. ff. loca.

Excommunicatio est extra communionem ecclesię separatio, vel censura ecclesiastica excludens à cõmunione fideliũ. xj. q. iij. nihil. & §. euidenter. Vel est æternæ mortis damnatio. xj. quæst. iij. nemo episcoporum. Vel sic generaliter est à qualibet licita communione vel legitimo actu separatio, vel à sacramentis exclusio. Species excommunicationis infinitæ possunt esse quia tot quot sunt species communionis. Duæ tamen sunt species eius, quæ precipuè secundum canonistas communiter vsitantur, scilicet maior & minor, de vtraque illarum habetur iij. quæstione iiij. engeltrudam. Nam vna excommunicatio quæ maior est, dicitur anathema, & excludit ab ingressu ecclesiæ, & à communione fidelium, & à sacramentis, hæc vocatur maior, & fertur cum solennitate, de qua etiam datur præcedens descriptio cùm dicebatur. Est à qualibet licita communione hominum vel legitimo actu & sacramentorum separatio. Alia dicitur minor, & illa tantùm separat à sacramentis, & hæc est duplex: vna per præceptum à iure, vel per sententiam ab homine. Alia separat à communione fidelium, non sacramentorum. v. quæstione ij. præsenti. secundum Goffredum, & de cleric. excommunicat. §. item sciendũ. Est enim quædam excommunicatio iuris, à qua absoluit episcopus, nisi absolutio sit summo Pontifici reseruata. de senten. excommunic. nuper. Alia hominis, vt episcopi vel sui vicarij vel delegati. de offic. ord. cùm ab ecclesiarum. de maiori. & obe. c. vnico. lib. vj. in gl. Etiam excommunicatio dicitur mero episcopi. xvj. q. ij. c. visis. in fin. Item dicitur anathema impropriè, ab ana, id est sursum, & thema, figura olim in frontibus damnatorum impressa: & sic quasi anathema dicitur. & hæc maior dicitur, quæ duplex est. Quædam sine solennitate. Alia solennis, quando xij. episcopi vel presbyteri cã delas in terram proiiciunt, & pedibus calcant, & non differt ab alia nisi in substantia, quia maior est terror & confusio. De his duabus in ca. cùm non ab homine. de iudi.

Excõmunicationis appellatione intelligitur de maiori, ita tex. in cap. pen. de sen. excommu. Adde quod videtur dicendum contrarium, quia in peioribus mitior pœna est infligenda. Host. in d. c. pen. dicit quòd ex quo excõmunicatio est medicinalis in his quæ concernunt animã, est capiẽda pars tutior, & idẽ tenet Abb. in d. c. pen. & & ibidẽ vide Fel. & contra istã solutionẽ doct. videtur text. in contrariũ in c. pia. de excep. in vj. vbi dicitur quòd si opponitur in iudicio quòd aliquis sit excõmunicat⁹, oportet quòd exprimatur species excõmunicationis, si intelligeretur de maiori, hoc non esset necessarium. vide per Feli. latè in d. c. penul. ver. tertiò requiritur.

Exconsul dicitur qui perfunctus est consulatu, sicut exquæstor qui perfunctus est quæstura. vsitatius tamen ille dicitur cõsularis, hic verò quęstorius. Iustinianus in prooemio Codicis: Thomam, inquit, quæstorem sacri palatij & exconsulẽ. non quòd consulatum dimisit, vt exponit Accursius, sed quod est perfunctus consulatu, vt suprà diximus. Antonius Nebrissensis.



Exconsul est qui desiit esse consul, simile not. de quæstore & exquæstore. Instit. in prooem. §. cumque hoc.

Excusatio est alicuius iustæ causæ allegatio in defensionem vel supportationem alicuius.

Excusatio tutorum fit ex variis causis, & quædam innititur æquitati. Quidã enim excusantur ad tempus, scilicet qui causa reip. abesse cœperint, & reuersi, ad nouam tutelam intra annum non vocantur, sed verè rem cogũtur statim recipere. vt instit. de excu. tut. vel cur. §. item ij qui reipubl. Est & alia excusatio à tutela, quæ dicitur excusatio veteranorũ, qui excusantur à tutela, si sint à militia dimissi, honesta causa interueniente & iusta, puta propter infirmitatẽ, vel alia causam. Sed illa quæ aliã modo fit nõ vocatur honesta, sed causaria: vt ff. de his qui notãtur infamia. l. secundã. §. ignominiæ. Et perpetuò excusantur qui soluũtur à militia post viginti annos. Sed ad tẽpus qui intra viginti annos: & hoc diuersimodè tenet: quia si intra quin

que,nullam sibi vendicant immunitatem.Si verò post quinque annos solutus fuerit,habet immunitatem vnius anni,post octo annos habet immunitatẽ biennij,post xij.triennij, post xvij.quadriẽnij,post xx. annos habet excusationem perpetuã. Est & alia tutelæ excusatio eorum qui numero liberorum se excusant,vt Romæ liberorum trium.C.eo.tit.l.j.cùm concor. in Italia quatuor,in Prouincia quinque.Est & excusatio.eorũ qui morbo excusantur,vt cęci, surdi,muti,furiosi,& perpetua valetudine detenti.C.de excu. vete.l.vnica.

Excusatio eorum qui ætate excusantur,vt maior lxx.an.l. vnica prę.alleg.& insti.de excu.tu.vel cura.§.item maior.

Excusatio eorum qui numero tutelarũ excusantur, scilicet qui habent tria onera tutelę,id est, tutelæ,secũdum Azonem:quæ omnia habentur C.sub his tit. in rubro & in nigro. vide de hoc Azo.ibidem in Sum.

Excusator secũdum Azo.& Spec. eod.tit.est qui venit ad proponendum causas absentiæ alicuius qui non poterat simul ratione sui vel causæ procuratorem constituere, vt in causis criminalibus,in quibus licet procurator non interueniat(vt inf.pe.ff.de pub.iud.excusatur tamen à legatis causis absentiæ,& bene admittitur, vt in l. absens. ff. de procur. etiam si vocatus erat vt personaliter compareret.

Excurrere quid sit, & quid sum ma excurrens,declarat elegan ter Bud.in l.Publia.ff.depost.

Excurrere præter vulgatam signi ficationem accipiturinterdum pro scrutari , & diligenter inquirere.Vlpia.Si tibi mandauero,vt vires excuteres eius , cui eram crediturus,&c. Aliquando pro exactè aliquid expende re,vt in l.cùm in plures.§. mandaui.ff.loca. Quandoque est nomen exigere & debitorem appellare. Paulus in l.Lucius. de admi.tuto.Non prius ad magistratus reuerti potest, quàm si omnes tutores excussi fuerint,id est vt Bud. interpretatur,quàm expertum sit an suũ à tutoribus seruare possit.

Excussio, diligens est inquisitio rerum bonorúmque principalis debitoris vsque ad nouissimum(vt dicitur) quadrantem facta.

Execrari est,abominari vel detestari,& propriè attribuitur delictis dicendo,hoc delictum est execrabile.Inde factum,vt accipiatur etiam pro abhorrere. l.item. de alie.iudic. mut.cauſac.

Executor secundum Spec.eo.tit. est officialis per quem litisexecutio vel ipsius causæ præparatio iubente iudice suo expeditur,vel secundum Azo. propriè



priè est ille qui discussa causa sententiam executioni mandat.Vocatur etiam in iure apparitor. Require suprà,Apparitores. Aliàs etiam vocatur in iure diuersimodè. De istis modis est gloss. notabilis. C.de execut.rei iud.l. si vt proponis, quam prosequitur Speculat.in titul. de citatione. §. sequitur. prope princi. Item appellatione executoris intelligitur delegatus.capit.sciscitatus. de rescript. & cap. si quis contra. de foro competen. Vnde executores sunt, illi per quos iudex sententiam suam exequitur, & rem iudicatam mancipat effectui , & mandat executioni. Et duplex est executor , scilicet merus , & mixtus. Executor merus dicitur quando per nuntium non est demandata aliqua cognitio , sed tantum causæ executio , & talis non debet audire exceptiones: vt C.de executio.rei iudic.l. si vt proponis.præalleg.capi. de cætero.de re iudic.& ff.de iudic.l. si prætor. & de tali loquitur ca. pastoralis. §. quia verò. de offic.deleg.vbi bona gloss.de executione duplici,secundum Hostien.tamen tenetur admittere exceptionem excommunicationis, aliàs appellari potest. De hoc vide Archid. de exceptio.pia.libro sexto. Vel sic: Executor merus est qui non potest de fraude interposita cognoscere , nec ab illa appellatur , nisi modum executionis excedat. ff. de appella. & relatio.l.ab executore. & ij. quæst. vj.ei qui.§. ab executore. Sed à mixto executore bene appellatur si nõ admittit legitimam exceptionem , vel alias partes grauauerit.de appellat. cap.dilecto.& cap.vt debitus, sed executor mixtus est qui habet cognitionem causæ anne exam , vt in cap.nouit.de appell.& de iudic.c.decætero.præalleg.de officio deleg.c.pastoralis. in gloss. vt cùm Papa mandat alicui restitui rem suam: vel alicui dari beneficium,&c.talis debet recipere legitimas exceptiones, quantumcunque scribatur sibi absolutè à Papa: vt de offic. delegat. ex parte. de rescriptis. capitul. si quando. & cap.cum adeò.

Exemplar & Exemplum sic differunt autore Bartol. in l.Sempronius.de leg. ij.quòd exemplar est scriptura principalis, exemplum autem scriptura inde sumpta , quam vulgus copiam vocat.

Exemplaris dicitur illa substitutio quæ fit filio furioso seu mẽte capto in euentu mortis in furore seu non sana mente: & dicitur exemplaris,quia admittitur fieri prædictis, sicut pupillaris pupillis fit: quia sicut hi propter ætatem sibi per testamentũ ptouidere nequeunt, sic etiã

prędicti propter furorē,demen tiam seu defectū mentis, rebus suis superesse non possunt, vt insti.de pu.subst.§.j.in princ.In multis tamen differt à pupillari,vt infrà dicetur de substitutionibus.Significat autem hæc substitutio diuersimodè, vt significatum ex eius verbis vel aliàs vndecunque sumptum significare probat. Significat enim primo vel eius verba significant seipsam, scilicet quòd filio cui facta est substitutio, mortuo in furore vel demen tia, substitutus admittatur, vt §.j.instit.de pupil.substi. Significat vlterius tacitam vulgarem,argu.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.substit.§.j. institu. eod.titul.prælleg. Ratio,sicut enim in primo significato consideratur proprietas verborum eius, sic in secundo significato consideratur identitas personarum: vt quod per substitutionem testator filio prouidet sic, nisi aliud appareat. Significat etiam hæc substitutio pupillarem, verbi gratia, facta est furioso impuberi, si in furore decesserit, sensus est quòd si decedat in ætate pupillari,tunc significat pupillarem, quia facta impuberi,licet furioso, & valet pupillaris tantum, quia verba hoc significant, & quia defectus naturalis potius attenditur quàm accidentalis.l.iij.§. j.ff.de tutel.& hoc quando illa concurrunt quę requiruntur in pupillari,quia filius est in potestate patris,& sic de aliis. Si autem non concurrunt, tūc infra tempus pubertatis valet, vt exemplaris, postea non, propter limitationem illam,si in ætate pupillari decesserit. Si autem facta est sine temporis limitatione, tunc valet simpliciter seu pro omni tempore, vt exemplaris. Significat vlterius hæc verba, filio furioso substituto,subaudi,id est,si filius furiosus in furore decesserit,& requiritur quòd sit furor tempore mortis,vt in §.j.institu.de pupilla.substit.prælleg. & l.ex facto.§.j.ff. eodem titulo, licet aliàs per ista verba, Titio furioso lego, talem qualitatem sufficiat adesse tēpore dispositionis,vt in l.Mela.in princip.ff.de ali.& ciba.lega. quia apponitur causa demonstrationis. Ratio vtriusque, quia significatum sumptum est ex affectione, qua significatur ei prouideri cui prouidetur, eo modo quo potest,modo in primo casu melius prouidetur ei recipiendo ea verba in illo sensu. Sed secundo casu melius prouidetur furioso recipiendo verba demonstratiuè tantum, quod est proprium eorum significatum. Significant vlterius quòd existente conditione substitutionis, substitutus admittatur volens vel inuitus secundum quæ



litatem personæ substituti. Si enim est substitutus filiusfurioſus qui erat in eius potestate tē pore mortis est necessarius vel voluntarius.vt in §.j.insti.de he re.quali.& diffe.

Exemptilis, e, dicitur illud quod potest eximi siue detrahi ab alia re.Columel.li.nono de re rustica:Idcirco sunt exemptiles, vt cum res exigit,à paxillis deductæ liberum exitum præbeant.Vlpianus de auro & argento leg.l. argumenta. Lapides siquidem exemptiles sunt.

Exempta actio dicitur quæ intentari posse desiit. l. sed & si.§.actio.ex quib.cau. maio.

Exemptus dicitur qui à suo iudice siue iurisdictione ordinarij subductus est,&c.

Exemptio propriè est vbi aliqua conuentualis ecclesia canonicorum secularium vel regulatium monachorum, vel monialium, immediatè subest Papæ. Harum exemptionum alia vniuersalis, alia particularis. Vniuersalis est quæ cum vniuersitate iuris spectat ad Papam, ita quòd Metropolitano aut diœcesano nihil iuris manet in eadem. Particularis est quæ pro parte in certis casibus ab eorum iurisdictione eximitur,& aliàs pertinet ad eosdē, verbi gratia, Si fortè aliqua ecclesia quantum ad hoc est exēpta, vt nullus archiepiscopus vel episcopus possit in ea diuina suspendere,sicut in sua diœcesi,& aliàs ei exhibeat reuerentiam & honorem. Item exemptionismonasteriorum duę sunt species. Quædam enim monasteria nōn recognoscunt superiorem nisi Papam, alia sunt ordinum exemptorum, vt monasteria Cistercienſiū, &c. quæ non corrigit ordinarius loci,sed abbasvel prior eorum. glos. est in cle. attendentes. de sta.mon. Item exemptionum alia personalis, alia localis.Personalis est vbi archiepiscopus vel episcopus eximitur, vt à nullo nec etiam à legato sedis apostolicæ,nec etiam à iudice delegato excommunicari vel interdici valeat aut suspendi. Sed localis est quæ loco hoc est ecclesiæ datur.

Exemptile, quod eximi potest. l. argumento.§.penul.de auro & argen.leg.

Exequi, aliquando pro vlcisci.§. fin.instit.de iis, qui sunt sui vel alien.iur.

Exercere quæstionem, est torquere seu torturam inferre.

Exercitor dicitur is ad quem quotidianus quæstus & vtilitas nauis pertinet, magister verò nauis dicitur cui tota nauis & anchora commissa est. Require suprà,actio exercitoria: vbi de hoc.

Exercitus traxit nomen ab exercitatione.l.j.in fin. de mili.test.

Exercitum autem dicimus non vnum

vnam cohortem neque vnam alã,sed numeros multos militum.l.ij.de iis qui notan.infam.

Exero,id est peto,sic ponitur exeratur,id est petatur.l. vt verborum,quæ est fin. C. qui admit. ad bo.possess. ibi gloss. pen.vel est idem quod aperiatur via petenti.

Exæstuare est feruere, bullire, vel calescere,vt est glos. in cle.dudum.de sepul.

Exhedra in l.si verò. de iis qui de ie.vel effu. sumi potest pro cella studiaria,vt ibi ait Bud.Nam alioqui exhedræ erant loca, in quibus Philosophi apud Græcos in palæstra sedentes disputabãt,vt docet Vitruuius , quæ à sedium frequentia & sessitandi commoditate nomen traxere.

Exheredatio est alicuius à sua substantia vel hereditate exclusio,& alterius, seu alieni institutio, veluti cùm parétes exheredant filios, & scribũt alienos heredes in testamento,ita accipitur instit. de exhered.lib. per totũ. Et sic exheredare est filium constituere alienum à substantia vel hereditate paterna,& debet fieri causa inserta & probanda ab herede. Et propter quas & quot causas pater filium,& econtra filius patrem possit exheredare, not.gloss.in cap. Quintauallis. de iureiurã. & vide Bar.in l. filio præterito. ff. de iniusto rupto & irri.testa.

Exhibere est rem in publicum deducere seu ostendere, vt copiã habeat aduersarius rem suam tangendi,& eam sic visam si sibi sua videtur , vendicandi. de hoc.ff.ad exhibendum. l.ij. de lib.homi.exhib. l. iij.§. ait prætor. Require suprà actio ad exhibendum, quandoque etiam exhibere apud Iurisconsultos accipitur pro alere,vt in l.si qs de agnoscen.libe.

Exigere propriè est ab inuito extorquere.ff.de leg.iij. l. fideicõmissa.§.si rem:licet quandoque exigere dicatur quis etiam à sponte soluente, vt C. de furt.l. falsus.Habet & alia plura significata, quæ diligenter persequitur Alcia. in l. verbum exactæ. de verb.sig.

Exilium triplex not. Archid. xlv. distin.cùm beatus. in fin. & l.v. de interd.& releg.

Exilium voluntarium est quod quis sibi sponte assumit. l. aut facta.§.euẽtus. vbi Bud. de pœ.

Eximere est quoquo modo auferre, puta si quis non rapuerit quenquã,sed morã fecerit quominus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur: & datur in eum qui vi exemerit actio in factũ, quæ non id continet quod in veritate est,sed quanti ea res ab actore æstimata est,de qua controuersia est.

Eximere actionem,vide exempta actio.



Existimatio est dignitatis illæsæ status,legibus ac moribuscomprobatus.l. cognitionũ. de var. & extraord.cog.

Ex legibus,hoc verbum sic accipiendum est tam ex legum sententia quàm ex verbis.l. nominis.§.verbum.deverb.sig.

Ex nunc,prout ex tunc,& ex tunc prout ex nunc,hæc clausula retrahit extremum temporis ad initium , & vice versa initium ad extremum.

Exorbitantia appellant doctor. quæ à communibus iuris regulis deuiant.

Exorcistæ græcè, latinè dicuntur adiurãtes.xxj.dist. cleros. ad fi.

Expensæ sunt sumptus voluntarij,& non necessarij. Sed impẽsæ sunt vtiles & necessariæ , à verbo impendere dictæ: vnum tamen multoties pro alio ponitur,vt l.Intra.in fin.ff.de minoribus. Etiam impensæ pro voluntariis ponuntur , non solum vtilibus & necessariis. ff. de verb.sign.l.impensæ.vbi notatur quæ sint impensæ necessariæ,quæ vtiles, quæ voluptuariæ.Et expensæ differunt à dãnis:vnde iuramentum factum super vnum,non extenditur ad alterũ:nã expẽsæ fiunt causa litis:dãna vero ex discordia proueniunt, vt destructio domus, & similia,de iniur.ca. in nostra. in tex.& gl.

Expensum ferre propriè est scribere se pecuniam dedisse : sed plerunque vtimur pro adscribere & imputare , vt in l.mulier. ad Trebel.& l.pupillus. quæ in frau.credit.

Experiri quandoque ponitur pro respondere seu defendere, vt extra de iu.c.j.in anti. de proc. c.qui generaliter.lib.vj. Quandoque pro agere , vt de causa poss. & propriet.cap.pastoralis.

Expilatores secundum Azo. in Summ.C.& ff.de cri.expi.here. hi sunt qui ex rebus vacantis hæreditatis aliquid subripiunt & expillant,de pœ.dist.j.aut facta.Requite suprà actio expilla.hered.

Expilatores etiam vocantur qui viatoribus pallia & vestes diripiunt.l.j.de effract.

Explicatio est allegatio quæ supplicationem infirmat, vnde replicatio est allegatio cõtra exceptionem , & adiuuat actorem,&supplicatio est allegatio, quæ replicationem infirmat, & reũ adiuuat. Sed explicatio est allegatio infirmãs supplicationem, & sic pro actore cõtra reum.

Explosa,id est excluſa.ca. inquisitioni.de sent.excom.

Exponere, id est cõtra se ponere.

Exponi autem dicũtur infantes, serui, liberti,& languidi, si sine cura dimittuntur,vel eis alimẽta negantur à parentibus,à dominis vel à patronis,vt in c. vnico de infan.& langui.

Expressum quomodo dupliciter

suma

sumatur,not.ff.de vulg.& pup. substi.l.j.in princ.& de præb. si episcopus.in gl.certas,lib.vj.

Expressa pupillaris substitutio,require infrà substitutio.

Expromittere,est pro alio promittere, vnde expromissor.i. fideiussor. l. j. §. satis acceptio. de verb. oblig. quamuis Accur.in auth.de fideiuss.eos inter se differre existimauerit. Sed & expromittere aliquandò dicitur is cui pro se,nō etiam pro alio promittit, vt in l.hoc iure.§.si quis seruo.de donat.

Expugnari nauis quando dicatur, explicat eleganter Iurisc. in l.expugnatur.de incend.rui.naufr.

Expungere,idem est quod suprà diximus, dispungere, hoc est calamo transuerso rationem cancellare. Plautus in Cistel. Nunc quod reliquum restat, volo persoluere, vt expungatur nomē,ne quid debeā. Persius:Pupillumve vtinam,quem proximus heres impello, expūgam.Hermog. titu. de diuer.& temporibus.le.in omnibus:Rationes,inquit,reipub. subscriptæ & expunctæ.

Expungere est punctis circunducere & tollere seu cancellare: vnde expunctus miles qui è numeris exemptus est.l. penul.de re milit.at expunctæ rationes dicuntur, cùm vltima manus calculo & dispunctioni imposita est.l.in omnibus. de diuer. præscript.

Exquæstor est qui publicæ pecuniæ cōgregandæ, cōseruandæ, & quærēdæ officium habebat, sed hanc administrationem deposuit, vel dicitur ille qui quæstoris depositi administrationem,vt not.instit.in proœ. §.cū hoc.c.in gl.vide suprà exconsul,& infrà quæstores.

Ex seminario, id est stirpitus.l.iij. arb.fur.cæs.

Exterminare, est quasi extra terminos vitæ vel iurisdictionis suæ ponere.cle.vnica. de iureiur.& de hæret.excommunicamus.§.moneantur.& §. seq. ponitur etiam pro deponere, desolari,in exilium mittere.

Exterus religionis.i. alienus à religione.l.Nemo.C. de Iudæ.

Extimare, est alicuius rei certum pretium dare,& est idem quod taxare vel certum pretium diffinire & determinare. Sed orthographia poscit vt scribatur æstimare.

Extorres id est immunes vel insontes.de sent.excom. c. cōtigit.& distin.xix. nulli fas est,& ea dist.c.ita dominus.§. in omnem terram, & habetur C. de cust.reo.in l.j. de his. quæ est l. fi.& de pœ.dist.ij.item proinde, vbi dicitur nudari facultatibus propriis & patriæ suæ extorres fieri.etiam xj.q. j.conspirationum.

Quod autor hic citat ex xix. dist. cap.nulli fas est, extorris fiat, &c. in libris quibusdam legitur exors,id quòd eandem penè significationem habet cum dictione extorris, hoc præcipuè loco, cum exorrem eum intelligamus,qui extra sortem (hoc est partem,) sit: cui contrarium est consors hoc est particeps.Extorres autem plerunque appellantur exules, quasi extra terram eiecti, & ita interpretandum.in dicto capit. item proinde.

Extra,not.Archid.de rescri. statutum.lib.vj.§.iij.

Extraordinarium remedium est quod ob aliquā causam extra vel vltra cursum solitum alicui datur, vt restitutio minori læso,vel absenti causa iusta, necessaria,vel probabili, ad quæ remedia nunquam recurrendū est quādiu remedio ordinario locus est,ad quod potest haberi recursus.

Extraordinarium iudicium est coram delegato, vel quando non proceditur in figura iudicij,sed ex officio iudicis in modum inquisitionis vel denuntiationis.vide text.iuncta glo.in cap. quoniam contra.de prob.

Extra ordinem quid importet,vide Bartol.in l.j.ff.de furt.

Extranei heredes, vide in verb. Heredes extranei.

Extricare,est quod intricatum est expedire atque resolnere,siue enodare. Vlpianus libro nono ad legem Aquiliam.l.si seruus seruum. Si cum margaritas inquit, maritus dedisset in vsum extricatas, cāsque inuito, vel inscio viro perforasset. Margaritæ namque non possunt intricari in lineam vel in vestem,nisi perforentur, igitur extricatas dixit pro solutas,& non perforatas neque in lineā redactas. Nebr.

Extricatas margaritas interpretatur Bud. in l. si seruus. ad leg. Aqui. quæ ex rudi natióque habitu arte gemmarij expolitæ sunt.

Extunc,tempus extremum significat.ff.de condit. & demonst.l. si is.§.si ita.

## De Fante A.

FAber lignarius,dicitur nō solùm qui ligna dolat, sed generaliter omnis qui ædificat.ff.de verb.significat.le.ferri. §.fabros.

Fabricenses dicebantur qui erant deputati armis faciendis, reparandis vel vendendis, vt l.j. de fabric.lib.xj.C.Ioann. Andr. in c.si iudex.de sen.excom.lib. vj.dicit quòd fabricensis dicitur qui publica arma facit, ídque in publicis fabricis, & non alibi,& dat primicerio vt reponat in publicis armamentis, quorum brachia stigmate figurantur.

Fabriles operæ. ff. de præscript. verb.l. pen. & de ope. liber. lc. fabriles. Et quæ sint fabriles, &

& quæ obsequiales, & quæ artificiales, vide ff. de cond. indebit. l. si non sortè. §. si libertus.

Fabrorum præfectos. in l. diuus. de bo. dam. eos esse Bud. censuit quos Commentariensis qui dicitur, adiutores sibi assumpsit ad custodias obseruandas regendásque.

Fabula est quæ nec vera nec verisimilia continet, in procœ. Inst. §. cúmq; hoc. super ver. fabulis. & l. antiqui. ff. si pars hered. pet.

Facere, verbum est generale latéque patet. l. verbum facere. l. faciendi. & l. facere. de verbor. sign. Item dicitur ille cuius auctoritate fit. de sent. excomm. cap. mulieres, & facere dicitur quis statim, confestim, incontinenti, mox, ilico, quod facit sine interuallo, nullo actu contrario aut impertinente intermedio. de electione: quia propter. vbi dicitur quòd post collationem mox debet electio celebrari. Similiter cùm vis infertur personæ incontinenti repelli debet, id est sine interuallo, quasi bello cõtinuato. Item id quod in triduo facit. C. de erro. aduo. l. vlt. vbi dicitur q aduocatus potest reuocare errorem suum statim, id est infra triduum. Et hoc intelligit Placent. sicut sonat. Sed Accurs. hoc intelligit quando causa durat post errorem tantùm per tres dies. Item quod facit in decem diebus. ff. de constit. pecu. l. promissor. vbi dicitur quòd si quis sine die constituerit se soluturum pecuniam alicui, contra eum agi potest si statim non soluerit intra decẽ dies. Item quod facit in vno anno. xx. q. j. puella. vbi dicitur quòd si, insciis parentibus intra duodecimum annum velum acceperit, parentes vel tutores possunt hoc statim irritare infra annum. Item quod facit cũ quodam temperamento temporis, ita quòd nec minimum nec maximum tempus assumit, quod magis potest intellectu concipi quàm dici. ff. de solut. l. ratum. & l. quod dicimus. vbi dicitur quòd heres fideiussori testatoris hoc quòd ante aditam hereditatem soluit pro defuncto, statim soluere debet, scilicet cũ quodam temperamento temporis, nec enim statim cum sacco paratus venire debet. Item quod facit quamprimùm potest. de restit. spoliat. olim causa: vbi dicitur quòd vim illatam rebus potest quis repellere incontinenti, id est, quam cito poterit, collectis amicis, ita tamen quòd illud incontinenti non extendatur vltra annum. Hoc Ber. de cle. quia propter. Idem quod facit in vno mense. j. q. j. constat, vbi dicitur quòd si aliqui ordinati sunt ab hæreticis per vim, si statim renuntiauerint conciliabulo hæreticorum



eorum, id est infra mẽsem, tũc excusantur. Itẽ quàm cito scit, vt xxij. q. ij. mulierẽ. Item quod facit quandoque, vt ff. si cert. pet. l. ij. vbi dicitur, Cuicunque rei assentimus alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex eo cõtractu, credere dicimur.

Facere quod potest, qualiter quis conueniatur & quomodo intelligitur, habetur in l. sunt qui. cum nouem legibus seq. ff. de re iud. nam patroni patronorum liberi, & parentes eorum, miles armatæ militiæ, vel doctor presbyter, &c. si condẽnantur ad id quod facere possunt, non totum quod habent, extorquendum est, sed ratio habenda est ne egeant, vt in l. in condemnatione. ff. de reg. iur. Nã intelligitur quis facere debere quod commodè & honestè potest. Nec enim videtur fieri posse, quod non fieri honestè. ff. de verborum significatione. l. nepos proculo.

Facere partem dicitur qui efficit vbi sibi coniunctus nõ plus accipiat parte sua.

Facinus, id est dolus. ff. de actio. & & oblig. l seruus. §. non.

Factitare est frequenter facere. l. Fulcinius. §. latitare autem. ff. quib. ex cau. in possess. ea.

Factio est conspiratio. l. quisquis. C. ad. leg. Iul. maiest. vbi gloss.

Factionum duces qui dicantur, vide Bar. in l. constitutiones. ff. de appel.

Factum & gestum licet strictam quandam inter se habeant differentiam, abusiuè tamen nihil differunt. l. licet. de verbo. significatione.

Facultates magnæ dicuntur quinquaginta aurei, vt C. de def. ci. l. j. Vel x. libræ auri, vt in authenti. de appel. §. ij. Vel ccc. aureorum, vt in authen. de def. ci. §. & iudicare. Vel verius vsque ad quingentos solidos summę paruæ. si vltra summæ magnæ. Instit. de aut. tut. in §. nos autẽ.

Falcidia, dicitur lex Falcidia à tribuno plebis qui ipsam adinuenit ad hoc quòd quis extraneo testamento suo legare non posset, quin ad minus quarta remaneret heredi, quòd si contra faceret, locum non haberet: & sic dicitur falcidia à falce, ad defalcandum de singulis legatis, per quam permittitur heres habere quartam partem legationis, vel hereditatis, quando etiam tota hereditas vel maior pars est legatis exhausta. Et est triplex falcidia secundum Ioan. And. in gloss. distinct. ij. responsa prudentum. Require infrà, Lex falcidia.

Fallacia, vide suprà in ver. dolus malus.

Fallonia (aliàs felonia) est culpa iniuriæ propter quam vasallus amittit feudum. Et est quædam culpa quæ respicit dominum, scilicet, quando tribus

vicibus citatus legitimè, fide litatem præstare noluerit, vt in vsibus feudorũ,quæ fuerit prima causa beneficij amit. cap.j. Est & alia causa quan do infeudauit,alia lego quam ipse habet, vel talem vassallum qui feudo deseruire non potest. Sunt & aliæ feloniæ, propter quas feudum amittitur,& non respicientes dominos,vt notat Hostiens. in Summa de feud. vbi vide.

Falsum est quod caret veritate,vt rescriptum falsum, quod non habet aliquod primordiũ seu substantiam veritatis, scilicet quod non emanauit à Papa,& tamen apparet emanasse.cap. sua nobis.de offic.vic.vbi de hoc. Sumitur tamen quandoque falsum pro iniusto, vt in §.eadem.insti. qui, & ex quib. cau.man.non poss.

Falsus tutor verè dicitur qui tutor non est.Sicut falsum est testamẽtum & testamẽtum non est.l.Paulus.de verbo.signific.

Falsarij sunt qui crimine falsi tenentur, vel qui crimen falsi commiserunt.cap. ad falsariorum.extra de crim.fal.

Falsitas est imitatio veritatis: nam falsatores semper studẽt imitari ea quæ vera sunt,vt falsa videantur verisimilia, vt in auth.de instr.can.in prin.Et ad esse falsitatis tria requiruntur, quorum si alterum deficit,falsitas non est punibilis,scilicet mutatio veritatis,dolus, & q alteri noceatur, iuxta not.per Host.& Az.& per tex.in l.quid sit falsum.ad l.Corn.de fal.

Falx messoria,est qua frumentũ metitur.Falx putatoria qua vites aliæque arbores putantur. Falx fœnaria,qua fœnum secatur, quę dumaria quoque dicitur, qua etiam spinæ vepresque cæduntur. Vlpia.de fun. instr.l. instrumẽta.Falces, inquit,messoriæ, falces fœnariæ. Ant.Nebr.

Fama secundum Spe.tit.de noto. crim.§.fama,est illæsæ dignitatis status,legibus & moribus cõprobatus & in nullo diminutus,secundũ gl.in l.j.C.exquib. cau.inf.irr.Et hæc fama quandoq;minuitur,quãdoq;consumitur in totũ,vt ff.de var.& extraor.cog.l.pe.§.existimatio.& §.minuitur.& §.consumitur.& loquitur de fama hominis.Sed fama de aliquo negotio describitur sic,Est cõmunis & clamosa insinuatio insurgens apud totam vel maiorẽ partẽ populi ex certo autore proueniens.Et in descriptione famæ per Spec. nomen dignitatis non ponitur pro honore publico, sed pro potẽtia à natura cũctis attributa.Et hæc descriptio locum habet tãtũ in bona fama. Ideò secundũ eundem Spe.potest hoc modo describi,vt cõprehendat & bonã & malã famam.Fama est vehemẽs vulgi & maio



& maioris partis populi opinio rei de qua quæritur cõsentiẽs vel cõsonans.Fama de homine sic cõsueuit describi,Est dignitas,status,vita ex moribꝰ comprobata. Et fama,opinio, & existimatio idem sunt.

Fama differt à rumore, quia fama certũ habet autorẽ,rumor verò incertum.Item fama procedit à maiore parte viciniæ, rumor à minori.not.Io.And. c. vestra.vers.Ad gradum. de cohabita.cleric.

Fama differt à clamore,quia fama est plurimorum, clamor paucorum.notat Felinus in capitulo qualiter ij.in princ.de accusat.

Fama quando probetur,vide Bartol.in l.de minore. §. plurimũ. de quæst.

Familia,tum pro pecunia accipitur rebúsque hereditariis, vt in l.xij.Tabularum, cuius verba ponuntur in titulo de verborũ significatione: Agnatus inquit,proximus familiam habeto,id est, hereditatem. hinc titulus apud Iurisconsultos de familia erciscunda, id est, diuidenda hereditate. Aliàs familiæ appellatione famuli & serui propriè continentur :vnde & familia dicta est. Vlpian. libro xlix,de vi & vi.l. j. Familiæ, inquit appellatione serui continentur. Item Vlpianus libr.xxj.de ædil.edict.l.ædiles. Familiæ, inquit,appellatione omnes qui in seruitio sunt continentur etiam liberi. Hinc patresfamilias & familiarum dicti,& dicitur familias in genitiuo casu,quod apud antiquiores nomina primæ declinationis in a terminata, as faciebant genitiuum: vt Næuius: Rubens atque purpureus filij terras & Liuius Andronicus: Escas habemus mentionem. pro terræ atque escæ,neque habet accentum in vltima,quo modo nunc vulgus loquitur, sed in tertia à fine familias, hoc est in secunda syllaba, Antonius Nebrissensis.

Familiæ appellatione quid veniat,vide Bartol.in l.j.§. familiæ.ff.de vi & vi arma.& l.fina. C.de verb.sig.idem Bartol.in l. si cognatis.ff.de reb.dubiis.latius text.in d.l.fin. & in l.pronũtiatio.& l.detestatio.de verborum signific.

Familiæ erciscundæ,i. hereditatis diuidendæ.not.in rubro.ff. famil.erciscund.Require supra actio famil.erciscund.

Familiaria sepulchra dicũtur quę quis sibi familiæq; suæ constituit.l.v.de relig.& sump.fun.

Familiaris & domesticus in quo differunt,ponit Bal.in ca.in literis.de testi.& Felin.in ca.insinuante.versicu.& quæ differẽtia sit,de officio delegati. & dicitur desinere esse familiaris quando dominus eum licentiauit,vel quando ipse familiaris

seipsum licentiauit.vt not.Io. And.in c.fi.de verbo.sign.in nouella.in vj.

Familiaritas pro similitudine. §. adeò.Instit.de loca.

Famulus,mancipium, & seruus qualiter differant,not. Archi. xxxij.q.iij.cano.patrem.

Famosum carmen secũdum Azo. in Sum.C.de iniur.est dictamẽ vel historia composita ad alicuius infamiam.

Famosus libellus potest proprie dici liber conscriptus ob alicuius infamiam.ff.de iniur.l.lex. §.si eius librum.

Fanatici olim dicti sunt homines numine afflati,qualis describitur Cumæa Sybilla apud Virg. lib.vj.à fando,quòd futura prę dicerent, meminit.l.j.de ædil. edict.vbi Bud.

Fasces,id est honores seu dignitates,in authe.de consul.circa princip.& vt iudi.sine quo.suffrag.§.necessitatem.& vide ff. de offic.procon.& lega.l. ante penult.& ibi gloss.propriè autẽ erant fasciculi virgarum, intra quas alligata erat securis, ita vt ferrũ summo fasce extaret. Hos fasces lictores consulibus & proconsulibus præferebant.

Fasti dies erant,quibus lege agere licebat.Fasti autẽ libri, quibus totius anni fit descriptio, & causæ festiuitatum explicãt, vulgò vocamus kalendaria.

Fastigium,id est altitudo vel magnitudo.C.de no.Cod.compo. §.j. vel est culmen dignitatis, vel summus honor, secundum Papiam,vt not.per.Archid. lix. distinct.ordinatos.& C.de procurat.l. penult.

Fatum est genus diuinationis,cui qui intendit damnationem animæ suæ incurrit. xxvj.q. vij. non obseruetis.

Fatalis dies secundum Azonẽ in Sum.C.de temp.appel. dicitur spatium temporis intra quod appellãs debet appellationem prosequi,& quidem olim quatuor dies fatales concedebantur,quorum primus erat spatium sex mensium,& hoc si appellatum fuit à sententia clarissimi viri,vel spectabilis viri,vel delegati à principe. Secundi autem dies fatales sunt spatium xxx.& vnius dierum. Tertij & quarti sunt similiter totidẽ,si saltẽ interiecta fuerit appellatio à delegato,vel spectabili, vel clarissimo viro, prout hoc habetur in l.ij.C. de temp.appel. Hodie autem ex ordine vnus tantùm fatalis dies est,id est annus.Sed si iusta causa intercesserit,alius annus indulgetur, & ita erit secundus dies fatalis,quo transacto lite non contestata rata manet sententia:vt in authe.ei qui appellat.in dicto titulo de tem. appel.Dicebantur autem fatales dies, quia in eis fatum id est terminus causæ imponitur,vel mors accidit causæ.

De F



## De F ante E.

Febris,vt definitur in l.quæsitum. de re iudica. nihil aliud est, quàm motus corporis contra naturam.

Federati,vide Fœderati.

Felonia dicitur delictum quod committit vasallus contra dominum:vt habetur in vsibus feudorum.c.j.de alie.feu.

Fœnum an veniat appellatione frũgũ.not.in l.j.§.j.Labeo.ff.de aqua pluuia arcend.& sumitur fœnum octo modis secundum Archi.in ca. vnum orarium.§. pen.xxv.distinct.Venit autem appellatione fructuum, vt est tex.in.l.si vsufructuarius messem.ff.quibus modis vsusfruc. amit.& in l.pratum.ff.de verb. signific.& Ludouicus Roman. in suo not.ccccclx.

Feriæ secundum Azo.in Sum. C. feriis. dicuntur à foro, quasi fœriæ, quia præstant vacationem ab his quæ consueuerunt agi in foro. Et sic feriæ sunt quædam solennitates temporum,in quibus causæ tractari nõ debent:Vnde feria vno modo capitur pro qualibet die in hebdomada,& ita seruat ecclesia dicendo,feriâ prima,feria secunda.Et dicitur à for faris.ſà fando, id est loquendo, quia singulis feriis solo verbo loquendo Deus creauit hominem & omnia.Alio modo capitur pro die solenni festiuanda,& sic dicitur à feriendis victimis quæ offerebantur in feriis,vel à feriendo secundum Papiam,quia & si omnibus diebus abstinendum sit à malis, istis tamen præcipuè:vt in capitulo j.de feriis.

Feriarum aliæ sunt repentinæ, quas Imperator, vel princeps indicit repentinè propter victoriam vel vxorem ductam, vel filium natum, vel propter publicam cõgratulationem ob diem natalis Imperatoris. vt C.eodem titul.l.j.& dicuntur repẽtinæ,quia sunt certæ,imò quia repentè & subitò indicũtur,& à nullo iudice indici possunt nisi à principe, vt in l. j. C.de feriis.Aliæ sunt solennes quarum quædam indicuntur ob reuerentiam Dei, vt dies dominicus,vt l.ij.C.eodem tit. &l.omnes dies.Aliæ ob honorem principis,vt die natalis vel coronationis eius.C.eod.l. fin. & in d.l.omnes dies.Aliæ antẽ ob honorem ciuitatum & Dei natalitij maximarum vrbium, vt Romæ & Constantinopolis. l.omnes,præalleg.Aliæ ob necessitatem hominum, vel publicam vtilitatem vt sunt duo menses,vnus gratia messium, alius causa vindemiæ, de quibus etiam in præalleg.l.omnes dies.Has vero ferias,Spec. eo. tit.non vocat solennes,sed iudicat rusticas vel publicas, quia propter rempub. vel vti-

litatem rusticam indicuntur, & forte Spec.mouetur ex l.j. in princ.ff.eod.titu.Et statuuntur hæ feriæ secundum cõsuetudinẽ loci,& secundũ varios terrarũ ritus:vt ff.de fer.l. præsides.

Feriæ latinæ quarũ mentio in l.ij. §.quoties,de orig.iur. olim inductæ fuerũt ob inducias inter pop. Rom. Latinósq; firmatas.

Ferri propriè dicim⁹ ea quæ quis in corpore baiulat,portari verò ea quæ quis iumento secũ ducit.Agi verò vel duci dicuntur animalia,vt ff.de verbor.signific.l.ferri.

Ferruminare,est per eandem materiam conglutinare,quemadmodum ferrum ferro adglutinatur, non interueniente alia materia.Plautus in Milite:Labra labellis ferruminauit, id est, premendo adglutinauit. Pomp.libr. xlj.de acquirendo rerum dominio. l. quicquid. Quicquid, inquit, alieno argento ferruminaueris.Cassius quoque apudPaulum.l.in rem. §.item.ff.de rei vendic. Ferruminatio, inquit, per eandem materiam facit confusionem. lege replumbo,as,& quo differat à ferrumino,as. N.

Ferruminatio est eiusdem generis materiarũ solidatio & coniunctio,vt si scypho argenteo fundus ferreus apponatur .de hoc notat.in l.in rem. ff. de rei vend.sed applumbatio require suprà in A.

Feudum secundũ Host.& Az.co. titu.in Sum.§.j.est beneficium alicuius rei,inuestitura interueniente sic concessæ seu datę alij,vt dominium penes concedentẽ remaneat,cuius occasione recipiens & successor eius cõcedẽti domino ad id de quo & quousq; conuenit,aut feudi natura requirit secundum diuersarum regionum consuetudines obligat: quib⁹ deficiẽtibus iuri scripto obligatur. Pro diffinitione feudi,& vide glos. in vsib.feud.& quib.mo.feud. amit.in prin.& summã ad quã ibi remittitur.Dicitur autẽ feudum à fidelitate vel à fide quã vasallus domino præstare tenetur.Nec enim debet aliqua inuestitura fieri ei qui fidelitatẽ facere recusat,nisi feudum eo pacto sit acquisitũ vt de eo fidelitas non præstetur:vt in const. feudor.per quos fiat inuest.& per quos recipiatur.c.nulla.& c.seq.& in quibus cau.feudum amit.in c.ij.§.j.in vsi.feud.no. Item feudum est res concessa alicui ad vtendũ pro seruitio. secundũ Gotfred.est beneuola concessio rei pro homagio facta. Et additur concessio beneuola,quia sit ex grata beneuolentia,ergo beneficium dicitur.Etiam ideò concessio dicitur,quia apud dominum remanet proprietas & dominium directum, sed vasallus acquirit vsumfructum & vtile dominium:argu.eorum quæ not. de emphyteuta. ff. si ager vectigalis.l.j.§.qui in perpetuum. & fuit hoc dictum suprà. Potest etiam sic describi. Feudum est beneuola actio tribuẽs gaudium capienti, cum seruitio retribuendo, per quam transfertur vtile dominiũ de domino in vasallum.

Feudum ligium secundum Spec. titu.de feu.in tractatu libellorum.§.quoniam super homagium.ver.porrò.est quãdo causa & occasione homagij ceperit à domino,vt cùm Barto. dicit alicui pauperi militi,q̃ aliquem rẽ immobilẽ sibi daret si ei faceret homagium & illam dedit, talis res vocatur feudũ ligium,& talis vasallus homo ligius vocatur,& hæc probantur in l.feu.si de feudo controuer.fue.vide infrà homagium.

Feudatarius est qui feudum recipit,qui etiam vasallus dicitur.

## De F ante I.

Fictio iuris est quando ius certũ de aliquo facto fingit statuendo oppositum exemplũ,bene fingit vxorem stipulatam dotem reddi sibi,licet sit certum quòd non fuerit stipulata, sed in fauorẽ mulieris hoc lex fingit.Abb.extrà,in c.is qui.num. 6.de sponsa.& in ca: quanto. de præsum.De materia fictionũ, vide latissimè per Iaso. in repe. solẽni. l.si is qui pro emptore. ff.de vsucap.

Fictio iuris differt à præsumptione, quia fictio iuris semper est cõtra veritatem,vt in iure postliminij, &c. Præsumptio autem frequenter intelligitur stare cum veritate, sicut sæpè stat.Ius enim fingit aliud quã est,vt fingit mulierem stipulatam quæ non est.l. vnica. in princip.C.de rei vxo.actio. Fingit natum quod non est.ff.de statu hominum.l.qui in vtero. Fingit non esse natum quod est natum. ff. de liberis & posthumis. l. Titius testamento. §.Lucius. Fingit viuere quod non viuit.institut. de excusar. tutorũ.§. defuncti autem.ver. hi enim.Fingit non conceptũ eum qui mortuus nascitur.ff. de verborum significatione.l. qui mortui.not. Azo.in princ. Sum.circa x.prædicamenta. Et Goffr.in Sum.de præsumpt.

Fictus secundum Bal. aliquando appellatur census. Bal.in tit.de pa.Constan.in vers.persoluere. &l.cẽsualis.C.de don.& Fel.in capit.ad audientiam. versic.& dum remittit.de præscript.

Fides est substantia rerum sperandarum,argumentũ non apparentium, secundum Apostolum in Epistola ad Hebr.xi. Primum dicitur, quia sperare debemus quod dictum est à Prophetis futurum.Secundum dicitur, quia prophetias iam completas debemus habere

argumentum,id est probationem,non apparentium,id est, de futuris complendis. Sed illa est quædam notificatio, & non vera definitio, quare magistraliter sic definitur, Fides est voluntaria certitudo absentium,infra scientiam, & supra opinionem constituta. Augu. dicit, Fides est credere quod non vides.Et duæ sunt species eius,scilicet formata, & informis.Et capitur multis modis, de quo vide gloss.bonam in c. firmiter.de sum. Trin.& fide catho.

Fideicommissum est illud legatum, vel relictum quod committitur fidei heredis alicui dãdum ab eo, vt cùm testator dicit, Heres ,fidei tuæ committo vt des legata & cõmissa, vt secundum Azo. in Sum.C. de fideicom.tit.§.sequitur.Hodie tamen non est differẽtia inter fideicommissa & legata, sed olim multæ erant differentiæ. Omne enim legatũfideicõmissum dici potest & econtra,pro quo est text.instit.de leg.§.sed nõ vsq;.Nam ipsorũ eadem est natura.ff.de leg.j.l.j.vbi dicitur,Per omnia exæquata sunt legata fideicommissis.

Fideicommissarius est ille cuius fidei legatum vel relictũ committitur.

Adde quòd imò fideicõmissarius est ille, cui fideicommissum præstari debet.§.sed qui.Insti. de fideicommiss.hered.

Fideicommissaria libertas,require infrà libertas.

Fideicommissaria hereditatis petitio est quæ competit ei, cui fideicommissaria hereditas restituitur ex senatusconsul. Trebelliano aduersus possessores rerum hereditariarum.

Fideiussor est qui alienam obligationem in se recipit, vel suscipit fidem, principali nihilo minus manẽte obligato,videlicet,qui se pro alio obligat, vt eo,scilicet principali debitore non satisfaciente,ipse satisfaciat.Et dicitur quasi iussu alterius ponens fidem suam, vt Institut.eodem tit.in princi.& ff.eod.l. prima,& secunda.Est autem fideiussor nomẽ generale,quia cõprehẽdit sub se mandatorem, & constitutorem,& eum qui ex toto in se alienam obligationem trãsfert, qui & promissor vocatur.Sed hi differunt inter se : quia constitutor non obligatur nisi præcedat obligatio quæ in iuribus data sit : vt in l.j.&iij.§.j.cum aliis.ff. de consti.pec.& l.ij.C. eo.tit. Fideiussor verò obligationem præcedit & sequitur, Insti.eo.tit.§. fideiussor. Mãdator autẽ nunquã sequitur sed semper præcedit obligationẽ, vt ff.man.l.si verò nõ remunerandi causa.§.si post creditam. nisi in casu qui habetur in eo. §. ver.planè.Et differẽtiam hic positam



positam no:glo.in l.prælleg.§. si post.in prin. cui similis gloss. C.eod.titu.super rubrica. Et q̃ præcedat obligationem, vide Host.in Sum.eod.tit.§.j.

Fideiussor in rem suam dicitur, qui fideiubet pro aliqua re in ea causa,qua res futura est ei?: verbi gratia, dedi procuratorem ad defendendum in causa mea,& fideiussi pro eo iudicatum solui, hoc casu fideiussor in rem meam dicor,l. si defunctus.ff.de procurat.

Fideiussio ita fit, si interrogetur fideiussor sic : fide tua iubes quod iste debet? & ille respondeat,fideiubeo:vt insti. eod.tit. §.in stipulationibus. Hodie tamen secundum Host.in Sum. eodem tit. §. qualiter: vulgares vtuntur hoc modo. Es fideiussor pro tali? & promittis mihi pro eo?& iste respondet,sic:vel, Promitto.

Fidelitas secundum Host.in Sum. de feu.§.quid sit fidelitas, nihil aliud est nisi iusiurandum quod à vasallis præstatur domino. Et ibidem habetur plena forma fidelitatis: vt xxij.q.v. de forma. de iureiur.cap.ego N.Et in quo differt ab homagio,not. in cle. pastoralis.§.rursus.de re iudic.

Fiduciaria hereditas est eadem quæ fideicommissaria, l. certi. ff.si certum peta.

Fiduciaria vẽditio dicitur, in qua pactũ redimendi interponitur.

Fiduciarius heres is est, cuius fidei commissum est,vt alij hereditatem restituat. l. Seius. ad Trebellianum.

Fieri in continenti dicitur hoc, quod potest committi iudicis arbitrio,vt dicit Alanus de appel.c.an sit.in glos.pen.id est,in actu se tenente, hoc est, antè, quàm cõtrahentes se ad alium actum & negotia diuertant.ff. de verb.oblig.l.continuus.vide suprà facere,vbi de hoc.

Figlina,æ,est officina figuli,id est, illius qui facit vasa fictilia. Plinius lib. septimo: Figlinas:inquit,primus inuenit Chorœb⁹ Athenienſis. Idem libro xxxv. In erudis fictilibus vtuntur, donec figlinum percoquatur, id est,opus figuli in figlina factũ. Iurisconsultus de fund. instru. l.fundi.Cum in fundo,inquit,figlinas haberet, & in titulo de seruitutibus rusticorum prædiorum, sæpe. Ant.Neb.

Figlinæ dicuntur loca in quibus figuli exercent officia sua vel artem.

Filius est is,quem nuptiæ demonstrant.ff.de in ius vocan. l. quia mater. vel per confessionem patris & matris. c. transmissæ, qui fil. sint legiti. vel per affectũ:extrà de præsump. afferte. ij.q.vj.ad Romanã: & statur his cõiecturis donec probetur contrarium secũdum Gof. in Sum. tit.de natis ex li.ven.

Filius largè & secundum veram significationem verbi, se ex-

rendit non solum ad veros filios, sed & ad nepotes & alios quos amore prosequimur, quia dicitur à philos quod est amor: verum secundum vsum & consuetudinem non, sed tantummodo de propriis filiis intelligitur.

Filij nomine in statutis filia non venit. Fel. in rub. de fid. instru. col.fi.& generaliter an & quando filij appellatione contineatur filia, tradit latissimè Bartol. in l.j.de verb.sig. Et Dec. in le. fœminæ. de reg. iur. An autem contineantur nepotes, tradit idem Bart. in le. liberorum. de verb.sign. Et palam est posthumos quoque filiorum appellatione contineri, vt in §. fin. inst. qui testa.tuto.

Filij secundum Azo. in Sum. C. de nat. lib. sunt multiplices. Aliqui sunt naturales & legitimi, vt qui nascuntur per legitimum thorum. Alij sunt legitimi tantum, vt adoptiui. Alij naturales tantum, vt nati ex concubina vnica & in domo indubitato affectu coniuncta. Alij neque naturales neque legitimi, vt qui ex illicito & damnato coitu nati sunt de his omnibus est glo. institu. de adoptio. in princip. & glo. in c. per venerabilē. qui fil sint legiti.

Filius adoptiuus. Require suprà, Adoptio.

Filiusfamilias dicitur qui est in potestate patris vel parentis. l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Filius naturalis & bastardus idem important. gloss. est in rubri. ff. de concu. Bart. in le. ex facto. §. si quis rogatus. in fine. ff. ad Trebellia.

Filij spurij dicuntur qui de adulterio ex soluta cùm non soluto, vel ecõuerso concepti sunt. c. transmissæ. præalleg. l. vulgo. ff. de sta. homi.

Filiaster filiastra est filius vel filia ex alio coniuge genitus vel genita, non ex eo quem modo habet mulier. xxx. quæst. j. si quis filiastrum.

Filiatio probatur vt per Doct. in l. Lucius. ff. de conditio. & demonstra. per communem nominationem parẽtum, & quòd natus est in domo mariti commorantis vxori vel concubinæ. leg. filium. ff. de his qui sunt sui. gloss. cap. Michael. de fil. presby.

Finium regundorum. Require suprà, Actio finium regũdorum.

Finitimus, id est vicinus. cap. per tuas. de senten. excom.

Firmum & ratum differunt quia firmum dicitur esse de facto, ratum verò de iure. Barro. in le. id quod pauperibus. iuncta gl. C. de epis. & cler.

Fiscus, siue fiscina, siue fiscella, textum est ex sparto. Et præterea fiscus, textum in quod oliuæ tritæ immittuntur, vt torculari expressę exsudent oleum cum amurca: Columella libr. duodecimo: Intrita oliua nouo fisco includitur. Plinius libr. xv. Fiscinas olearias spongia tergendas. Vlpian. in titu. locati. l. sed addes. Fiscos, inquit, quibus ad præmenda olea vtimur. Fiscus ex sparto quoque est saccus in quo numerosiores pecuniæ adseruantur. Iuuenalis: Incrementa domus ærata multus in arca Fiscus. Cicero in Verrem: Fiscos complurescum pecunia. Sed quia principis pecuniæ vectigales ita magnæ sunt vt nequeant loculis aut crumenis minoribus capi, consueuerunt deferri in sparteis fiscis. Inde fiscus pro pecunia publica plerunque accipitur. Iuuenalis: Quicquid conspicuũ pulchrúmque, ex æquore toto est, Res fisci est vbicunque natat. Vnde apud Iurisconsultos titulus est, de iure fisci, & de fiscalibus debitoribus & exactoribus sæpe legimus.

Fiscus est saccus regius in quem reducuntur vel cui applicantur bona bannitorum vel proscriptorum, taliter accipitur. ff. locati. l. sed addes. §. fiscos, vel est regij vel imperialis thesauri cõgregatio vel imperialiũ bonorum collectio, vel priuilegium, quia fiscus multa habet priuilegia: vt not. Azo. in sum. C. de pri. fis. ad quod vide not. C. de iure fis. in rubric. Et nota quòd differentia est inter fiscũ & rempublicam, sicut inter speciem & genus. Fiscus enim est bursa solum de commodo pecuniario, sed respublica pecunias, honores, præmia, & alia considerat. not. in le. mancipia. C. de ser. fugi.

Imò in præalleg. §. fiscos. nomen fisci vas ex viminibus contextum significat, vt ibi animaduertit Bud. Et quæ olim esset differentia inter fiscum & ærariũ, vide suprà in ver. Aerariũ.

Fit & fiunt, hæc verba non tantũ respiciunt præsens, sed etiam futurũ. xxv. q. j. generati. in tex. & in glo.

Male hoc not. autor ex eod. text. nã loquitur de verbo fit, quod glo. attendit etiam ad verbum Fiat, non de verbis Fit, & Fiunt, quę nullo modo aptari possunt ad tempus futurum.



## De Fante L.

Flagitare in l. ij. de priu. deli. est instanter pudicitiã alterius attentare, vt docet ibi Bud.

Flamines dicebantur sacerdotes gentilium, à filo quo in capite vtebantur, à quo dicebantur flamines quasi filamines: nam nudis eos capitibus penitus incedere nefas erat. dist. xxj. cleros. post medium. Inde archiflamines & protoflamines, vt eadem dist. §. j.

Flauius, cognominatus est Iustinianus Imperator, non quod

Flauios

Flauios denicit, vt Accursius interpretatur, neque quod capillos habuerit flauos, quod nusquam legitur, sed quod fuerit ex gente Flauia, ex qua fuerunt Vespasianus, Titius, & Domitianus. De quo Iuuenalis: Dum iam semianimē laceraret Flauius orbem, Vltimus.

Floci nomine intelligitur habitus habens manicas longas & amplas. Cuculæ verò nomine habitus longus & amplus sine manicis, vt in cle. ne in agro. §. cum verò. de statu mona.

Fluctuare, id est dubitare. xij. dist. c. illa.

## De F ante O.

Fodinæ dicuntur loca vel foueæ vbi aliquid foditur. dis. xxj. cleros. Inde dicuntur ferrifodinæ foueæ, vbi foditur ferrū, & aurifodinæ vbi foditur aurum.

Fœderati sunt non (vt Accur. putat in l. non dubito. de capti. & postli. reuer.) quibus cùm induciæ factæ sunt, sed cum quibus populus Rom. amicitiam (vulgo ligam vocamus) coierat, sociósque appellabat. Bud.

Fœnerare apud Iurisconsultos est fœnori pecuniam accipere, vt annotauit Alcia. lib. iiij. de ver. signifi.

Fœnebris pecunia, quæ fœnori datur. §. penulti. institut. quod cum eo.

Fomenta, sunt medicamenta, dicta à fouendo, hoc est, calefaciendo & recreando. Ouid. Fomētísque iuuas vulnera nostra tuis. Inde est fomentare, & fomētatio, vt apud Iurisconsultos de lega. iij. l. si cui. Nec ea quidem quæ fomentationis causa parata sunt.

Fomes carnis est languor naturæ vel animæ, qui appellatur concupiscentia carnis. xv. q. j. c. meritū. §. itaque, & non est peccatum, sed pœna peccati. Et dicitur animæ infirmitas, quia accedit animæ ex coniunctione carnis. §. itaque. præal.

Foraneus dicitur qui forum tenet, vel de foro venit. iij. qu. vj. peregrina.

Foresta est locus vbi feræ inhabitant vel includuntur, glos. in ca. cùm dilecti. de dona. aliàs dicitur latum nemus: de his ponit Feli. in c. Rodulphus. in j. versi. quid autem sit foresta, de reser. Et vbi quis habet vsum venandi secundum Ber. de dona. cum dilecti. in glo. j.

Forma sutoris, est lignum illud quo calcei informantur. Horatius secundo Serm. Si scalpra & formas non sutor nautica vela. Vlpianus in tit. ad legem Aquiliam. l. sed & si. Si forma, inquit, calcei ceruicem percussit. Item Vlpianus titulo locati. l. item quæritur. Si forma calcei tam fortiter ceruicem percusserit.

Forma, facies cuiusque rei seu figura. l. mulieris. de verbo. sign.



quandoque sumitur pro ordine, hoc est decuria vel classe. l. scriniis. C. de pala. nonnunquā pro ligno quo calcei informantur. le. sed & si. ad leg. Aquil. A Doct. verò plerunque accipitur pro solennitate quæ à iure requiritur in conficiendo aliquo actu.

Formula, require suprà Actio.

Formidolosus pro timido. §. sinautem. Insti. de pupil. substi.

Fornacarius idem quod pistrinarius vel pistor. l. si seruus. ff. ad l. Aquil.

Fornicarij in le. quidam. de vsur. sunt opifices, propolæ, institores, qui à fisco conducunt tabernas sub arcubus, qui fornices appellantur, vt ibi merces suas venales habeant. Bud.

Fornicatio est cuiuslibet illiciti coitus genus qui fit extra vxorem legitimam, specialiter in vsu viduarum, meretricum, vel concubinarum.

Forsitan quandoque capitur non dubitatiuè. de vo. & vo. redē. c. magnæ: & sic est expressiuum veritatis. de procu. tuæ. xxxiij. q. ij. admonere, circa medium. & de pœn. dist. j. quamobrem. de sup. neg. præla. c. j. lib. vj. vide glo. in c. ij. de testa.

Forte quando sit dubitatiuum facti. & quando iuris, no. Archid. xj. q. iij. nolite. etiam quandoque capitur certitudinaliter, pro expressiuo veritatis, & non pro nota dubitationis: vt in multis iuribus.

Fortuitus casus est inopinatæ rei euentus qui præuideri non potest, vbi ergo diligentissimus præuidisset, non est casus fortuitus: vt in cap. Ioannes. de homi. Et de materia casus fortuiti, vide Abb. in d. c. Ioannes. numero 2. vbi etiam dicit Abb. quòd casus fortuitus non imputatur dando operam reilicitæ, secus si rei illicitæ, vt in cap. dilectus, eodem titulo. de homici. Et not. casus in quibus diligentissimus prouidere non posset, in l. si quis domum. ff. loca.

Forus est exercendarum litium locus, à fando dictus, vel à Phoroneo rege, qui primo Græcis legem dedit, vt extrà, de verborum signific. cap. forus. & vij. distin. & Moyses.

Item forus idem est quod tribunal, & vt Azo dicit, forus ponitur pro bursa, & alio modo dicitur formarium, vt ait Placen. de quibus sedilia iudicantium conficiuntur: idémque appellatur prætorium. Tribunal autem dicitur maiorum iudicium, scilicet, qui habent merum imperium. Papæ autē propriè dicitur consistorium.

Item est phanicies in naui.

Item est locus vbi merces reponuntur. Item est foramen rei inanis. Item scriptorium foraminosum pro imponendis pennis & cornibus vel calamis

ad

ad scribendum deputatis. Et hæc significata habet forus vt plurimum in masculino genere secundum Hostien. in Summa de foro competen. §. j.

Forum autem in neutro genere secundum Hostiens. ibidem ponitur pro loco deputato ad emendum vel vendendum res. Aliter autem secundum Azonem dicitur districtus ciuitatis vel territorium iudicis, in quo animaduertere & punire habet delinquentes. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. sign.

Et veniunt ibi quæ sunt iurisdictionis, non quæ sunt ordinis, & dicitur quasi fodiū, eo quòd qui sunt in districtu ad fodia vel munera, seu angarias compelluntur. Vel dicitur à ferendo, eò quòd munera subeunt & ferunt. Aliter Goffre. & Hostien. ibidem conuenientes, forum inquiunt, 'est idem quòd tribunal, quia tribunal fortè habet aliquam similitudinem cum foro, quia sicut in foro venali quod nos nominamus forum, conueniunt multi vendētes & ementes, siue res venales inferentes, sic etiam in foro iudiciali, scilicet, in tribunali conueniunt multi litigantes seu contentiones & lites inferentes, & exinde definitiones reportantes.

Foro cedere in le. si hominem. ff. depos. dicuntur argentarij, cū tabernis, id est mensis suis cedentes, quasi in foro publico Romæ conductas habebant, aliò habitatum migrabant, Bud.

## De Fante R.

Framea accipitur pro lancea, seu hasta, de qua meminit Iuuenalis dum dicit, Et Martis framea, & Titræi spicula vatis. Et ita debet intelligi locus Vlpiani in l. iij. §. armis. ff. de vi, & vi armata: licet aliqui aliter intelligant, vbi Iurisconsultus interpretatur frameus, Rhonpheus.

Frater dicitur quasi ferè alter.

Fratris appellatione continetur soror. tex. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. iij. & not. in l. tres fratres. ff. de pact.

Fratres communiter dicuntur omnes Christiani, tam laici quā clerici per lauacrum regenerationis in baptismo. can. ad mensam. xj. quæst. iij. Item ante concilia Apostolorum in primitiua ecclesia omnes appellabantur fratres discipuli Christi. xxij. distin. sacrosancta. propriè tamen religiosi mendicantes non habentes bona in communi fratres dicuntur, & alij habentes bona in communi, vt ordinis sancti Benedicti, Bern. &c. qui monachi dicuntur. clemen. dudum. de sepul. & clemen. exiui de paradiso. de verb. significa. & secundum Panorm. monachi non appellantur fratres propriè, licet largè loquendo sic. Sic etiam de monialibus, quæ de ordinibus mendicantium dicuntur sorores, & aliæ monachæ moniales vel sanctimoniales.



Fraternitas quot modis sumatur in iure, not. Ioan. And. in commento decret. Ioannes de reg. & transeunt. ad regul.

Fratres cōsanguinei, sunt fratres ex eodem patre & eodem sanguine geniti. §. sunt autem. instit. de legit. agnat. succes.

Fratres patrueles, sunt duorum fratrum filij, vt d. §. sunt autem. & instit. de grad. §. quarto gradu.

Fratres vterini, sunt filij eiusdem matris, vt exponit glos. insti. de legit. agna. suc. §. hoc etiam.

Fraus idem est quod dolus. Nota tamen quandam differentiam in le. iuris gentium. §. prætor. ff. de pact. vbi vide: hic tamen fraus capitur prout fit legi, quādo quis facit contra significatum legis, quæsita palliatione qua videatur non agere in fraudem legis. ff. de legi. le. fraus, verbi gratia: filius familiàs indiget pecunia, petit à me sibi mutuari, video q̄ per hoc inciderem in senatusconsultum Macedonianum, pecuniam non mutuo sed frumentum vt vendat, & pecuniam habeat, ne videar incidere in Macedonianum, certè ego nihilominus incido, vt l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedonia. Fit ergo fraus legi, quando fit contra significatum legis palliatione quæsita, sed fit contra legem, quando fit contra id quod per legem significatur nulla palliatione quæsita. ff. de legi. l. contra legem. Ex his patet quòd si bona fide mutuo filiofami. frumentum, credens ipsum indigere, non incido in Macedonianum, quia nec factone c animo facio contra eius significatum. Et hoc etiam si sit error intollerabilis, quia fraus requirit animū, secus si pecuniam mutuo erràs in iure, quia talis error non excusaret, eo quod factum est contra significatum legis. argu. l. ij. C. ad Maced. Et not. quòd interdum fraus accipitur pro delicto. Vnde fraudem capitalem admittere, id est, tale aliquid delinquere, propter quod pœna capitis statuta sit, l. cùm autem. ff. de ædil. edic.

Frequenter fieri dicitur quod assi duè fit. ff. de inoffic. testam. le. nam & his. de mino. leg. & si sine. Quandoque quod bis fit, in authen. de defen. ciuit. ad fi. & ibi not. Quandoque exponitur, id est, multoties, in proœm. Decretalium. §. sanè. Quandoque, id est, voluntariè. C. de vsur pupil. le. j. Quandoque, id est, sæpius. xviij. quæst. ij. non semel: habetur hæc dictio extra vt li. nō cō test. cap. quoniam frequenter.

Fribuſ

Fribusculum in l.cùm hic.de don. inter.vir.& vxo.sumitur pro digressu temporario vxoris ob iurgium cum marito. Sunt tamen qui legant frigusculum, eò quòd ob eiusmodi digressum aliquantisper refrigescat ardor amoris coniugalis.

Friuola in l.solutum. de pign. act. accipiuntur pro vili & tenui supellectili, qualis inquilinorum esse solet.

Fructus dicuntur qui supersunt deductis expensis quæ fiunt gratia fructuum acquirendorum & colligendorum& conseruandorum,vt ff.de pet.hered.l.si à domino.§.fructus.

Fructus appellatione continetur collatio beneficiorum quæ dicuntur esse in bonis & fructu mensæ episcopalis, notat gl.in ca.cùm olim.de maio. & obed.

Fructuum autem alij sunt industriales,vt frumentum, vinum, oleum & similia, scilicet, lac & lana, quæ sine industria hominis non proueniunt. Alij sunt fructus naturales, qui ex ipsa natura proueniunt, siue magna,scilicet, industria hominis,vt poma, pyra, ficus & huiusmodi. Vtraque diffinitio potest colligi ex le.fructus, ff. de vsuris.de restit.spol.cap.grauis. in glos.fin. Sunt ergo naturales fructus,in quibus factum naturale præcedit factum hominis vt ex solo rudi vsu possumus illis vti, sed industrialibus non sic solo vsu rudi,sed curis adhibitis, licet enim etiam natura cooperetur, cura tamen maior requiritur, non modica & perfunctoria sicut in naturalibus, vide gl.in l.sequitur. §. fructus. ff.de vsucap.

Fructus percepti dicuntur qui ali quo modo sunt à solo separati & in horreis reconditi.

Fructus percipiendi dicuntur qui immaturi sunt, quos vetus dominus possidet.de his inSpecu. eod.titu. de stu. & lit. expen.& Azo in Sum.C.de rei vend. Vnde fructus diuersimodè significat accessionem, vsumfructū, seu ius vtendi, fruendi,& ius fruendi dempto vsu, primo significat accessionem, & hanc dupliciter, scilicet, strictius ex eo quod ex prædiis percipitur, vt non comprehēdat fœtus animaliū, vel vsuras pecuniarum, sicut sumitur in rub. de vsu & vsufru.nam ibi fructus sumitur prout distinguitur ab vsura & à pecudibus, quia in his etiam fructus est.l.in pecu.ff. de vsur. non autem comprehendit partum ancillæ. Magis latè autem significat,vt etiam comprehendat vsuras,vt l.vsuræ. ff. de vsu. Item & pensiones prædiorum. l.prædiorum.eod.tit. Secundò, significat vsumfructum: nam legato fructu fundi,videtur legatus vsusfructus. l. per seruū. §.si vsusfructus.ff. de vsu & ha. Et notandum, quòd in fructu id esse



id esse intelligitur,quod ad vsum hominis inductum est.l. pen.de vsufru.leg.

Frui dicitur qui fructus percipit.

Fructuarius est qui rei dominus non est,vt in l.vti frui.ff.si vsufruct.petatur. Tamen in quibusdam casibus prodomino habetur,scilicet, in percipiendis fructibus.ff.de vsufr.l. si Titio. §. j. Et quomodo differant ab vsuario.require infrà vsuarius.

Frugi homines appellantur diligentes & probi.l.si vendita. ff. de peri.& commo.rei vend.

Frugum appellatione continentur omnia quibus homo vesci tur, præter carnes & poma. l. frugem.de verb.sign.

Frumentum id esse quod aristam in se teneat Gallus definiuit.l. frugem.de verb.sign.

Frustatim, id est minutatim, & quasi per frusta.xiij. quæst.j.c. ecclesias.§.item Apostolus.

Frustra,not.Archid. de accu.cap. j.lib.vj.

Frustrari tempus dicitur,cùm frustra inanitérque consumitur. l.sed etsi.§.actio.ff. ex qui. cau. maio.

Frustratio videtur vsurpari proca lumnia.l.si calumnietur.dever. si.alioqui deceptionē significat

## De F ante V.

Fucare est tingere.l.j.C.quæ res ven.non poss.ferè autem ad artificiosum & adulterinum colorem refertur.

Fuerit, hoc verbum in vltimis voluntatibus plerunq; futurū tēpus demonstrat.Bar.in l.hoc articulo.de hered.instit.

Fugitiuus seruus quo distet ab errone,diximus inverbo erro,onis. Definitur autem ab Offilio in titu.de ædilitio edicto, in hunc modum:Fugitiuus est qui extra domini domum, fugæ causa quo se à domino celaret,mansit. Fugitiuarius autem est, ad quem se fugitiuus receperat:locus quoque fugitiuarius dicitur,vt apud Varronem.lib.iij.de re rustica.de cochleis:Fugitiuarius,inquit,parandus est illis locus. Papinia. lib.xxj.de præscriptis verbis.l. si apud.Si apud te, inquit, ego &fugitiuarius deposuimus.N.

Fugitiuus est qui ea mente recedit ne redeat ad dominum, licet postea redeat, vt ff. de ædi. edi.l.quis sit fugitiu°.de hoc,vide Azo.in sum.C.de ser. fugit.

Fugitiuarij olim fugitiuorū seruorum reprehensores erant: qui eam operam profitebantur,vt fugitiuos inuestigarent & reducerent.Hoc verbo vtitur Iurisconsult.in l.si apud,de præscript. verb.

Fulcimentum,sustentaculum,dictum à fulciendo, hoc est sustentando siue sustinendo. Macrob.vij.Satur. Desertum iam fulcimentis suis labitur in ruinam.Apule.in j.de asino: Pede altero fulcimentum quo susti-

nebat repello. Vlpia. de fundo instruc. l. quæsitum. Proinde, inquit, fulcimenta si qua habeat. Ant. Nebr.

Fultura quoq;, idem est quod fulcimentū, dictū vtrūq; à fulciēdo, id est sustinēdo. Vnde Horatius per translationē dixit in secundo Sermo. Ingens accedat stomacho fultura ruēti. Et Plinius Cæcilius in Epistol. Corporis fulturis animus sustinetur. Vlpianus in tit. ū. si seruitus vendicetur. l. sicuti autem. Sicuti, inquit, refectio parietis ad vicinum pertinet, ita & fultura ædificiorum vicini.

Fulcimentum & fultura dicūtur sustentaculum cuiuspiam rei, à fulciendo. l. quæsitum. §. tegulam, de fun. instru. & l. sicut. si ser. vend.

Fullo, onis, est qui vestes polit emaculátque, non quod vulgò persuasum est, pānarius, id est lanificij artifex. Martialis: Nō tam sæpe terer linteā fullo tibi, Fullonicam Nicias Megarensis primus omniū inuenit, vt scribit Plin. 7. Plautus in asinaria: Non didiciſti fullonicā, non mirandum est. Vlpianus lib. xlvij. de furtis. l. itaque fullo. Fullo, inquit, vel sarcinator qui polienda vel sarcienda vestimenta accipit.

Fullones dicuntur mundatores & dealbatores vestiū, & earūdem decoratores seu coloratores.

Fullonicas pro officinis fullonū dixisse videtur Vlpian. in l. iij. de aqua plu.

Fulminare dicitur iudex iniustè vel indeliberatè sententiam proferens sine maturitate. de senten. excommu. c. j. lib. vj.

Functio est vsus consuetus, functus ab eo qui fungebatur honore aliquo aut officio. Hinc dicitur functus vita, qui iam impleuit officium vitæ. Vnde dicitur quod mutuæ pecuniæ magis functionem in genere suo recipiunt per solutionem quàm specie, id est, soluendo mutuam pecuniam magis vti mur genere, id est, rei materię quàm specie, id est, eodem corpore, aliter non esset mutuum vel mutuatū, scilicet, de meo tuum, sed commodatum, scilicet, ad commodum, vtentis datum. ff. de reb. cred. & si cert. pet. l. mutuum.

Functio publica. require. ff. de publ. & vectig. l. j. §. hic titulus super versi. pendantur.

Fundatur intentio per testes vel instrumēta, vel cōfessionē vel euidentiā facti, vel etiā presumptiuè, vt est gl. in verſ. fundaueritc. finem. de dolo & contu.

Fundus, est quicquid in solo possidetur, puta, prędium vrbanū, prædium rusticum. Seruius in illud Virgil. 2. Georgic. Diues opum variarum ac latis otia fundis. Fundus, inquit, dicitur ex eo quod omnium rerum sit fundamentum. Vlpianus titul. de



de verb. signifi. l. locus, inquit, est, non fundus, sed portio fundi. Fundus autem aliquid inter grū est, & eo. tit. lege, quæstio. & iterum lege, fundi. Fundus pro vasis potorij fundamento, ad cuius similitudinē, inquit Festus, fundus dicitur ager qui planus sit. Martialis libr. 8. Hi duo longęuo censentur Nesto re fundi. Paulus lib. xlj. de acq. rerum domi. l. sed si. Cuiusmodi poculi fundus ille sit: Scipho, inquit, fundus, aut ansa. Anton. Nebr.

Fundus est mansio alicuius cum accessionib⁹. Aliter diffinitur, vt in l. quæstio. ff. de ver. signific. Et not. quòd fundus est nomen homogeneum, quia quæ libet pars fundi dicitur fundus. Sunt enim homogenea in quibus est idem prædicatum in parte quod in toto, vt aqua, terra, lignum, pannus, &c. Alia dicuntur heterogenea, in quibus pas non capit eandem denominationem cum toto, vt dom⁹, cathedra, tunica, nauis, pons. Vnde non valet legatum fundi, & est derisorium. l. legato. ff. de leg. j. nam legando spacium palmæ de fundo, diceretur fundum legasse. Sed ibi bona gloss. q⁹ non valet legatum generale legando rem, substātiam, vel animal, quia muscā dando liberaretur.

Fundus agonotheticus, require Azo. in Sum. C. eod. tit. & l. iubemus. C. de fund. patri. lib. xj.

Fundus dotalis is est qui matrimonio contracto datus est sponso.

Fundus quasi dotalis dicitur qui traditus est sponso nondum secuto matrimonio, pro quo etiam superiori dicto facit l. j. ff. de fun. dot.

Fundus instructus est ædificatus vel cultus.

Fundus iugeus est terra quæ modo non aratur, licet olim fuerit fertilis, aliàs quæ modo aratur, licet olim fuerit sterilis.

Fundus limitrophus dicitur à trophos, id est descriptio, & limite, vel milite: quasi descriptus ad vsum militum, qui milites imperium custodiunt, vt C. de fun. limi. l. prima, & l. fin. libro vndecimo. Aliter dicitur fundus limitosus, vt ibidem de fund. limit. Sed melius est dicere, quòd limitrophus deriuatur à limite, & trophos quod est nutritor, nam hi fundi assignati erant nutriēdis militibus custodientibus limites, seu limina imperij, vt ex eorū fructibus alerentur, qui & limitanei appellantur.

Fundus releuatus dicitur qui olim erat palustris, nunc autem factus est serenus, aliàs terrenus. C. de fund. patri. l. fi. lib. xj.

Fundus saltuensis est fundus in quo est saltus. C. de fund. patri. & sal. l. fina. libr. xj. Require infrà saltus.

Funditus aduerbium est,& quandoque exponitur,id est,ex toto,vt de elect.c. quia sæpè.circa fin.in vj.Quandoque,id est penitus:C. de sacrosanc. eccle. l.decernimus.Quandoque exponitur,id est,vsque in fundo. ff.de vsucap.l. final. Item vide plenè de hoc aduerbio per Bart.in authen.decernimus.C. de sacrosanct.eccles.

Funeraria actio.Require suprà actio funeraria.

Fur est qui clam, obscurè, & plerunque de nocte rem alienam amouet inuito domino, gratia lucrandi ; subaudi sine armis, vt in authen.sed nouo iure. C. de fur. & ser. corru. & dicitur à furno, quod idem est quod nigrum, quia vt plurimum in obscuro furatur:vnde Qui malè agit,odit lucem. de officio delega.consuluit.

Fur manifestus dicitur qui in ipso maleficio est deprehensus, vel in loco in quo commissum est furtum,vel post furtum,dũ tamẽ cũ furto deprehendatur antequam deportauerit ad locũ ad quẽ destinauerat.Inst.de oblig.quæ ex deli.§.manifest°.

Fur non manifestus dicitur , qui rem detulit quo destinauit.tit. præalleg.§. sed si pertulit, vel sic dicitur qui cum re furtiua in ipso actu furandi non deprehenditur,sed iam deportauerat rem furtiuam in locum in quem destinauerat, nihilominus cõuincitur postea de furto.

Furtum est contrectatio fraudulenta,seu fraudulosa rei alienę mobilis corporalis,quæ fit inuito domino cuius res fuit,animo lucrandi,scilicet,gratia rei vel possessionis , vel vsus,vt ff. eod.tit.l.j.Dicitur autem furtum secundum Azon.à furno, id est nigro,eo quod clam & obscurè & plerunque de nocte fiat:vel dicitur à fraude vel à ferendo,vt l.j.in princ.ff.eo.tit. & instit.de oblig.quæ ex deli. nasc.in prin.§.furtum autem.

Furti actio. require suprà actio furti.

Furti condictio.require suprà cõ dictio.

Furtum conceptum est cùm quis præsentibus testibus apud alĩ quem rem furtiuam quærit & inuenit,vt Instit.de oblig.quæ ex delict. nascuntur. §. conceptum furtum.

Furtum domesticũ dicitur quod serui dominis,liberti patronis, mercennarij illis apud quos degunt seu operantur surripuerint.l. respiciẽdum.ff. de pœn.

Furtum oblatum est cum quis rem furtiuam alicui obtulit, vt potius penes eum,quàm penes se inueniretur.

Furtum prohibitum dicitur cùm quis volentem rem furtiuam quærere prohibuit, vt dicto titulo de obligati.quæ ex delict. nascuntur.§.est etiam. vbi dicitur quòd hæ actiones furti concepti ; oblati, prohibiti, & non exhibiti,in desuetudinem abierunt.

Furiosus differt à mente capto: nam furiosus furore quodam animi agitur:Mentecaptus verò magis in quiete est nullâq; signa extrinsecus ostendit, idõque est qui & demẽs.ita dict. in §.j.instit de curato.

Futurum ponitur pro præterito, vt ff.si cer.per.l. vlt. secundum vnam lecturam. Quandoque futurum comprehendit præteritum, vt ff.de iure codicill. l.plotiana.

## De G ante A.

GAllicantus est in secũda hora noctis.C.de transac.l.nõ minorem.iuncta gloss.

Ganea est amica vel amasia, & non potest eam scholaris mutis sociis in hospitium ducere. l.non aliter.ff.de vsu & hab.

Garum salsugo erat ex quibusdã piscibus , puta scombro, halece, lacerto , & huiusmodi: vtebantur autem eo pro salsamento siue conditura aliorum ciborum.Gari meminerunt poëtæ multis in locis.Plinius, Apicius,Galenus,cæteri. Vlpianus libr.xxxiij.de penu lega.l. qui penum.Garum, inquit, amurca, mel. Accursius salsamenti genus esse dicit, ipsa veritate coactus,sed quod sit non dicit. Ant.Nebrissensis.

Gastaldus est maior dominus qui habet curam exteriorum rerum episcopi.

Gazophylaciũ est locus vbi chartæ reponuntur , extrà de probat. capit.j. & ibi per Bernard. secundum vnam lect. Sed rectius ibi legitur chartophylacium:nam gazophylacium est repositorium gazæ:quæ vox est Persica quicquid possidemus significans.

## De G ante E.

Gemmæ secũdum Pomponium in l.etsi non sunt.§.fi.ff. de auro & argen.lega. sunt perlucidæ materiæ, veluti smaragdi, chrysoliti,amethysti:lapilli autem sunt contrariæ naturæ gẽmis.

Gener meus , est maritus filiæ meę,vt in l.nõ facilè.ff.de grad. & affin.

Gener etiam dicitur neptis,proneptis,& deinceps maritus,nedum filiæ.l.generi.de verbor. signif.Imò non tamen maritus sed etiam sponsus.l. Labeo. & l.Seruius.de grad.& affi.

Gener, id est , consanguineus in authenti. incest. nup.in princ. Atqui vox generi,in d.authen. deducitur à genus:no à gener.

Generalis abolitio. Require suprà:Abolitio.& vide de hoc Azo.in Sum.C.eod.tit.

Generali sermone persona loquẽtis intelligitur excepta. de iureiuran. c. petitio.vbi concor. in gloss.Et intelligitur hoc re-

gulariter,quia fallit interdum vbi obligatio vel pactum præcedit quod inducit æquitatem quandam includentem etiam personam loquentis,vt si recepissem x.â te,& promisissem tibi dare tutrim contra omnes homines, tunc teneor etiam dare contra me ex pacto, de hoc in canon.de forma.xxij.q.v.quandoque.etiam generali sermone nec familia loquentis intelligitur.

Generaliq̃ loc̃tio generaliter est intelligenda. ff. de offic. præsid.l.præses.licet generale verbum non sit semper generaliter intelligendum.de iureiur.c.ad nostram.in gloss.vlt.

Generaliter dicitur quod imò etiã indefinitè intelligendũ est. de cõiu.le pro.c.q̃m. i gl.super ver.generali. xix.dis.si. Romanoq̃ff.de publicia.l.de ptio.

Generalia verba sunt ad ciuilem modum referenda.ff.de seruit.l.si cui.& generalia verba accessoriè apposita restringuntur ad suum principale.l. prædiis.in princ.ff.de leg.iij.

Generalis allegatio quando sufficiat,& quando non.not.in c. vestra.de cohab.cleri.

Generalis clausula significat q̃ eius significatum probare vel significare probat,& tunc non pertinet ad expresse nominata.ff.de verb.oblig.l.doli.verbi gratia:testator filios instituit, & inuicem, substituit, & post filium exheredauit,quæ exheredatio vel clausula non reuertitur ad institutionem,imò ad substitutionem: vt in l.j.in fin. C.de lib. præter. vel exhered. Item ibi,pater vnam filiam instituit, & filium exheredauit, deinde alium filium substituit exheredatio refertur ad solũ gradum institutionis:vt l.iij.§. filius.ff.eod.tit.

Genitalis feritas. id est à genere proueniens.institut.si quadru. pauper.feciſſe dicatur.§.j.

Genitiuus importat dominium. Felin.in capit.quia v.de iudic. in prin.non tamen semper importat dominium,& sic aliquãdo denotat nudam detentionẽ ex communi vsũ loquendi,vt sunt isti simplices detentores, depositarij,commodatarij,& coloni qui solent appellare possessionem suam,quam colunt. de quo vide bon.gloss.in.l.ij.ff. de origine iuris. adde tamen quòd genitiuus ex propria & stricta significatione verborũ denotat dominium,& ideò genitiuus positus in statutis debet intelligi in dominio vero. Abbas in cap.j.de postul. prælato.vers.vide tamen ad principale.& per Bartol.in l.j.§.potestatis.ff.de pecul.& in l. parui.ff.nau.cau.stab.& rub.de noui oper.nunciat.ff.

Genitores nostri dicuntur nostri priores maiores.in authen. de man.princip.§.j.





Gens & populus idẽ sunt, & ideò quot faciunt populum,tot faciunt gentem.l.omnes populi. de iustit.& iur. & instit.de iur. na.gen.& ciu.§.omnes populi. Decem autem faciunt populum,vt est glos.in c.j.de elect. vide Bartol.in l.sicut.§. in decurionibus. ff. quod quisque iur.& in l.prætor.ff.vi bon.rap. Sæpe tamen gentis appellatio refertur etiam ad agnationẽ. l.pronunciatio. de verborum significatione.vnde & gentiles pro agnatis seu qui de eadem sunt familia.

Genuina pietas in l.iij.de lib.homin. exhi. pro ingenio patris in filium affectu atq; amore.

Genius est Deus vniuscuiusque hominis præses,cui nos angeli boni nomẽ indidimus.Symmachus in oratione contra Christianam religionem, cui respondit diuus Ambrosius. Vt animę,inquit,nascentibus, ita populis fatales genij diuiduntur.de genio principis,Persius poëta:Diis igitur genioq; ducis centum paria ob res egregiè gestas induco.Vlp.libr. xij.de iureiur. l.si duo.Si quis inquit,iurauerit in re pecuniaria per genium principis. N.

Genus est quod prædicat de pluribus differentibus specie,glo. institu.de iur.nat.gen.& ciuil. §.constat.vers. plebiscitum. vt hoc genus animal prædicatur de homine, equo, leone, & aliis animalium speciebus. Dicimus enim,homo est animal, leo est animal, & ita de aliis. Ferè tamen semper Iurisconsulti sumunt genus pro specie logicorum:imò& quandoque ponitur genus pro toto, sicut & species pro parte,vt in præallegat.§.plebiscitum.nam: ibi dicitur plebem differre à populo sicuti species à genere, quod vtique falsum est si accipianus genus & speciem prout dialectici,cùm secundum eos posita specie ponatur & genus sub qua comprehenditur,& tamen posita plebe non ponitur populus.

Gerere,respice in versic.agere.& in verb.factum.

Gerere pro herede quid sit, palã est ex §.vl.instit.de her.qua.& di.

Germanus dicitur frater ex eodem patre natus.§.hoc etiam. Instit.de legit.agn.suc.

Germanicus, Drusi Neronis filius ex iuniore Antonia, M. Antonij Triumuiri filia à Tiberio Cæsare patruo adoptatus fuit,quod ab Augusto non alia ratione fuerit adoptatus, quàm si ab eo Germanicus adoptaretur,ex Tranquillo. Et Iustinianus Imperator.lib.Institutionum primo, sic inquit Diuus Augustus non antea Tiberiũ adoptauit,quàm is Germanicum adoptauerit,vt protinus adoptione facta incipiat Germanicus Augusti nepos es

se.Accur.tanquam de personis ignotis & obscuris loquens, quendã nomine Tiberium,& quendam nomine Germanicũ appellat,qui quasi non sit Tiberius qui successit Augusto in principatu,& Germanicus ille qui præterquam ingenij monumenta quæ adhuc extant,& præter quam quòd Gaium Caligulam genuit,& quòd quæsturam per quinquennium administrauit,& quòd bis consul fuit,quique mortuo Augusto cùm ab exercitu Cæsar saluta retur,Imperiũ recusauit,atque de Germania triumphauit, vnde illi cognomentum: quique ad orientem profectus, Armeniæ regem superauit, Cappadociam in prouinciæ formam redegit,atque Antiochiæ obiit agens ætatis annum quartum & trigesimum. Ant.Nebr.

Germina sunt virgulta de radicibus arborum enascentia,vnde germinalis arbor.in l.diuortio. §.puto.solu.matr. in Pand.Flo. gremiales,in aliis creminales.

Gerõtocomium locus est vbi hi qui ob senectutem vires amiserunt,aluntur & curantur, de quo meminit Imperator in l. illud.§.j.& ibi gloss.C.de sacro sanct.eccl.

Gestatio, locus quo gestabantur sanitatis,vel voluptatis gratia. l.competit.§.si quis.ff.quod vi aut clam.

Gestũdium sumitur pro eo quod per hanc dictionem significatur,& significat conditionem, declarationem, modum vel quod suum significatum vel aliud aliundè sumptũ significare, vbat.verbi gratia,duo sunt instituti,& vnus alteri substitutus,si vnus repudiat partẽ suã, adeũdo partẽ alterius deficientis,ex substitutione pars per ipsum repudiata sibi quæritur, hoc gestũdiũ adeũdo exponit conditionaliter,scilicet si adierit.l.si tu ex parte.& ibi no.ff.de acquiren.vel omit.hered.Item ibi,vim facit,qui possidentem non permittit vti arbitrio suo, siue ædificando, siue arando, vel ferendo,vel quicquid aliud faciendo.l.vim facit.ff.de vi & vi arm.significat declarationẽ illorum verborum,& non potest significare conditionem, quia refertur ad verbum præsentis temporis quod est facit. Nec est ibi aliqua dispositio quæ potest suspendi per hæc gerundia ædificando,arando, &c.Sed ibi, lego ad monumẽtum faciendum,significat modum.l.quibus diebus.§.fina.ff. de condit.& demonst. Et differentiam inter conditionem,& modum,vide glo.ij.ca.verum. de condit.appos. Vnde, Scito quòd vt modus est,si cõditio, quia causa.Item ibi, lego pro docendo talem. discipulum,significat cõditionem,quia moris est prius docere,quàm salarium solui.l.nec semel.ff.quando di.leg.ced.



## De G ante I.

Giffaræ, id est signa.not.l.j.& ibi glo.C.nemini licere sine iu.auto.sig.tub.&c.in glos. est elisa.

Gynecciarij sunt qui pannos impetiales texunt inserendo sericũ & aurum.

Gynecium est locus vbi hæc fiũt, vt C.de muri.& gyne. libr.xj.

Gymnasium,locus est vbi nudi exercentur,maximè in palæstra, quoniam gymnos nudus interpretatur.Manilius libr.4. Gymnasiũ præfert vultu, fortéisque palæstras,& per translationem pro schola & literarum exercitio.Iuuenalis: transi Gymnasia atque audi facinus maioris Abollæ,de excusatio.l.sed & Medicos, inquit, immunes esse à gymnasiis.

Glans,complura significat,sed significatus deducuntur ab arboris glande,cuius tredecim genera ponit Plin. Iurisconsultus tamen latius diffinit glãdis appellationẽ in titu.qui est de glãde legenda.l.prima. Glãdis,inquit, nomine omnes fructus continentur. Item de verborũ signifi.l. qui venenum. Item l. sylua. Nebr.

## De G ante L.

Gladius, pro iure & potestate animaduertendi in facinorosos. l.imperium.de iurisd. om.iudi.

Gladiatores, gladiis pugnantes, etiam discendi causa.

Glandis nomine omnes fructus continentur. ff.de glan. leg.l. vnica.

Glans caduca, quæ ex arbore cecidit.

Glarea, terra est lapillis permixta,qualis est quæ post effosum terræ tergũ ex scrobibus eruitur.Virgil.2.Georg. Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris. Columella lib.2.Cum parte dimidia lapides minutos vel glaream repererint.Paul.libr.xxx. de aqua pluuia. arcen.l. supra iter glarea iniecta.Item de via publica.l. j. In vitam terrenam glaream immittere.

Glaucinum, vnguenti genus est, siue ex herba glaucio sic dictũ, quod valet ad oculorum scabritias,siue glaucinum, id est viride,quale est quod chirurgi tempestatis nostræ Vnguẽtum Apostolorum vocant.Pompon. tit.de auro & arg.leg.in l. in argento. Vnguentis autem legatis,non tantum ea legata videtur quibus vngimur voluptatis causa, sed & valetudinis, qualia sunt comagena, glaucina,crina,rosa myrrhia,nardum purum. Comageni vnguenti à Comagena Syria vnde aduehebãtur, cognominati: meminit Gale. in 3. decameridon. Crina,vnguenta sunt quæ fiunt ex lilio rubenti.Plin.libr.21.vbi de lilij generibus: Est, inquit,

rubens lilium quod Græci crimon appellant. Per Nardum purum, pistícum, id est non adulteratum, intelligit.

Gleba est quædam species terræ, generaliter tamē sumitur pro solo vel pro terra culta. Require suprà ascriptitius glebæ.

Glos dicitur vxor fratris: l. non facile. §. affinitatis. ff. de gradibus.

## De G ante N & O.

Gnarus, id est sapiens vel prouidus, cui opponitur ignarus, quod inde venit, id est insipiēs.

Gnauiter, id est diligenter. l. fina. C. de episco. & cler.

Goliardi, id est bufonnes, ioculatores idem sunt.

## De G ante R.

Gradus secundum Goff. & Host. in sum. de consang. & affin. est quædam habitudo siue distantia personarum adinuicem consanguinitate & affinitate sibi coniunctarum, facta collatione ad communem parentem, vel est vnius personæ distantia ad aliam in linea consanguinitatis, vt l. j. cum seq. vsque ad §. affines. l. non facile. eo. tit.

Grammatophylacium, locus est vbi publicè literarum monumenta seruantur, à grammatis, hoc est literis, & phylazo seruo, dicitur etiam archion, siue archiuum. Vlpia. lib. xlviij. dige. rinul. de pœnis. l. moris. §. moris. Quo loco, inquit, in publico instrumēto deponuntur, archiuo fortè vel grammatophilacio. Ant. Nebr.

Grammatophylacium est vbi tabulæ, & instrumenta publica, monumentáque rerum gestarum adseruantur. Bud. in l. moris. ff. de pœn.

Granaria sunt loca in quibus grana seu fructus componuntur, sic accipitur. ff. de act. empt. in l. granaria.

Grandæuus dicitur annorum xxix. vel xxx. quia hæc ætas virilis est, vt not. lxxvij. distinct. quicunque, per capitul. episcopus. eadem distinct. Quandoque dicitur grandæuus, id est senex. x. Reg. 4.

Grandis natu dicitur paulo minor quinquagenario. l. ij. §. fina. de orig. iu.

Grangia habetur in c. fin. de censi.

Graphia, id est scriptura.

Grassari videtur verbum ab impetu gradiendi, & qui ex insidiis viatores adoriuntur, grassatores dicimus. Iurisconsultus de suspe. tutori. l. quia grassandi, inquit, in re familiari facultatem præstat. & ibidem l. tutor. Si fortè, inquit, grassatus sit in tutela. in leg. quoque cuius initium est, apud Labeonem. Deinde, inquit, mulæ à grassatoribus fuerint ablatæ. Anton. Nebr.

Grassari dicitur latrocinari vel crudeliter agere, inde grassor grassaris, id est nitor ad malū. inst. in gl. de su. tu. §. nouissimè. Require suprà, Grassari.

Grassatores idem sunt quod directarij, de huius dictionis expositione vide quod not. ff. de pœ. l. capitalium. §. grassatores. Require suprà, dictarij. & in ver. Grassaturæ.

Gratia duplex est, operans & cooperans, vt est glo. in verbo cooperante gratia. clem. j. de magi. Et gratia est habitus qui fundatur in voluntate in essentia animæ. gloss. in clem. j. de sum. Trin.

Gratia apostolica perfecta dicitur quando super eam confectæ sunt literæ, & ante literas habetur canonicus titulus, Romanus conf. cccclvj.

Gratianus est nomen proprium illius qui composuit decretum.

Graues personæ dicuntur quæ nō sunt leues, puta homo bonæ famæ & opinionis, & antiquus homo. glo. in c. licet ex quadā, in verbo graues, de testibus, quam glo. dicit ibidem Abbas facere ad statuta quæ in multis casibus requirunt homines graues.

Grex est collectio plurium animalium, scilicet decem ouium vel quinque porcorum. vt not. inst. de re. diui. §. sed si gregis.

Gregarius miles, id est vulgaris & vilis l. vlti. C. de mil. vest. libr. duodecimo.



## De G ante V.

Guardia feuda sunt quæ constituūntur aliquibus propter custodiā rei domini cōstituentis.

Guardio dicitur ille cui talis custodia est commissa, vel dicitur guardianus qui est superior inter fratres minores custodiens conuentum.

Guarentare, vel garātizare id est defendere in vsi. feu. de le. Corra. cap. vnic. §. si autem inter pares.

Guidagia dicuntur quæ dantur alicui pro ductu vel conductu per terram alicuius vt securius vadat. Sed gabellæ dantur de contractibus vt de emptione per emptorem. glos. in cap. super quibusdam. de verbo. significatio.

Gunathetici saltus sunt ij, quos homines quodammodo adscriptitij incolunt, nullam vlterius expectantes mercedem quàm quæ ex ipsis saltubus colligitur, vt declarat Alcia. in l. vlti. C. de præd. tam.

Gutturosus, is dicitur qui guttur habet tumidum, quale genus hominum in locis montanis videmus, de quibus Iuuenalis, Quis tumidum guttur miratur in alpibus? Vlp. tit. de ædili. edicto. l. qui clauū. Si quis, inquit, natura gutturosus sit. N. Gutturosus, cui guttur est tumidum. l. qui clauum. de ædi. edic.

De

## De H ante A.

HAbere significat diuersimodè prout suum proprium significatū, vel aliudquod uis medium significare declarat, verbi gratia, Res tua est penes me, & promittis mihi stipulanti eandem habere licere, significat quòd dominium istius rei transfertur in me. le. stipulatio ista, habere. ff. de verb. ob. & sic rei possessæ sine traditione dominium quæritur possidenti. §. interdum. Instit. de re. di. Item ibi, res tua non est penes me, promittis habere licere, si significat quòd dominium transferes per traditionem. l. traditionibus. C. de pact. Item ibi, promittis rem alienam habere licere, perseuerante aliena, nulla est stipulatio. l. stipulatio. §. quæsitum. ff. eod. titu. quia in re aliena promissor non potest constituere ius dominij. Si autem efficiatur promissoris, valet stipulatio, vt ibidem, quia tunc potest facere vel constituere ius dominij. Item ibi, vendo tibi rem alienam, & promitto tibi habere licere, significat habere iure possessionis. le. habere. ff. de verborum significatio. & hoc ex natura contractus emptionis, de cuius natura est quòd sufficit rem tradere quando res aliena est vendita, le. ex empto. ff. de act. emp.

Habere actionem est minus quã habere rem, & hoc est quod dicitur. Melius est pignori incumbere quàm in personam agere. ff. de reg. iu. l. minus.

Habere, tenere, possidere, quando hæc tria verba ponuntur in aliquo instrumento, sic debent exponi, scilicet quòd recipiens habeat de iure, teneat naturaliter & de facto, possideat ciuiliter & de iure, quia ciuilis possessio est causa quærendi dominiū, licet aliquándo possessio sit tantum naturalis, non ciuilis, vt illa quam habet vasallus.

Haberi dicitur & quod peti potest. l. id. de verbo. sign.

Habere in sinu, in leg. Qui testamentum. de probat. est idem quod in arbitrio & potestate habere.

Haberi pro derelicto dicitur, qđ dominus ea mente abiecit, vt amplius in numero rerum suarum esse nolit.

Habitare quis dicitur in loco vbi habet familiam, licet ipse non sit præsens. Fel. in ca. quoniam. in prin. de offic. ord. ver. dicitur autem habitare.

Habitatio est seruitus personalis in habitãdo consistẽs, & constituitur in domo aliena, vt not. ff. de vsu & habi. l. j. in glo. cum pactionibus & stipulationibus, vt ff. de vsufru. iuncta le. j. ff. de vsu & hab. vel in vltima voluntate. Differt tamẽ ab vsu & vsufru. quia illa iura amittuntẽ non vtendo



vtendo vel capitis diminutione, vt ff. si vsusfructus. l. pen. §. sicut: habitatio autem non nisi morte finitur, vt le. si habitari. ff. de vsu & habi. Item potest in habitator aliis vendere vel locare ius quod habet, vt le. cùm antiquitas. C. de vsufru. sicut & fructuarius, & non vsuarius, vt ff. de vsu & habita. l. sed neque, vide super hoc Azo. in sum. C. de vsu & hab.

Habitator eò differt ab hospite, quo domiciliũ habens à peregrinante. l. j. §. vlti. de iis qui deie. vel effu.

Hac vox quandoque denotat nõ exclusionem, sed inclusionem, vt in c. ego N. episcopus. de iureiu. & sic sumitur in iuramentis dicendo, Ab hac hora, significat enim præsens tẽpus cum futuro. de hoc per Ioan. And. in c. j. de ordi. ab episco. qui resig. episco.

Hamæ instrumenta erant ad extinguendum incendium. l. quæsitum. §. acetum. de fun. inst. & l. iij. de offic. præf. vig. Hami autem in præalleg. l. quæsitum. §. canales. anuli sunt ferrei, secundum aliquos, ad plurimos vsus domesticos, cuiusmodi sunt illi quibus equi, muli, asini alligantur.

Hami apud Vlpi. in le. quæsitũ. §. Canales. de fun. instru. sunt, vt quibus dãvidetur, anuli quidam ferrei ad multos vsus domesticos vtiles: vt puta è quibus equi, muli, asini, deligantur.

Hamus, cùm sit quo pisces capiuntur, & hami præterea sint ex quibus lorica texitur, necesse est apud Vlpia. in tit. de fundo instru. l. instrumenta, per hamos nos intelligamus anulos quosdam ferreos, ad multos vsus domesticos, puta è quibus equi, muli, & asini deligentur. Canales, inquit, & harpagones, & hamos instrumento contineri constat. Nebr.

Harenæ sunt loca vbi foditur harena. l. sed & hi. ff. de publi.

Hariolus quis sit, not. glo. in le. nemo. C. de malefi. & mathe. & in c. igitur. xxvj. q. iiij.

Harpagones, vnci sunt ad rapiendum apti, arpazein quod est rapere dicti. hos Plini⁹ scribit ab Anacharsi Scytha primum inuentos. Liuius lib. 30. Asseres ferreo vnco præfixi, harpagones vocant milites. Item Vegetius libro 2. de re militari. Habet legio ferreos harpagones, quos lupos vocant. Lege hamus suprà. Nebr.

Harpagones, vnci ad rapiẽdum annumerantur inter instrumẽta. in l. quæsitum. §. Canales. ff. de fun. instru.

Haruspex sic dictus, quasi horarum inspector. c. j. xxvj. q. iiij.

Hastari est rem proponi venalem hasta suppositа, ita enim olim fuit consuetudo.

Hastarij dicuntur qui rem proponunt venalem hasta suppositа, & di

& dicuntur à nomine hasta, quod idem est quod venditio, vt no. C. de fi. & iure hastæ fiscalis. in rub. lib. x. & dixi suprà, in ver. hasta fiscalis.

Haustus est ius hauriendi aquam de puteo vicini cui eo inuito iure seruitutis adscribitur.

## De H ante E.

Heliocaminus. Latinè verti potest solaris fornax. Est autem solare vaporarium in aprico loco situm ad calorem solis excipiendum, quo antiqui vtebantur, meminit Vlpia. in l. si arborem. de ser. vrb. præd.

Herciſco, is, est diuidere: nã herciũ est diuisio. Cic. 1. de orato. Qui quibus verbis herciũ fieri oporteat, nescit. Idem erciscundæ familiæ causam agere nõ possit. Apul. libr. 9. de asino: Neque erciscundæ familiæ, sed de cõmuni diuidundo formula tractabo. lib. x. Dige. titu. est de famil. erciſc. Nebr.

Herciſco, id est diuido, inde dicitur familiæ erciscundæ, id est iudicium hereditatis diuidendæ. Require suprà actio familiæ erciscundæ. Optimi codices carent aspirationis nota. rectè.

Hereditas est successio in vniuersum ius quod defunct⁹ habuit: vt ff. de ver. signi. l. nihil aliud est hereditas. & l. bonorum. eo. tit. Et hereditatis appellatione, bonorum quoque possessio continetur. l. hereditatis. eod. titul.

Hereditas sumitur loco bonorũ quando dicitur in contractu inter viuos: vt si quis dicat, dono tibi hereditatem meã, not. Bar. in l. quandoque. §. si seruũ. ff. de leg. j. Item hereditas venit appellatione rerum: nam si bona relinquuntur sub appellatione rerum, continetur tota hereditas. notat Bart. in l. licet. C. de pact.

Hereditas adita est illa de qua heres se intromisit auctoritate prætoris, imò auctoritas prætoris non est necessaria, sed sola voluntas sufficit, vt Instit. de heredum qua. & dif. §. item extraneus, secus in petitione bonorum possessionis: vt ibi not. & de aditione & repudiatione hereditatis, not. in l. qui se patris. C. vnde libe.

Hereditas decurionum, nauiculariorum, cohortalium, militum, & fabricensium, secundũ Azonem in Summa. C. eodem titu. in rub. & l. vltim. dicitur in qua quoddam speciale ius obseruatur, de quo notatur ibidem.

Hereditaria actio. Require suprà, Actio hereditaria.

Heres est ille qui succedit in vniuersum ius defuncti. l. cùm heres. ff. de di. & tempo. præscri. vel est domin⁹ hereditatis, qui fit aditione in voluntariis. §. fin. instit. de heredum qualitate & differ. sed in necessariis defertur ipso iure hereditas.

Heredem instituere, est aliquem post mortem suam loco sui in omnibus bonis dominum constituere. Nam dicitur heres ab herus, id est dominus, sibi enim succedunt vniuersa bona defuncti, & ad eum commoda & incommoda hereditaria redeunt, & sunt diuersi heredes. Nam heredes alij sui & necessarij, alij necessarij tãtum, alij voluntarij, alij legitimi, alij legatarij, alij testamentarij, alij fideicommissarij.

Heres suus dicitur, filius qui est in potestate patris, tempore mortis ipsius patris.

Heredes sui & legitimi secundum Azo. titu. de suis & legiti. heredibus, appellantur qui in potestate morientis fuerunt, vt filius, filia, nepos, neptis, ex nepote natus, ex filio pronatus pronata, seu pronepos proneptis, legitimi & naturales, vel etiam legitimi tantum, vt adoptiui.

Heres necessarius est seruus heres institutus in testamento domini sui ab eo qui facultates suas habet suspectas, ne possit ex ipsis satisfieri creditoribus quibus est obligatus, adeò q̃ non credit alium hereditatem suam adire, si heredem eum instituerit, qui seruus heres factus, ideo necessarius dicitur heres, quia siue velit, siue nolit, cogitur suam hereditatem adire, vt satisfaciat creditoribus, vt inst. de hær. qua. & dif. §. j. & hoc verum nisi illi seruo debeatur fideicommissaria libertas. l. is qui soluendo. ff. de here. instit. aut hoc eo non faciente, scilicet non adeunte hereditatem eius nomine potius quàm domini defuncti res hereditariæ vendantur, ne defunctus contumelia quadam vel iniuria afficiatur, dicendo quod res eius venderentur.

Heres legitimus est qui ex lege duodecim tabularum, aut ex iuris constitutione etiam sine testamento succedit defuncto, vt sunt agnati proximi. instit. de legi. ag. suc. in princ.

Heres legatarius est qui legatum accepit vel cui legatum factum est, vt l. quoties. ff. de her. instit.

Heredes testamentarij dicuntur qui in testamento heredes scripti sunt.

Heres ab intestato est ille qui succedit in ius defuncti sine omni testamento, vt Inst. de her. quæ ab intest. defe. per totum.

Heres fideicõmissarius est cui ex fideicõmisso relicta est hereditas dãda illi cui testator disposuit, dicẽdo sic, Fidei tuæ committo vt hoc des illi. Et not. q̃ illa sunt disportata, sed forte pro tãto dicitur heres fideicõmissarius, quia fideicommissarius loco heredis habetur,

vt

vt inst.de fideicom.here.§.restituta.vt qui directè & immediatè ex testamento nihil capere potest: qualis est spurius, saltem capiat ex fideicommisso.Sed ipse verè non est heres cùm sit rogatus à testatore hereditatem adire & postea restituere, licet restitutione facta post semper heres maneat, vt d.§.restituta.Duo ergo heredes insolidum esse non possũt vt ff.commo.l.fi.& l.si vt certo.§.si duobus.

Heres domesticus dicitur qui est in potestate morientis tempore mortis dum eum alius non præcedit.Filio enim superstite & in potestate patris existente nepos ex eo qui in potestate aui est,suus heres non est,inst. de her.qual.& dif.§.sui.

Heres substitutus dicitur qui alij heredi instituto substituitur: verbi gratia,si testator ita dicat.Ille heres esto, qui si non velit vel non possit esse heres, iste esto ei substitutus, & hoc siue secundo, siue tertio vel quarto loco,alio in loco instituto deficiente substituatur.

Nam secundus dicitur omnis qui post primum sequitur,etiã si decimus sit.ff.de vulga.sub.l.j.in prin.prout no.Hostien.in sum.de testam.§.quid si sit perfectus,vbi dicitur institutio.

Heredes extranei dicuntur, qui testatoris potestati subiecti nõ sũt.§.Ceteri.Insti.de here.qualitate & differentia.

Heres vel successor anomalus dicitur qui non habet aliquam ex præmemoratis qualitatibus,vt puta is, cui libertatum conseruandarum causa bona addicuntur:item qui succedit herede non exequente mentẽ defuncti,vt per glo.in §.hoc rescripto.instit.de eo cui lib.causa bo.addi.

Heremita dicitur persona ecclesiastica. glo.&Doct.in l.ij.ff.de in ius voc.Doct.& glo.in c.qui verè.xvj.q.j.

Imò verò Eremita scribendum est sine h,significátque propriè eremi,hoc est deserti habitatorem, eremus enim desertum interpretatur.

Hæresis Græcè ab electione dicitur,eo quòd quicunque vnam opinionem hæreticam vel disciplinam sibi elegerit, putat eam esse meliorem, vt xxiiij. quæst.iij. hæresis aliàs dicitur quasi diuisio.

Hæresiarcha est,qui falsam de fide opinionẽ gignit, vel primo inuenit,sicut Arrius, Vvicleff, & alij consimiles.

Hæreticus dicitur errans in fide: vnde quicunque in fide dubitauerit friuola adhæsione,hæreticus censetur, vt in cap.j.de hæret.Etiam pro hæretico habetur qui scienter hæreticum non reuocat,vt eod.tit.cap.ij. Et secundum Aug.dicitur qui certam opinionem nouam & peruer



peruersam gignit vel sequitur gratia alicuius temporalis cõ modi vel alicuius gloriæ vel principatus.Dicitur gignit, vt aliquis hæresiarcha,vt Arrius, Sabellius,&c. Dicitur, sequitur,propter illum qui errorem illum imitatur, prout hæc leguntur. xxiiij. q.iij. hęreticus. Dicitur hæreticus qui peruertit sacramenta ecclesiæ, sicut simoniachus.j.quæst.j.eos. Itẽ sacræ scripturæ peruersus intellector.xxiiij.q.iij.hæresis. Itẽ omnis excõmunicatus.iiij. q.j.quod autẽ.Itẽ Romanæ ecclesiæ public⁹ iniuriator.xxij. dist.omnis.Itẽ qui aliter sentit de articulis fidei,quã romana ecclesia.xxiiij.q.j.hæc est fides.

Hermaphroditus , Veneris & Mercurij filius fuit, vnde & nomen illi,quoniam Hermes est Mercurius, & Aphrodite Venus,hic cùm in Salmacidis fonte nataret , à Nympha deprehẽsus,ab eadémque implicitus vtriusque naturam reportauit,qua de re fabula est perlonga apud Ouid.4. Meta.nũc autem hermaphroditi vocantur quos antiquiores androgynos,id est semiuiros & semifœminas appellant.Plin.li.7.& Gellius lib.9.c.4.sunt autores. Vlpia.tit.de liberis & posthu.l. sed est Hermaphroditus,ĩquit, & maximè si in eo virilia prævalebunt,posthumum heredẽ instituere poterit.

Hermaphroditus,require sub litera E.

Herus vel heros græcè , idẽ est quod dominus latinè.

## De H ante I.

Hyatus,vide in litera Y,licet non rectè hanc vocem ibi autor posuerit,cùm scribenda sit cum aspiratione.

Hic,hæc,hoc, an & quando sint demonstrativa.Bart.in l.j. in j. oppositi.de ope.noui nuncia.& in prima constitutione C.& in l.Mæuius.§.duobus.ff. de leg. ij.& plenè de istis in l.j.§. hui⁹ studij.ff.de iusti.& iur. Alex.& Ias.& Bart.in l.j.versi.item oppono.ff.de pecu. Quandoque faciunt simplicem relationem vel demõstrationem.xvj. distin.can.j.

Hydromeli,à Græcis dicitur,quę sit apud Latinos aquà mulsa. Hispani vocant adoxa,constat nãque ex aqua & melle, vnde & nomẽ accepit:nã hydor est aqua,& meli,mel.Pli.li. 14.Fit vinum,inquit,ex aqua & melle tãtum: hoc vocatur hydromeli.Idem lib. 22. Hydromeli quoque ex imbri puro cũ melle tẽperabitur.Vlp.libr:xxxiij. dig.in titu.de triti.& vi.lega. l. si quis.Neque ceruisia,inquit, continebitur,neq; hydromeli.

Hierophylax,acis , interpretatur sacrorũ custos,quodhieros est sacer,& phylazo custodio.Latinè tum æditui,tum æditimi

appellantur.Scæuola in tit. de annuis legatis.l.annua. Sacerdoti,inquit,& hierophylaci & libertis.pro quo mendose legitur gerophylaco. N.

Hierophylax, sacrorum custos, latini vocãt ædituũ.extat hæc dictio in l.annua.de an.lega.

Hierapolis,nomen est complurium ciuitatũ : alia namq; est in Asia propriè dicta,alia in Creta, alia in Theutrania, alia in Syria,vnde Hierapolitani sunt appellati,de quibus Iurisconſ. in tit.de aqua cot.l.j.vbi legitur apud Hierapolitanos fieri aquis calidis irrigationẽ.Item de pœnis.l. crimen.Hierapolitanis,inquit,reſcripſerunt.

Hymnus angelicus est,Gloria in excelsis.de celebr. miſſ.capit. consilium.

Hypocaustum,fornax est in balneo subdita caldariis calefaciendis: dictũ ab hypo,quod est sub, & cauo cale facio. Est præterea hypocaustum, fornax ad calefaciendum cubiculum siue cœnaculum,vulgus appellat ſtufas.Papinius in primo Syluarum : Tenuem voluunt hypocausta vaporem. Plin.Cæcil.in epiſtol.Cohæret hypocaustum & ſi dies nubilus immiſſo vapore ſolis vicẽ ſupplet. Ambr.lib.6. hexamer. De hyeme forſitan quereris, quia nulla tibi hypocausta anhelantibus ignibus vaporantur.Vlp.de leg.lib.iij.l.ligni appellatione.Siue diætarum,ſiue hypocauſtorum,ſiue ad calcẽ. Idem in titu.mandati.l.ſi quis mihi . Sphæriſterium, inquit, hypocauſta, & quædam valetudini apta.Acc.nunc ægrotorum dicit eſſe ſtationem,nunc ſubterraneum locum. N.

Hippocomi , qui equorum curæ præfecti ſunt:meminit huius verbi l.quoniam.C.de cur.public.lib.xij.

Hippodromus , vt interpretatur Bud.eſt equorum curriculum, in quo de pernicitate certatur citra ſimulachrum pugnæ.

Hipponis,cuius meminit lex,nauis aduerſa.ad l.Rhod.de iac. Locrorum fuit Colonia. Strabo eam vocat hipponium.Plin. autem ſcribit à Romanis appellatam Vibonem , dein Valentiam.Hæc vrbsadhuc extat,ſinũq; efficit Hipponiatẽ.

Hypotheca interpretatur ſuppoſitio , & ſignificat etiã pignus quodpro aliqua re ſupponitur. Vnde & apud Iurisconſ.titul. eſt de diſtractione pignorum vel hypothecarum.l.cum tabernam.Non certificationem inquit, ſed ſuppoſitionẽ à me accipere,hoc eſt vocabulo vſitatiori,hypothecam.Item lib. xx.de pigno.& hypoth.l.res. Iaxer pignus,inquit , & hypothecam tantum nominis ſono differt.Hinc hypothecarius dictus penes quem remanet hypotheca ſiue pignus,vt in tit. de ſe



de ſeparationibus.l.j.Hypothecarius,inquit,creditor. N.

Hircoſus dicitur cui os olet.vt l. qui clauum.§.is cui.ff. de ædi. edi.Sed propriè dicitur cui alæ grauiter olent:nam hircus etiã dicitur alarũ fœtor,quem Plinius alarum graueolentiam vocat.

## De H ante O.

Hodie,hæc dictio non importat dilationem. l.liber homo. §.j. ff.de verbor.oblig.& l.prætor. §.præterea.& §.poſſe.ff. de iniur.& facit diſpoſitionem præſentem.vt ibidem notatur.

Holobaræ veſtes,quæ ob aurum intextum graues ſunt. Alciat. in titul.de veſt.holob.libro xij C.Sunt qui holoberæ, alij holoueræ.

Holobryzæ veſtes,quæ totæ ſunt ex auro obryzo.

Homagium est idem quod fidelitas: tamen Spec. eod. titulũ lib.de feu.ponit iſtam differentiam,quòd homagium eſt de iis, quæ ad temporalia pertinent,& ideò pro ſpiritualibus indignum eſt vt quis homagium facere compellatur. Fidelitas tamen pro ſpiritualibus præſtatur,quia prælati bene præſtant fidelitatem , vt in cap.antiqua.de priuile. vel ſic poteſt deſcribi. Homagiũ eſt quædam additrictio ſeruitutis liberi hominis facta domino per pactionẽ ſiue ſtipulationẽ promittentis libero homine domino ſuo fidelitatem,& conſtituente ſe hominem vel vaſallum ſuum. Et ſic in aliquibus partibus hoc modo ille qui facit homagium coram domino ſuo, flectit genua ſua,tenẽdo manus ſuas coniunctas ſimpliciter inter manus domini, iuſiurandum de fidelitate præſtans:& mutuò ſe in ſignum fidelitatis oſculantur,cuius forma ponitur in lib.feud. de no. fi.fon.c.eſt & alia , ſcilicet poſt rubric.illam de for.fi.Ad idem facit de iureiur.cap. ego N.& lxiij.diſt.tibi domino.& Hoſt. ponit eam in Sũ.de feu.§.quid ſit fidelitas,& qualiter ſit facienda. Ex dictis homagium deſcribi poteſt ſecundum formam,eſt quando aliquis,flexis genibus,iunctis manibus in manus domini poſitis aliquid promittit. Eſt autem homagium multiplex ſecundum Spec. vbi ſuprà quoddam eſt ligium,quoddam eſt nõ ligiũ, quoddam edictale, quoddam decretale,&c. de quibus infrà.

Homagium decretale eſt, Nam heres hominis mei qui illo feudo ex conſuetudine poſſet infeudari , & per conſequens in homagium ſuccedere , debet intra certum tẽpus me in dominum agnoſcere, & fidelitatem mihi præſtare,& ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere,& in re-

cipiendo videor sibi ius feudi decernere, propter quod dici potest homagiũ decretale, sicut etiam bonorum possessio decretalis,& quod ius mihi tribuit,sicut & talis bonorũ possessio,scilicet,si nullus sit proximior.Et ideò in curia Franciæ recipiuntur fidelitates & homagia alterius saluo iure. Quod autem in Italia & alibi vocatur vasallitium,in Francia vocatur homagium,&c.etiam dicitur homagium,c.veritatis.de iureiurand.Differũt tamẽ,quia homagium est quãdo iuratur alicui fidelitas nemine excepto,sed vasallitium superiore excepto,scilicet Imperatore.De hoc optima glos. in verbo homóque ligius.cle. pastoralis.§.dicíne.de re iudi. vbi etiam dicitur quòd quis non potest esse ligius duorum sed bene ligius vnius,& vasallus alterius, vel vasallus plurium,& sic homagium potest dici hominis ligium.

Homagium edictale est sicut bonorum possessio edictalis.vnde secundũ Spe.ibidem homagium edictale siue hereditarium est quod quis habet,eo ipso quòd est heres: nam eo ipso quod adit hereditatem hominis mei,personam eius repræsentat,& videtur hominis homagium subiisse,& tale homagium potest finiri tempore si domino placebit,quia si domino non placeat,non finiretur,etiam si vasallus vellet bonis feudalibus cedere,imò ageret contra ipsum,vt eum in dominum agnosceret,& hoc ex contumelia sua, vnde puniri debet ne inuitus consequatur immunitatem, quod esse non debet,pro quo ff.de neg. gest.l.siue hereditaria.Et ideò possum eum cogere vt subeat homagium decretale,& etiam quòd plus tribuat ei in effectu quàm edictale.

Homagium legium est secundũ Spec.ibidem,quod fit Imperatori vel Regi,nullius alterius fidelitate salua, illud autem quod fit aliis,non dicitur legium,quia fit vel iuratur salua Imperatoria vel Regia fidelitate,multi enim putant homagium legium esse quando vasallus mittit manus suas inter manus domini, & sibi homagium facit,& fidelitatem promittit,& ab eo ad osculum recipitur, quod non est verum, vt etiã ibidem dicit Specu.sed vt ipse dicit, tunc alij ponunt quòd duplex est homagium. Homagium ligium, in quo nullus recipitur quantum ad verba,sed quantum ad mentẽ. Et aliqui qui supremam & generalem habent autoritatem & iurisdictionem,pura Imperator vel Rex, intelliguntur excepti,&c. Item vbi ponitur legium suprà & infrà,habent aliqui



aliqui legium.Homagium nõ legiũ est quando aliquid excipitur,puta, Facio tibi homagiũ excepta fidelitate ad quã domino meo tali legioteneor, vel saluo,quod possum cùm voluero dominũ legium mihi constituere,vel saluo quod nolo tibi contra talẽ iurare.Sed dictũ primum est verius secũdum Spec.licet hoc vltimo de signarum communis vsus approbet.Et secundum vltimum modum sequitur per totum,& illo vtitur Spe.de homagio ligio,vide suprà feudũ legium.

Homo non rectè dicitur qui adhuc est in vtero matris.l.cùm inter.C.de fideicom.lib.& l.pẽ. de posth.hered.

Homo ligius secundum Specul. ibidem dicitur quasi suo domino ligatus, vel quasi legalitatem continens.Vnde Rex Siciliæ est homo ligius Romani iudicis,vt in clement.pastoralis. de re iudic.præallegat.post medium.in §.rursus.vbi glos.not. Et omnis homo ligius est vasallus,sed non econtra.

Homicidium, dicitur hominis occisio ab homine facta, & dicitur quasi hominis cædium, ab homo,& cædo,secundum Gof.in Sum.eo.titu.& Host.& Ioan.& Specula.& est duplex, scilicet, voluntarium & casuale.Etiam committitur homicidium facto,consilio,præcepto,& defensione.cap.sicut. eo.tit.vbi gl.no.Fit etiã homicidium spirituale ex quadam iuris fictione spiritualiter octo modis. Primò,per fratrum detractores eos odientes, iniquitatem,oppressionem & iniustitiam facientes, fratribus malè persuadentes,&c.vt c.homicidiorum.de pœn.dist. j.ca. omnis iniquitas & c.noli.ead. dist.Et generaliter iniquus motus ad nocendum fratri in homicidij genere deputatur.Itẽ homicida censetur qui tẽpore necessitatis proximis alimẽta negat, lxxxvj. dist. pasce. Corporale homicidium est hominis peremptio corporaliter. Et fit dupliciter.slingua & facto: lingua tripliciter,præcepto,cõsilio,& defensione.50. distin.si quis viduam. & c. periculosè, de pœn.dist.j.Facto quadrupliciter,iustitia,necessitate, casu & voluntate.

Homologare, Autor exponit in dictione Omologare.

Omousios quo verbo vtitur Iustinian.in l.iiij.de sum.Tri.latinè sonat consubstantiale.

Honestus dicitur qui nihil habet turpitudinis, secundũ Isido.ij. Ety.& dicit honoris stat⁹,& de ista honestate vide Gof.Ho.& Spe.in ru.de vita & hon.cleri.

Honestas iustitiæ publicæ.i.constitutiones ecclesiæ factæ propter publicã honestatẽ.Iudicauit enim ecclesia esse honestũ vt nunquã consanguineus du-

ceret sponsam consanguinei sui viui, vel mortui. secundum Archid. de spon. c. i. li. vj. de hac honestate vide in cap. ad audiē tiam, & c. sponsam. de spon. & matri. vbi per doct.

Honor aliquando capitur pro dignitate. l. nup. de don. inter vi. & vx. quandoq; pro magistratu. §. Prætorum. Inst. de iu. nat. gen. & ciui. quandoq; pro dono. l. si remunerandi. ff. mand. quandoq; pro salario. l. j. §. pro inde. de var. & extraord. cogn.

Honor municipalis est administratio reipub. cum dignitatis gradu. l. honor. de mun. & ho.

Honoraria dicuntur præmia legatorum seu aduocatorum. l. j. §. in honorariis. ff. de var. & extraordina. cognit. Require infrà legatus.

Honorarium ius dicitur ius Prætorium. §. prætorum. Instit. de iur. gen. & ciui.

Honoratos ait Alciat. etiam eos appellari qui Palatina dignitate præditi sunt absque administratione.

Horreum, est repositorium non solùm frugum, frumenti, & vini, sed cæterarum quoque rerum, quæ adseruari consueuerunt. De horreo frumenti. Virgil. primo Georg. Illius immēsæ ruperunt horrea messes. De horreo vini Horatius in Odis, & Iurisconsul. in titul. de fundo instruct. l. tabernam. Legauerat, inquit, horreum vinarium cum vino & vasis & instrumento. De horreo aliarum rerum in tit. de emptione & vendi. Clauibus, inquit, traditis, ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si claues apud horrea traditæ sunt. Item in ti. locati. Dominus, inquit, horreorum effractis & compilatis horreis non tenetur. Hinc horrearius, qui præpositus est horrei custodiæ, vt libr. xix. Digestorum, in titulo, locati & conducti. l. cùm in plures. Rerum, inquit, custodiam quam horrearius habet. Item l. Cælius. Cum horreario, inquit, agendū. Et merces horreaticæ dicuntur, quæ in horreis adseruantur, vt in tit. de conditis in publi. hor. l. nulli. Codice. Nulli, inquit, posthac horreaticas species contigendi copia datur. Ant. Nebr.

Horreum, accipitur pro quocunque loco ad reponēdum merces, idoneo: inde horrearius, de quo in l. cùm in plures. §. vlt. ff. loca.

Hortamur aliquando importat mandatum necessitatis, & per ipsum confertur iurisdictio. c. quia iudicante. de præscri. & c. j. de testam. cano. hortamur. iij. quæst. ix.

Hospes dicitur qui recipit & recipitur. ff. de exer. act. l. j. §. magistri. in glo. dicitur vector. & ad legem Rhod. de iac. l. ij. ter



tio responso.

Hostes sunt quibus populus Romanus bellum indixit, vel ipsi populo Romano, vt ff. de capti. & postlim. reuer. l. hostes.

Hostiarius olim in veteri testamento idē erat quod ianitor, vt xxxj. distinct. cleros.

## De H ante V.

Humanus, id est secularis. j. dist. c. j. xij. q. ij. qui & diuinis & humanis. Item idem est quod humilis. 50. distin. cos. xxiiij. q. j. si quis dederit. & habetur in regula, semel Deo. de reg. iur. lib. vj.

Humanitatis ratio pro humana natura accipi videtur in l. non tantum. de appel.

Humanitus contingere, pro mori. Insti. de don. in prin.

Humiles personæ quæ dicantur declarat Impe. in l. humilem. C. de incest. nup. Bart. in l. tutor. §. tutores. de suspe. tu. annotat humilē dici q. caret dignitate.

Humiliores personæ dicuntur pauperes. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsi. & dicitur humilis quasi humo accluis, secundum Isid. not. Archi. in c. qui episcopus. xxiij. dist.

Humilitas, seu humiliatio, vt no. Archid. xxij. q. ij. cum humilitatis. Est virtus qua homo veríssima cognitione sibi vilescit. de qua glo. optima in verbo humilitatis. & est glos. finalis in clem. j. de relig. domib. quæ multa perpulchra ponit de humilitate. Vnde melior est in malis factis humilis confessio q̄ in bonis superba gloriatio. x. q. iij. c. iniustum. in fine.

Humiliati sunt quidam religiosi qui fuerunt condemnati ab ecclesia per Lucium Papam, qui noluerunt iurare, & postea tempore Clementis recepti sunt ab ecclesia, quia se correxerunt, & iurant quando expedit. not. in c. olim causam. de restit. spolia.

## De H ante Y.

Hyacinthus nomē floris & gemmæ. l. j. C. nulli lic. in fre. equo. lib. xj.

Hydraulus, instrumentum extrahendæ à profundo aquæ idoneum: inde hydraulæ, quibus cura aquæ domus Imperatoris demandabatur, de quibus in l. v. C. de excus. mun. lib. x.

Hydromeli, aqua mulsa, quæ aqua & melle conficitur. Hanc vocem vsurpauit Vlpia. in l. si quis. de triti. leg.

Hydrophylaces, curatores sunt aquarum.

Hymnus angelicus, require suprà in litera h, ante i, licet malè ibi fuerit hæc dictio collocata per autorem operis.

Hyperberici mensismentio fit in c. propter. Io. j. xviij. dist. intelligiturque octobet. Alciat. ramen, capit. libr. j. Parer. censet legendum, hyperberetæi,

quòd teste Suida ita is mensis apud Macedones appelletur, sitque apud eos vltimus mensis anni. Vnde hyperberetæa ab eisdem vocantur serotina, tarda: & post collectos demùm fructus accidentia.

Hyperbolæ, latinè excessus, figuræ nomen, cùm scilicet, quippiam dicitur fidem veritatis excedens, augendi vel minuendi gratia, cuius rei exemplum in §. per traditionem. Institutio. de rerum diuisio. vt ibi obseruauit Accursius.

Hypætria appellantur loca sub dio exposita, hoc est patente cœlo. Plerunque tamen accipiuntur pro subdiualibus deambulationibus, quas apud veteres mori fuit pulcherrimis sterni pauimentis, & hyeme quidem plumbo vel aliqua alia materia exẽptili tegebantur, ne gelu vel niuibus corrumperentur: æstate verò expansis velis à solis ardoribus defendebantur. l. malum. §. plũbum. de ver. sig. & l. quæsitum. §. de velis. de fun. instru. licet ibi corruptè legatur apothecis pro hypæthriis.

Hypocaustum latinè interpretari possumus succensum vel sustum, locus est in balneis ad calefaciendas cellas caldarias & tepidarias, vt exponit Bud. Interdum accipitur pro cubiculo vndiq; occluso, in quod aer non amittitur, sed igne accenso, feruore atque æstu vaporat intus nec foras diffundi tur calor, quod sermone Italico stufa appellantur.

Hypocomus, De hoc vide in litera y.

Hypocrisis, latinè simulatio, & hypocrita simulator dicitur.

Hypomnematography, dicuntur commentariorum scriptores. habetur hæc vox in l. si quos. C. de decurio. lib. x.

Hypostasis, exponitur in litera y.

Hypotheca, huius vocis sensum posuit autor in litera y. licet imperitè, vide ibi.

Hysginus color dicitur ab hysge herba. l. quæsitum. §. illud. de lega. iij.

Hysterologia, vel hysteron proteron, figura est, cum id, quod primum esse debet, secundo ponitur loco, vt cum Iurisconsultus prius determinat secundam quæstionem, quàm primam, prout fecit in l. iij. §. Labeo. de incen. rui. naufra.

## De I ante A.

IAcinthus lapis est pretiosior aliis. C. nulli lic. in fre. l. vnica, libro xj.

Iactus, require infra lex Rhodia de iactu.

Iactura est damnum vel periculum quod quis patitur quando imminente tempestate proiiciuntur bona in mare ad exonerandum naues, & ita capitur propriè, sed largè potest capi, pro quocunque damno alicui per violentiam illato vndecunque proueniat. Vel dicitur læsio facta cum lapide vel ligno. Require etiam infrà lex Rhod.

Iactura & damnum differunt, quia iacturam scienter & vltro patimur, vt patet in iactura quæ fit per tempestatem maris, vt in tit. ad l. Rhodiam de iac. damnum verò insolito & nobis inscientibus fit. c. in primis. ij. q. j. & l. j. ff. ad l. Aquil. & not. per Archid. in c. quia sæpe. de elec. in vj.

Iam, hæc dictio denotat perfectionem actus & continuationem. Bar. in l. Celsus. num. 26. ff. de vsucap. & in l. j. ff. de aqua quotid. & æsti. & text. in consti. j. C. versic. omne iam constit. & ibi Bald.

Iam, quandoque ponitur interrogatiue. ff. ad l. Aqui. l. Stichum. Quandoque retro tempus significat & continuum. de acq. rerum domi. l. nunquam. §. thesaurus. Item quandoque sumitur pro futuro & præterito secundum subiectam materiam, vt l. quãuis. ff. de fur. & ibi not.

Ianthinus, na, num, color est violaceus, quoniam ion Græcè, viola interpretatur Latinè. Pli. lib. 22. Appellata, inquit, ia, & ab iis ianthina vestis. Persius: Hic aliquis cui circa humeros & ianthina læna est. Martia. Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ. Vlpia. de lega. 3. l. si cui. Buccinum, inquit, & ianthinum continetur. Et ferè quoties in libris digestorum, & in literis sacris legitur hyacinthinus color, intelligendus est violaceus, id est coloris violæ. Ant. Nebr.

Ianthinus, color est violaceus. L. si cui. §. fin. de leg. iij.

Ianuarius est mensis ideo sic dictus, quia est principium & ianua totius anni, vt not. per Archid. extra de rescript. capit. si propter. in gloss. debet hoc intelligi.

## De I ante B.

Ibi, hæc dictio, non tantum locum, sed quandoque etiam tempus demonstrat. gloss. in l. si quis. de iud.

Ibrida est de scorto natus.

## De I ante C.

Iconomus dicitur ille cui ecclesiastica res gubernanda mãdatur. vt C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus. circa princi. & gloss. iij. cap. Imperatorum. de iura. cal. vbi not. differentiam per doct. inter iconomum, syndicum, procuratorem, & actorem, quæ ibi secundum gloss. in lata significatione idem significant. De quo duæ glos. notabiles, vna in can. si quis erga. ij. quæst. vij. alia in can. quoniam. xvj. quæst. vij. & habetur x. q. ij. si iconomus.

Economus per œ, diphthongon scribendum est, non per i, nec per y, significat autem propriè curatorem domus, hinc & œconomica Aristotelis.

## De I ante D.

Idcirco, & ideo, sunt dictiones causales. Batto. in l. demonstratio. §. quod autem. ff. de condi. & demonstr.

Idem quandoque exponitur pro simile. l. si non sortem. §. Libertus. de cõdictio. indeb. Et quandoque idem appellatur, tametsi pristina qualitas aut quantitas non adsit. l. proponebatur. de iudic.

Id est, est dictio expositiua. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. legis. vide latè de hac dictione per Barto. in l. j. ff. ad legem Aquil.

Idiota est Græcum, & est idem quod imperitus, secũdum Isid. libr. x. vt est laicus qui literas nescit, vt in authen. quomodo opor. episc. §. j. quandoque dicitur ille qui ostendit se scire cum nesciat, vnde versus.

Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus.
Creditur à mille, quamuis idiota sit ille.

Ita dicit Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de arbitro. §. restat. versic. item ferendæ sunt.

Idonei propriè dicuntur qui possunt & volunt in ecclesiis deseruire. de præben. super inordinata. Et dicuntur idonei qui sunt moribus, honestate, & literarum scientia decorati. de instit. c. in ecclesia. in gloss. iiij. etiam sunt prouidi & circunspecti.

Idoneè cauere quomodo intelligatur. require in vers. cautio.

Idoneus tutor dicitur qui est soluendo quatenus sunt facultates pupilli. l. ij. §. idoneos. & ibi Bart. ff. ad Tertil.

## De I ante E.

Ierocinium est locus vbi aluntur pauperes, secundum quod accipitur C. de sacr. sanct. eccles. l. illud, ibi legitur Ptochotrophium.

Ierotocomium est locus vbi senes & valitudinarij, & propter senectutem tantum infirmi homines curantur. glos. in cap. tributum. §. sancimus. xxiij. quæstione octaua.

## De I ante G.

Ignarus est qui ignorat, vel qui ignoratur, secũdum. Isid. libr. x.

Ignauus idem est quod ignarus viæ, id est rationis & vitæ secũdum Isid. ibidem, frequentius tamen accipitur pro indiligenti, & pigro. vnde & ignauiter, pro segniter & negligenter.

Ignem & aquam accipere interpretatur Scæuola pro nuptias celebrare. l. penul. de don. inter vi. & vx. vbi præclare Budæus.

Ignomina est verbalis læsio contra honorem alicuius, vel etiã turpitudo. Et sic dicitur quòd igno



ignominiosum est episcopo si quærat ab aliis doceri, cum ipse alios docere debeat, vt in auth. de sanct. episc. §. damus.

Ignominiosa missio in re militari quæ sit, ostendit eleganter Iurisconsult. in l. milites. de re milit. & l. ij. de iis qui not. infa.

Ignorantia est, cum de facto vel de iure nihil scio, nec aliquid suspicor, secundum Azon. in sum. C. de iur. & fact. ign. vide infrà in ver. ignorare.

Ignorare propriè est nescire qd aliquis debet scire. Nescire autem est communius quàm ignorare. Vnde propriè omnis qui ignorat, nescit, sed nõ econtrà. vt not. ff. de iur. & fac. ign. super rubrica. Et in hac materia quatuor sunt quæ videntur idem, sunt tamen diuersa, scilicet ignorantia, nescientia error & titubatio. Primum sumitur in mala parte, quia scilicet, debet scire, & ignorat. vnde dicitur, qui ignorat ignorabitur. de renun. capit. nisi cum pridem. Nescire autem in bona & mala parte. Nam omnis ignorans nescit, sed non conuertitur. vt dictum est. Error autem est cum aliud est quàm credam. Quod autem aliud sit errare quàm ignorare, patet cum dicit lex, si potest possessio acquiri ignoranti, ergo & erranti. ff. de acquir. possess. l. si me in vacuam. §. j. Titubatio verò est cum hinc inde diuersa vel contraria scire videor, nec alicui eorum magis animum applico. C. de condit. indeb. l. fin. Et ignorantia diuiditur ex parte materiæ circa quam est, quia alia est ignorantia iuris, alia facti, & harum vna probabilis, alia non. Ignorantia facti est vt si nesciam illum decessisse qui mihi cognatus est, vel aliquod simile. Alia est ignorantia iuris: vt si nescio me illi posse succedere qui mihi cognatus est & decessit, vt ff. de iur. & fac. ign. l. j. & hæc non excusat. regula ignorantia, de reg. iur. lib. vj. Est etiam quædam ignorantia facti probabilis, vt si quis erret in facto alieno. & quædam non probabilis vt si quis erret in facto proprio, vel rebus suis, vt ff. pro soc. l. vlti. vel si ignorat aliquis quod omnes de ciuitate sciunt vel maior pars ciuiũ scit. l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & fac. igno.

## De I ante L.

Ilico dicitur fieri quod fit antequam diuertat se ad alia faciẽda. l. litigatoribus. C. de appel.

Illata, id est opposita. de præsumnonne.

Illata quomodo differant ab inductis, no. gloss. in l. si non. C. in qui. cau. pig. vel hyp. ta. contra.

Illibatum, id est non diminutum. glo. §. fin. Instit. de iis qui sunt sui vel alie. iu.

Ilienses, dicti sunt populi ab vr-

be

be Ilio,clarissima omnium quæ fuerũt in Asia, vel ex eo quod inde profecta est tota Romanorum nobilitas. De quibus Callistratus lib. xxvij. Digestorum. titulo de excusationibus. l. non tantùm. §. j. Illiensibus, inquit, propter inclytam ciuitatis nobilitatem, & propter coniunctione originis Romanæ. N.

Illotis manibus dixit Gaius in l. ij. de ori. iu. pro rem ipsam protinus aggredi nulla præfatione adhibita, & imparatis adhuc legentium animis.

Illusio est deceptio vel derisio. clement. vnica. de renun. vbi concor. mul. in gl. in ver. illusio.

Illustris est nomen notitiæ eo qđ multis clareat splendore generis vel sapientiæ vel virtutis quamuis sit obscurè natus: secundum Isido. Et nota, quòd quatuor sunt nomina dignitatum, scilicet maximi, vt sunt superilluſtres, magni, vt illustres, medij, vt spectabiles, minimi, vt clarissimi. in auth. de appel. §. j. & tribus seq. inst. in procœ. §. cúmque. vbi glos. Illustres etiam dicuntur qui sunt de consilio & consistorio Imperatoris. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. Vide latè Barba. in c. nouit. de iudi. & in ca. tuam. de ordi. cog. & per Alex. de Imol. in l. j. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. in gl. in verbo, tribuuntur.

Illuuies, immunditiam fœtorémque oris designat. l. qui clauum. de ædil. edi.

Illyricus, id est sclauus, scilicet aliquis de Sclauonia. vide suprà, coloni illyriciani. C. de colo. illyri. lib. xj.

## De I ante M.

Imaginarium pro fictitio, vnde imaginaria venditio, quæ nullo aut minimo accedente pretio fit. §. præterea. institu. quib. mod. ius pat. pot. sol. & l. imaginaria. de reg. iu. ff.

Imbecillis est fragilis & inconstãs, & dicit quasi sine baculo.

Immissum dicitur quod ita immissum est, vt in aliquo loco conquiescat, veluti trabes quæ in alienũ parietem immittuntur. vnde & seruitus tigni immittendi nomen accepit. l. malum. de verb. significa.

Immunitas est priuilegium quod dam, vel remissio à iure ad nõ subeunda munera vel honores concessa, qualia enumerantur in tit. ff. de iure immu.

Imò, stat quandoque correctiue. c. accedens, vt lite nõ conte. de hoc tex. iuncta glo. xvj. q. j. prædicator. & l. Stichus. ff. de manumis. tes. & ibi plenè per Bart. quandoque stat copulatiuè vel implicatiuè, vt per eundẽ Bart. in j. consti. C. vbi latissimè de vi huius dictionis.

Impedire dicitur qui retardat. c. pia. §. fina. de except. lib. vj. & ibi not. per Archi.

Impen



Impensæ secundum Azo. in Sum. de petit. here. dictæ sunt ab impẽdẽdo, & sunt triplices, quædam necessariæ, quædam vtiles, quædam voluntariæ. Necessariæ dicuntur quibus non factis res erat peritura, vel quę si factæ non essent, res longè deterior effecta fuisset: vt in l. impensæ. ff. de verb. sig. verbi gratia, Conduxi à te domum quæ ita ruinosa erat, quòd nisi releuassem eam, erat casura, hæ impensæ dicuntur necessariæ, & ipsas repetam per contrariam actionẽ conducti. Vtiles dicuntur quibus non factis res non erat peritura, sed ipsis factis melior efficitur, vtpote si faciã fenestras vtiles in domo vel similia, faciũt ergo vtiles impensæ rem deteriorem esse meliorẽ. Voluptariæ dicũtur quibus non factis res non erat peritura, nec ipsis factis res efficitur melior, sed bene amœnior, vtpote si facio picturas in domo mea, hæ non repetuntur, nec deducuntur (quam uis secus sit de necessariis & vtilibus) sed has licitum est mihi abradere sine lęsione prioris status, si abraſę possunt mihi aliquam vtilitatem afferre, alioquin non esset mihi licitum, quia malitiis hominum (qui nihil aliud quęrunt nisi vt noceant) non est indulgendũ, sed obuiandum, & sibi imputet qui eas fecit, quia donare videtur, iuris fictione, vide suprà, expensę.

Imperator non dicitur nisi post coronationem. Feli. in c. eum te. de rescript. versic. similiter dicit glo. & vide gl. in clemen. de iureiur. in verbo: futurum.

Imperium est duplex, scilicet merum & mixtum, de quibus vide suo loco in litera M.

Imperitia, id est ignorantia. de præscrip. sicut graue.

Imperpetuum quandoque significat donec viuã. ff. pro socio. l. j. quandoque significat per infinita secula, etiam post mortem, secundum glo. in verbo perpetuatur. in §. at si ita. inst. de verb. oblig.

Impetere, id est accusare, vt extrà de iureiur. c. quemadmodum.

Implementum sumitur pro implemento conditionis, & hoc modo significat actum esse purificatum. l. antepe. ff. de condi. inst.

Impossibile dicitur multis modis, vt not. lxj. distinc. Catinlensis ecclesiæ. Vnde impossibilitas propriè est triplex, videlicet iuris, facti, & naturæ. secũdum Ioan. And. in regula nemo. de regu. iur. lib. vj. Et nota, quòd impossibilitas apposita actui, diuersimodè significat, vt ex significato ex eâ sumpto, vel aliàs vndecunque concluditur disponentem voluisse: nam quandoque vitiat actum, quandoque habetur pro non adiecta

adiecta, prout natura actus cui adiicitur postulare videbitur, de quo latissimè & magistraliter Dyn. in dicta regu. nemo potest, & post eum alij in §. impossibilis. Insti. de here. instit. Et no. quòd habetur etiam pro impossibili quod à sola principis voluntate dependet, vt not. glo. in l. Continuus. §. cùm quis. de verbo. obligat.

Impostores, dicuntur deceptores, & qui fallunt præstigiis quibusdam: dicti ab imponendo, quod est decipere. Iuuenalis: Facile est barbato imponere regi. & Martialis: callidas imposuit nuper mihi caupo Rauennæ. Vlpianus lib. xxj. de ædilitio edicto. l. ob quæ vitia, Non gulosos, inquit, nec impostores. Accursius impostores interpretatur qui imponunt aliquid alicui. Inde dicta impostura, pro deceptione. Ambrosius in epist. ad Corinthios primam: Omnis impostura tenebras petit, & falsa pro veris ostendit. Vlpia. lib. xlvij. de crimine stellionatus. l. stellionatus 2. §. item si quis. Item si quis impostoram fecerit.

Impostores dicũtur versuti & fallaces homines, inde impostura, id est fallacia & deceptio: ducta videtur metaphora ab iis, qui operimentũ aliquod rebus imponũt, vt vitia cõtegãt. Hinc & verbum imponere pro simpliciter decipere. Horũ verborum crebra fit mentio in iure, vt in l. j. de var. & extraord. cogni. in l. iiij. de ædi. edic. & in tit. de crimi. stell.

Impotentia coeundi est vitiũ vel defectus naturalis vel accidentalis quo quis impeditur mulieri carnaliter commisceri.

Impræsentiarum habetur in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrogat. act.

Impubes est qui ex habitu corporis sui impubertatem ostendit, & quòd generare vel concipere nondum possit, sicut masculus ante xiiij. annum, mulier ante xij. Masculus enim impubes dicitur vsque ad xiiij. annum completum, puella verò vsque ad xij. vt Instit. qui. mod. tut. fin. in princip.

## De Iante N.

Ista dictio per se sumpta aliquãdo notat terminum in quo aliquando pro fine, & pro aliis multis significationibus, de quibus vide Anto. in ca. in literis. in princ. de restit. spol.

In, quando priuat vel auget, not. Ioann. Andr. de consuet. ad nostram. Et dat remissionem ad Spec. de iur. patr. nobis autem. Sed plenius not. Archid. xl. dist. si Papa, & quandoque notat intrinsicitatem, quandoque extrinsicitatẽ, iuxta Alexandrum, In campo curro, &c. Et habetur in l. si cui. in princip. ff. de leg. primo. Quandoque ponitur pro valde in compositione vt inuigilare, id est valde vigilare. Interdum ponitur pro nõ, in compositione, vt iniustus, iniquus, id est non iustus, non æquus.

Inauditum filium dixisse videtur Vlpia. in l. inauditum. ad l. Cor. de sica. pro non damnatũ iudicio, vt ibi interpretatur Bud.

Inauris, quod à Græcis dicitur enorion, ornamentum est ex auribus fœminarũ dependens. Plautus in Menech. Inaures da mihi faciendas pondo duũm nummũm. Vlpia. de au. & arg. leg. l. argumento. Veluti inaures armillæ, viriolæ. Item l. pediculis. Inaures in quibus duæ margaritæ.

Inauris, ornamentum est ab autibus fœminarum dependens, cuius non semel meminit Iurisconsul. in tit. de aur. & arg. le. l. argumento.

In bonis, esse longè aliud est, ac ex bonis esse: nam in bonis nostris esse dicitur, cuius dominium ad nos pertinet, ex bonis verò, in quo quodpiam aliud ius habemus. §. penulti. Instit. vi bon. rapt.

Incapacitas dicitur pro ipsa reali incapacitate: prout natura rei dictat, vel dispositio legis admittit, aut quodlibet medium operari vel significare declarat, verbi gratia, promittitur vel legatur res sacra, incapacitas rei huius operatur quòd non valet nec in re nec in æstimatione, quia non est commercium rei sacræ. l. inter stipulantem. § sacram. ff. de verb. oblig. sed vbi legatur columna aurea vel marmor pictum ad constructionem domus de alia domo, non valet legatum in re, licet valeat in æstimatione. l. cætera. §. si duobus. ff. de leg. primo. quia res de se est in commercio hominum, sed ne destruatur vel deterioretur, non tollitur de domo, sed debetur æstimatio rei, & sic de aliis exemplis.

In capita succedere secundũ Hostiensem in Sum. de succ. ab intest. §. viso. versi. quid sit factũ: est quando filij præmortuorum fratrum succedunt in portionibus quot sunt capita: verbi gratia. Tres sunt filij ex præmortuo fratre, & vnus ex alio fratre, si tantum capiat filius ex vno fratre genitus, quãtum tres ex alio geniti, succedũt in stirpes suas, quia quilibet capit certam portionem stirpis suæ. Si verò fratres tot portiones capientur quot sunt capita, tunc succedunt in capita. vide infrà, in stirpes succedere. & Azo. in Summ. C. de here. insti. Hostien. & Spec. eod. tit. in tracta. libellorum. versic. nunc de collateralibus.

Incendiarius est qui ob inimicitiam, aut prædæ gratia, ædes, arbores, siue segetes incendit, vt ff.

vt ff.de pœn.l.capitalium. §.incendiarij.

Incentium idem est quod appetitus vel audacia seu voluntas de vita & hon.clerico.c. vt clericorum.

Incentor dicitur ideo, quia ipse alios praua suggestione succendit ad vitia, & persuadendo inflammat, secundum Isidorum.

Incertas regiones fundum diuidi, est in partes determinatas diuidi.

Incertus possessor est quem ignoramus.l.subsignatum.§.fina.de verborum signific.

Incestæ nuptiæ sunt quæ inter collaterales vel affines fiunt, secundum glo.in authentic.de incest.nupt. in princip. in verb. incestas, vbi constituit differentiam inter nuptias incestas, nefarias, & illicitas, tametsi iuris auctores non raro his nominibus promiscuè vtantur.

Incestus est maior adulterio. l. si adulterium.§.j. versicu. occurrit de adulteris, & est coitus carnalis inter affines, & collaterales.§.si aduersus. institu.de nupt.

Incestus est abusus consanguineorum vel affiniũ, vt §. cùm ergo. xxxvj.qu.j. & xxxv.causa. quasi per totam.

Incestuosus dicitur qui cognatã vel affinem vel etiam sanctimonialem nefario amore vel coitu violat seu maculat, siue in matrimonio, siue sine matrimonio, vt in §.præal.& xxvij.distinct.virgines.

Incidens & emergens quomodo differant no.in c.j.de or.cog.& c.à nobis.de excep.vide de hoc suprà, emergens.

Inciles fossæ, siue incilia, sunt quæ à Græcis dicuntur diotones, & sunt per quas aquæ pluuiæ deducuntur ex satis. Apuleius lib.9.de asino: Viam laeunosis incilibus voraginosam. Cato de re rustica: Per hyemen aquam de agro depellere oportet, fossas inciles puras habere. Festus Pomp. medæssæ quæ in viis fiunt ad deducendum aquam siue deriuationes de riuo communi factæ, Vlpia.libr. xl.Digesto. titul. de riuis.l.j. Incile est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dict⁹ quod incidatur. Inciditur enim vel lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi possit. Idẽ Vlpia.in eodem libro, titu. ne quid in flumine publico. l. j. Si incile, inquit, ducat, & alio loco fiat. Meminit quoque incilis in titulo de aqua cotid.l.j.

Incile, vide infrà, Interdictum de riuis.

Incola dicitur qui in aliquam regionem domicilium contulit, vel contrahit, quasi sedem ibi posituru vel mansionem: ità quòd transactis decem annis domiciliũ retinuit, licet etiam causa studij ibidem steterit, vt ff.de



ff.de verborum significa.l. pupillus.§.incola.vel qui propriã terram colit. Require suprà, Agricola.

Incolumis dicitur à nomine columna, quia sicut columna est erecta, fortis & stabilis, ita incolumis consimiliter, & ista ratione forte filius dicitur habere in bonis patris quartum incolumen, id est fortem, stabilem, quia fideicommissa & legata eã miuuere non possunt, l.ij.cum ibi not.C.de inof.don.

Inconcussa, id est inuiolata, seu inconcusse, id est quare, sine interpellatione.c.illud. & cap. auditis, de præscript.

Inconsultò factum dicitur, quod dedita opera factum non est.

Incontinenti, id est statim, recipit tamen hoc verbum interpretationem à iure, de quo suprà in verb.facere.

Incorrigibilis secundum Bal. dicitur qui non paret iudici in extremo iurisdictionis, quod est sententia. Sed contumax dicitur qui non paret in principio iurisdictionis, quod est citatio vel in ius vocatio. Secundum Ant.de But. dicitur incorrigibilis qui postquam penitus est condemnatus, iterũ reuertitur ad idem crimen.c.vt famæ.de sent.excõ. licet enim non faciat pœnitentiam, non dicitur propterea incorrigibilis, nisi reuertatur ad simile vel ad peius delictum, nec faciat sui præsentiam iudici. ca. quoniam frequenter.§.j.vt lit. non contestat. dum enim facit sui præsentiam, vt iudex eum apprehendere possit, non est incorrigibilis, quia ecclesia habet adhuc quid vltra faciat. c.cùm non abhomine.de iudi.

In creditum ire est idem quod credere.l.ij.§.mutui.si certum petatur.

In creditum possidere, hoc est propter creditum. vius est Vlpia.in l.à diuo. §.si pignora.ff. de re iudic.

Incrustare est crustã parieti, vel alicui alteri rei inducere, siue ex calce, gypso, argilla, siue ex lapide, aut alia materia. Horatius primo Sermo. Syncerum cupimus vas incrustare. Varro apud Marcel. Pauimenta, inquit, & parietes incrustatis. Proculus lib.viij. Digestorum de seruituribus vrbanorũ prædiorum.l.quidam. Parietẽ, inquit, cõmunẽ incrustare licet. Et paulò post: Quod obseruari in incrustatione oportet. Itẽ de verborum signific.l.impensæ. Paulus ait, Incrustationes, loricationes, & picturæ. N. Incrustationes secundum Alcia. in l.impensæ. de verb.signific. sunt tectoria parietum ex crustis marmoreis confecta.

Incunctanter, id est de cetero.iij. q.vj.hæc quippe. in fi. & glo.j. quãdoq;, id est sine mora.ff.de admini.tut.l.tutor qui reperto

rium.§.j. Quandoque, id est indubitanter, quia cunctari idem est quòd morari vel dubitare,& ita sumitur extrà, de his quæ fiunt à maiori parte capituli. cap.j.de sententia excommunic.cùm quis.libr.vj.& ibi per Archid.ix. distinct.cap. noli.iij.q.vj.hæc quippe.& extrà,de schisma.ca.fraternitati. & in vtraq; significatione potest sumi d.c.noli.& ibi de hoc per Archid.

Incuria est negligentia. cle. quia contingit.de relig.do.& c.quę situm.de pœnitẽ.& remiss.

Indago apud Vlpian.in l.emptorem.§.vltim.de act.empt.sumitur pro effectu indaginis,hoc est captura,quod à Budæo ibi proditum extat.

Indefinita capitur pro oratione cui non præponitur signum vniuersale vel particulare. Et oratio indefinita significat indifferenter,quandoque etiam vniuersaliter distributiuè seu collectiuè, seu aliter, prout eius significatum vel materia subiecta vel quæuis circunstantia, seu aliquod medium probabile concludit,verbi gratia,Lex loquitur indefinite dicendo, venditor tenetur rem tradere,vel tenetur de euictione,homicida, vel fur est puniendus, significat vniuersaliter,quia sensus est, quòd omnis homo qui est venditor, tenetur tradere rem,& omnis homo qui est homicida vel fur,est puniendus. Et hoc patet ex omnibus legibus sic loquentibus cum earum intellectu.Nam natura legis est omnia in quibus est medium, sub eademregula concludere. Cum enim ibi sit eadem ratio ibi,& idem ius esse debet.l.illudi.ff. ad legem Aquiliam.Item qua ratione de ista lege detraheretur vnus, eadem & alius,& sic remaneret delusoria,& sic dicit, seu ideò dicit vniuersaliter. Differt tamen indefinita ab vniuersali secundum Bartolum, quia vniuersalis omnia significat ex suo proprio significato, indefinita verò non comprehendit omnia ex sua significatione propria, sed ex identitate rationis, interpretatione iuris, vel dispositione legis, verbi gratia,Lex dicit homicidam puniendum morte, non tamen sub hac lege comprehenditur homicida iustè occidens, scilicet ad sui defensionem, vel per sententiam, vt in l.j. C.ad legem Corneliam, de sicariis. secus si lex loqueretur vniuersaliter.quia tunc ex proprio significato contineret omnia, & non interpretatione iuris, sicut indefinita.Item cùm profertur ab homine in materia naturali dicendo,homo est animal, significat vniuersaliter,quia sensus est, quòd omnis homo est animal, quia significatum sumptũ ex natura in necessario,inest omni hòmini.Idem cùm profertur à lege,dicendo, obligatio est iuris vinculum, vel actio est ius persequendi,&c.quia cuilibet obligationi & actioni necessariò conuenit definitio. Item ibi,in iudicio interrogatus de pluribus criminibus,an fecerit,respondet quòd illa non fecit,æquipollet vniuersali,puta sensus est quòd nihil horum fecit.l.si is qui ducenta.§.vtrũ. ff.de reb.dub.quia significatũ sumitur ex interrogatione & responsione facta in iudicio: nam responsio facta ibi debet certiorare interrogantẽ, aliàs non dicitur responsio, modò accipiẽdo vniuersaliter interrogãs certiòretur,quia respondens omnia negat.Si autẽ nõ acciperetur vniuersaliter,non certioraretur aliquo modò, quia non appareret quid negaret,& quid confiteretur.Et sumitur hic significatũ ex æquipollentia,quia negatio præposita signo,facit orationẽ æquipollere suo cõtradictorio. Nã licet ibi negatio postponatur in ordine scripturæ, præponitur tamen in ordine constructionis,dicẽdo,quid eorũ non feci,id est non feci quid eorũ, & sic æquipollet isti,nihil eorum feci,iura tamen parũ intendũt significatũ æquipollen



tiarum.Item ibi,promitto per heredem meum non fieri quominus tibi ire agere liceat,hęc verba per heredem meum,significant vniuersaliter, quia sensus est,per nullum heredẽ meum.l.ij.§.fi.ff.de verb. obli. quia nomen heredis licet proferatur in singulari, tamen significat omnes heredes, aliàs istipulatio non haberet hereditatem, nec esset certitudo de quo intelligeretur, & de quo non.Item ibi,testator dicit,lego seruos meos textores,si omnes sunt textores, significat vniuersaliter, quia sensus est, lego omnes seruos meos.l. seruis vrbanis.§.final.ff. de legat. iij.quia significatum hoc iumitur ex accidẽtia facti quòd omnes sunt textores.Si autem aliqui sunt textores, & alij non, significat vniuersaliter omnes textores, & non vniuersaliter omnes seruos.l.præallegata,quia verbum textores ponitur restrictiuè, vt alij non comprehendantur in legato. Item ibi testator dicit, lego Abraham,argentum,significat vniuersaliter,vt omnis lana, omne argentum videatur legatum.l.si cui lanæ. ff. de legatis iij.quia qua ratione vnum ibi comprehenditur, eadem ratione & aliud, & qua ratione vnum excluditur, eadem & aliud,& sic nihil significatur. Item ibi, obligo bona

mea,non significat vniuersaliter,quia supellex,filij naturales & concubina non continẽtur.l.obligatione.ff.de pigno. quia ex natura istarum rerum quis ad istas ita afficitur,quod nunquã vel raro obligat, ergo in obligatione eas noluit comprehendere, sed comprehenduntur alia ad quæ quis solet obligari pro debito,quia significatum sumitur ex verbis & communi modo agendi, seu obligandi. Debent enim verba deseruire intentioni,& non intentio verbis. Idem si dicit vniuersaliter, obligo omnia bona mea,quia adhuc prædicta non cõprehenduntur.Item ibi testator dicit, heres meus damnas esto, clarè significat vniuersaliter, quia sensus est quòd omnes heredes teneantur.l.si plutibus.ff. de lega.ij. Finaliter ergo indefinita æquipollet vniuersali.ext.de priuil. c.quia circa.xix. distinc.ff Romanorum.ff.de seruis.l.si cui. &hoc verum est de indefinita legis, vel canonis,ius tradere intendentis:talis enim indefinita æquipollet vniuersali, si lege vel canone non definitur. xxxj.quæstio.j.quòd si dormiet.Ioan.Andr.not.quòd si non est eadem ratio & cõditio propter aliquod accidẽs omnium particulariũ in vniuerso comprehensorum, tunc indefinita non æquipollet vniuersali,vel bi gratia,legatur lana indefinitè, non continetur tincta in legato.l.si cui.in prin.ff.de leg. iij. Sed si legatur omnis lana, tincta etiam cedit legato.l.pediculis.§. Labeo.ff.de auro & argen.leg.in glos.super verbo, debebuntur.& vide glo.in ver. aliorum ecclesiasticorum. in cap.vt circa.de elect.lib.vj.vbi de hoc plenè nota.

Index est proditor, dictus ab indicando,secundum Isid.Capitur etiam pro digitto proximo pollici,itẽ prõ tabula quæ præfigitur libris ad indicanda rerum capita:quo sensu intelligi potest.§.vlt.de public.iudic.vt doctissimus docuit Alciat.Interdum significat exemplum, l.ij.ff.de fund.instr.

Indicare inter alia significata, significat etiam æstimare & pretium rei vænalis statuere,pertinétque ad vendentem,sicut liceri & mercari ad emptorẽ, indicatio.quo verbo vtitur Iurisconsul.in l.Iulianus,§.quod autem.de actio.empt.

Indicasse reum,non est solùm detulisse, sed etiam arguisse & conuicisse.l. indicasse.de verbor.signif.

Indicium est medium intellectuale veritatis eliciendæ,ex aliqua singulari circunstantia insurgens.C.de rei vendica.l. indicia,& dicitur ab indicando,quia indicatur,id est notificatur.





Indicium profiteri, est vltro sese consortésque criminis deferre. l. j. de sicar. & ita ibi interpretatur Bud.

Indictio,est denuntiatio,quia indicere est denuntiare. Horat. in primo Sermonum: Ventri indico bellum. Idem in epist. Indictis comes ire Latinis. Vlpianus libro xxxviij. digestorum,tit. de operis libertorum. l. libertus. Cui post indictionem,inquit,operarum. Atque aliubi. Si indictiones temporariæ indictæ sunt. Ant.Nebr.

Indictio est numerus annorum, consistens ex tribus lustris.Est autem lustrum quinquẽnium, & qualiter possit inueniri indictio,habetur in glos. indictionis. cap. inter dilectos.de fide instrument.Sic enim faciendũ est, annis Domini addas tres, & diuide totum per quindecim,& id quod remanet completa diuisione in numero diuidendo,hoc ostẽdit indictionem in isto seu pro isto anno. glos.in authenti. vt præponamen impe.& C.de Iusti.codi.confirm.in fi. vide latius de hac materia. Est præterea indictio nomen publicæ pensitationis, quam vulgò taleam appellamus. Sumitur & pro denunciatione, vt in l. libertus. de oper.liber.

Indictum, est quod indicitur, id est notificatur vt sciatur &fiat, ab indicendo dictum,& sic fit indictum super iudicium ne procedatur.

Indiemaddictio est quando quis ita vendit rem,vt si quis intra certum diem meliorem partem obtulerit condictionis, scilicet plus quàm prior emptor,res venditori tradatur, vt alij vendere possit,cuicunque velit,vt ff.eodem tit.

Indigena dicitur quasi inde genitus,vel quasi in eo loco natus secundum Isid.

Indignari &dedignari differunt, vt patet in cano.vera iustitia. distinct.xlv.vnde indignari sapit virtutem,sed dedignari arrogantiam.

Indiuiduum est quod de vno solo prædicatur,vt de seipso, vt Titius nihil aliud significat quã seipsum,not.Bart.in l.quæsitũ.§.penult. & sequent.ff.de fund.instruct.& alio modo capitur,vt not.in l. j.§.& harum. & l.iiij.§. Cato.& ibi no.per doct.ff.de verborum oblig.

Indoles est quædam imago futuræ virtutis,secundum Isid.pro priè dicendo.

Inducere, circunducere,& cancellare differunt. Nam inducere est per mediam lineam pennam trahere:circunducere est circumcirca pennam ducere : cancellare verò est ad modum crucis pennam ducere.glos.not.in l.si quis libertatem.in verbo inducatur.ff. de peti. hered. & alia glos.in l.

inductum.C.de solut.

Inducię, sunt dictę quod in dię certum ab vtrisque hostibus dantur.Plin.libro septimo, In ducias,inquit,Lycaon primus inuenit.Paulus lib.xlix. Digestorum, titulo de captiuis.l. postliminum.Inducię,inquit, sunt,cùm in breue & in præsenti tempore conuenit ne inuicem se lacesserent hostes. Accursius satis ineptè inter inducias & treugam differentiã facit,cum treuga non sit magis latinum quàm guerra,quã omagium,quàm feudum,quã tenuta,quàm mille alia,quib' isti nulla necessitate coacti vtuntur.

Inducię secundum gloss.in sum. iij.q.ij.in summa,sunt quintuplices,scilicet,restitutoriæ,præparatoriæ,citatoriæ,deliberatoriæ,iudicatoriæ,siue executoriæ. Et ibi ponitur tempus omnium,quam gloss.vide suprà dilatio.

Inducere pręter alios sensus quos habet plures, significat etiam expungere & cancellare, hoc est,transuerso calamo quod scriptum erat delere.Vlpianus in titulo de iis quæ in testa.delentur.l.cancellauerat. Cancellauerat autem quis testamentum vel induxerat.Item,Si nomina omnia induxerat vt proponitur.Item:Quæ in testamẽto legi possunt, ea inconsulto delata vel inducti nihilominus valent, consulto non valent.hinc inductio pro abolitione & litura. Ant.Nebr.

Indulgentia,not.Archid.ij.quæst. iij.c.ij.& de pœn.& remiss.cap. ij.lib.vj Et not. quòd in iure ciuili plerunque accipitur pro permissione & benigna concessione, vt attentè legenti apertissimè liquebit.

Ineptiæ sunt fatuitates.c.qua ratione.xxij.distinct.

Inexpiabilis dicitur eo quod nunquam expietur, id est purgetur,secundum Isid.

Infamia est famæ priuatio siue diminutio.Fama namque quandoque sumitur vt ex toto pro extincta habeatur, scilicet,cũ maxima vel media capitis diminutio interuenerit, vel sic, Infamia est communis opinio verbis pronuntiata, ex suspitionibus orta.Item infamia est aliud quàm scandalum,& plus importat,quia hæc per purgationem tollitur,sed in illo purgatio non inducitur.de homi. ex literis.j.in gloss. item infamia est illæsæ dignitatis status vita & moribus reprobatus. Per oppositum fama describitur.Require suprà fama.& de coha.cle.& mulie. cap. vestra. in gloss.in verb.notorium. Vn de duplex est infamia,scilicet, iuris & facti.Infamia iuris est quando ius dicit aliquem esse infamem:sed infamia facti est quando apud bonos & graues viros est opinio de crimine alicuius.de hoc l.prima, ff.de iis, qui not. infa. infamia iuris duplex est,scilicet, ciuilis & canonica. Et infamia iuris ciuilis contrahitur ex sentẽtia criminis publici,scilicet,diffinitiua,non autem ex sententia interlocutoria nec arbitri.Etiã quandoque ex sententia criminis priuati,vt furti vel iniuriarum.Etiã quandoq; ex facto absque sententia quis incidit in infamiã. Infamia canonica contrahitur ex quolibet peccato mortali.Et quãdo infamia,& quæ repellat testẽ à testificando in causa criminali vel ciuili criminaliter seu ciuiliter intentata,not.in c.testimonium.de testibus.

Infamis est qui accusatus de crimine infamante,etiam si ciuiliter agatur, condemnatur.gl. in cap.cùm te.de re iudi.& in can. multi.ij.q.j. Felin.& Abb. in dicto capitulo,cùm te.

Infans est paruulus citra septem annos, vt l.si infanti.C.de iure delibe.

Infantię proximus.i.vsque ad decem annos & dimidium.

Infecti argenti appellatio refertur ad rudem argenti materiã, id est,non factam.l.etsi.§.infecti.de auro & arg.leg.

Infectum damnum, vide suprà damnum.

Inficiatio,est negatio.ab inficior inficiaris,quod est ire inficias, siue negare. Cicę.de partitionibus Orat.Rationem,inquit, habet criminis,inficiationẽ que facti.Neratius lib.xlvj.Digestorum, titulo iudicatum solui.l.ex iudicatum. Ad inficiationem, inquit, compelli eum qui sine iudicio partem dare paratus est. Antonius Nebr.

Inficiatio,id est negatio.l.ea quę si quid.ff.de solut.Et inficiari, id est negare.Hinc est quod dicitur aliquando de aliquibus actionibus quòd crescunt per inficiationem, quia ab initio competunt ad simplum, hoc est,ad rem vel æstimationem seu damnũ datum,& si ille hoc negauerit,& de hoc conuincatur cõdẽnabitur ad duplũ,vt in actione depositi,de eo quodde positum est timore ruinæ, incendij vel naufragij,vide suprà de acti.actio in factum.

Inficiator,id est negator,quia nõ fatetur,sed contra veritatẽm mendacio innititur.

Infinitas in multis iuris regulis prohibetur. de rescript.cum multis.libro sexto, & de hoc habes plures concordan. de æta.& qualit.capitulo penultim.vide de hoc per Ioannem Andręam in gloss.d.cap.cùm in multis.

Infinitiuũ verbi actiui aliquando resoluitur in participium sui passiui,& in infinitiuum alterius verbi,vt tribuere,hoc est

tributum seruare.ff.de manu. vin.l.insta.§.sciendum.Quandoque resoluitur in infinitiuum alterius verbi,& participium sui actiui, & aliud nomen,vt manumittere, id est, manumittenti auctoritatē præstare,vt exponitur.ff.de manumiss.vindic.l.si rogatus.§.fi. secundum vnam expositionem. Quandoque in gerundium & aliud verbum, vt atterere,id est,atterendo infligitur,C.de curial.vrb.Rom.l.ij. Quandoque resoluitur in vt, & verbum alterius modi,vt nasci,id est,vt nascatur.in authen.quibus modis naturales efficiantur leg.§.j. Quandoq; infinitiuum præsentis temporis verbi actiui resoluitur in infinitiuum præteriti temporis eiusdem verbi,& in infinitiuum alterius verbi,vt præstare.i.præstitisse videri.ff.de repud.l.vxores.De infinitiuo vide per Bart.& alios in l.v.ff.de verb.oblig.

In folle offerre,Calistratus Iurisconsultus intellexisse videtur eum,qui ad liquidum rationes non reddit. l. cùm seruus.de cond.& demonstr.metaphora ab iis ducta,qui pecuniam intra marsupium ostentant, ita tamen vt nec qualis quantáue sit agnoscatur.

In fraudem creditorum manumittere quid sit,declarat Imp. in §.in fraudem.Instit. quib. ex cau.manumit.non lic.

In fraudem legis facere videtur qui saluis verbis legis sententiam eius circumuenit.l.contra.ff.de legi.vbi exēpla in gl.

Infra,hæc dictio includit:nam si quid infra xx.dies fieri debet vicesima dies includitur, ita not.Ioan. Andr.in c.præterea. vers.infra xx.dies.de appel.

Infra,nota per Innoc.de fide instrumen.inter dilectos.& Ioā. monac.de exceptio.pia. super ver.octo.li.vj.ibi habes quando includit vel excludit.

Infructu esse quid dicatur,demōstrat elegātissimè Iurisconsi.in l.in fructu.de vsufru.leg.

Infula sumitur interdum pro corona Imperiali.C.de qua.præscript.l.j.in fi.Quandoque pro alba fasciola sacerdotalis capitis,secundum gl.in clemen. ij.de vita & honesta.cleri.Capitur etiam pro mitra episcopi vel abbatis.

Ingeniosus dicitur quasi intus habens vim gignendi quamlibet artem,secundum Isid.Et ingenium quandoque ponitur pro fraude,dolo & calliditate.Ab. in c.licet.de elec.nu.16.

Ingenuus est cui ex natiuitate competit libertas,qui non est factus liber,sed natus.insti.de inge.in prin.videde hoc etiam Azo.in sum.C.de ingenu.vel est qui statim quando nascitur liber est.de ser.non ordi.c.instruendi.in gl.j.Et ingenuitas dicitur



dicitur libertas. de purga. can. cap.j.in glos.

Ingressus religionem dicitur ille qui professus est,aliter non,ita Felin.in cap. cùm deputari. de iud.in princip.

Inhiatio est frequens requisitio. C.de pœn.bo.subla.l.j.libr.x.

Inibi est aduerbium compositum ex in & ibi, & significat idem quod in eo loco.

Iniicere manum propriè est quoties nulla iudicis expectata autoritate rem nostram aut nobis debitam vendicamus. l. sed si.de in ius vocand.& l.penul.de ser.expor.

Inimicus capitalis dicitur qui alteri mortem minatur, vel eum accusat de crimine capitali. no. gl.in l.licet.ff.de arbi.Et quæ dicantur inimicitiæ capitales, vide Bart.in l.iij.§. fin. de adi.leg. & Abb.in cap.accedens.ij.vt lit. non cont. versic. & no. bene.& ibidem Feli.& gl. inst. de excu. tut.vel cur.§.inimicitiæ.

In integrū restituere, est reducere in eū statū in quo erat ante læsionē,de in integ.resti. c. auditis.in gl. fi. & per hunc modū subuenietur minoribꝫ & ecclesiis.Et quandoque ex legitima & iusta causa subuenitur etiam maioribus,vt ff.ex qui.cau.maio.per to. Et sic intelliguntur c. ex literis.eo.tit.& cap.cum Bertoldus.de re iud.& c.significante.de pig.

In integrum restitutio est prioris status,redintegratio, vel iuris prioris,etiam est audientiæ redintegratio, secundum Spec. eo.ti.& l.quòd si minor.§.restitutio. ff. de mino. vide infrà, in ver.restitutio.

Inita,id est contracta. de pac. cap. Antigonus.

Iniuria vno modo generali dicitur esse illud quod nō fit iure, & dicitur quasi non iure factum. Secundo iniuria specialiter dicitur culpa, vt in lege Aquilia.Tertio dicitur iniquitas vel iniustitia iudicantis, vt Insti.eod.tit.de iniu.in princip. Quarto dicitur contumelia, vt ff.de iniur.l.j.in prin.& l.item apud Labeonem.eo.tit.Dicitur ergo iniuria quasi iusiniquum, ex eo sic dicta qꝫ iure & iustitia caret.Fit aūt iniuria tribus modis,scilicet, re, verbis & literis.Re,vt cùm manus inferūtur,vt d.l.j.§. j. Verbis, vt cum fit conuicium, vt in §. j. iam alleg. Iniuria literis fit cùm quis ad infamiam alicuius libellum vel famosum carmē vel historiam conscribit, vt ff.de iniur. l.lex Cornelia.§. si quis. Require suprà famosum carmē.Item iniuria triplex est, vna leuis, vt si modico ictu quis à patre vel superiore percutiatur: alia atrox, vt si aliquis à minore se verberetur,vel in conspectu iudicis,vel oculo aut mēbro priuetur. Et sic dicitur pluribus modis,vt præmissum est.

Iniuriarum actio, Require suprà actio iniuriarum.

In ius vocare, est causa iuris experiendi vocare apud eum qui ius dicturus est, id est, vt experiatur actor an ius sibi competat, an non, vide de hoc Azo. in Sum.C.eod.titu. & habetur. C. & ff.eo.tit.l.j.

In litem iurare, est suo arbitrio præstito iuramento, pro quanto nollet re carere, rei æstimationem secundū suū interesse singulare facere, & hoc taxatione facta per iudicem, vt l.videamus.§.iurare.ff.de in lit.iur.& l. arbitrio.ff.de dolo.

Innocuus dicitur cui nocitum non sit, secundum Isid.

Innoxius est qui non nocet, sicut noxius nocens dicitur.

Innouamus, vide Decernimus.

Inofficiosa donatio dicitur quæ cōtra officiū pietatis facta est: & fit ad similitudinē inofficiosi testamenti, vt C.de inof.don. l.j.& per totum tit. seq. quia per eā liberi vel parentes excludūtur à bonorum subsidio, vel ex ꝓposito donantis, vel re ipsa, quod per se sufficit ad reuocationē donationis, licet ꝓpositū vel consiliū donāris nō interueniat, iuxta not. in l. si liqueat. in gl.C.eo.tit. vide de hoc ibidem.

Inofficiosum testamētum dicitur quod factū est contra officium pietatis, vt l.ij.ff. de inoff. testa. quo, scilicet filius proprius, aut præteritur, aut iniquè exheredatur, hoc est quando pater vel mater fecit testamētum. Item quando filius in testamento patrē sine causa exheredat. Etiam si fratrem frater exheredat, turpibus personis institutis in duobus casibus.

Inquilinus dicitur qui cōducit rē vrbanā. l. emptorem. in gl. C. locati. vnde inquilinus residet in ciuitate, colonus verò in villa. ff. de acquir. poss. l. re pignoris. Inquilinus tamen proprie dicitur colens prædium vrbanum, sed colonus prædium rusticū. Require suprà Colonus.

Inquisitio est alicuius criminis ꝑ superiorē respectu inferiorum suorum inuestigatio, vt in ti. de accu. & inquisi. & denun. inquirere sumitur pro inuestigatione facti, vt not. Ant. in c. vestra. de cohabit. cleric. & mu.

In rē. i. sine præfinitione ꝑsonæ. l. cū vnus. de bo. aut. iud. poss. vnde pactū in rē dicit, quoties generaliter paciscor, ne rē petam. l. Iuris gētiū. §. pactorū, de pact.

In rem verti, est in alicuius vtilitatem verti, vide suprà actio de in rem verso.

Inscitia, id est ignorantia. xxxviij. distinct. c. Si in laicis.

Inscribere est se obligare, si non probauerit, ad eā pœnā quam reꝰ debet pati, vel quā accusando inferre intēdit si probauerit accusator, vt in c. sup his. de accu. in glos. & ij. q. viij. quisquis.

Inscriptio est quidā libellus quē accusator offert iudici sub hac forma scriptus: Ego N. coram vel apud N. prætorem vel iudicem, defero talem reum lege Iulia de adulter. de adulterio quod commisit cum B. dum esset cum ea mense tali, in domo tali, consule tali regnante. Et operatur inscriptio, ꝙ accusator si crimen non probauerit quod imposuit, ad talionē obligatur. Habet autem inscriptio locum solùm in criminibus, vbi per modum accusationis instituuntur, non si per modum exceptionis opponantur, vel vt de eis sine accusatore cognoscatur: vt l. qui crimen. cum ibi not. C. de his qui accu. non poss. Qualiter autem talis libellus debeat formari, & quæ continere, not. in l. pen. C. de accus.

Inseruire frequentiam notat. de fi de instrum. c. j. in glos.

In sinu habere, vide Habere in sinu.

Insinuatio est scriptura facta in præsentia publicarum personarum, & in actis, vbi superfluum est testes adhiberi, cùm publica monumenta sufficiant, vt C. de donationib. l. lata. & in l. in donatio.

Insolentia est morum inconuenientia, fatuitas, superbia, vel prauus vsus, quasi contra solitum & debitū naturæ cursum. de accu. c. qualiter & quādo. ij. §. verum. & de of. or. c. j. in cle.

In solidum, id est, in totum, & ponitur in instrumentis, maximè in procuratoriis, vt in capitul. si duo. de procurato. lib. vj. vbi de hoc, & infrà in verb. solidum. Nonnunquam tamen ad partem, non ad totum refertur, vt in l. ea quæ. de reg. iur.

In solutum, id est, in solutionem.

Inspector dicitur, qui ad prædia prouincialiū accedere habet, fortè vt referat vel reformet, si aliqua essent deserta, vel male æquata, vt hæc tollantur. C. de anno. & tributis. l. fin. & etiā dicitur discussor. C. de cens. & censitori. & peræquato. l. peræquatores libro vndecimo.

Instātia est tempus quo iudicium discutitur, & finiri debet: vt in capit. venerabilis. de iudic. Iurisconsult. in l. prima. de lib. dimi. videtur vsurpasse pro assiduitate: à verbo insto, quod est vrgeo, & exactam diligentiam adhibeo.

In stirpes succedere secundum Host. de succes. ab intest. sub §. contra. versicu. in stirpes succedere, est succedere filios præmortuorum in eam partem quam eorum parentes erant habituri si viuerēt. vnde si quis ex vno filio vnum nepotem sustulerit, & ex alio decem vel plures, tantum capiet vnus ex parte vna, quantum x. ex parte altera, & hoc si tractetur de successione descendentium. Collaterales namque semper, viriliter succedūt, & hi qui sunt



in

in eodē gradu, succedunt viriliter, id est, pro æquis portionibus: vt in auth. de hered. ab inteſt.§. ſi verò fratrum ſiue in capita. C. de leg. here. l.fina.& auth. ceſſante. licet quidam dixerint quod in capita ſemper ſuccedant. vide Hoſt. ibidem ſub §.viſo. ver. quod ſi fratrum filij. Require ſuprà in capita ſuccedere.

Inſtitor, vt inquit Iuriſconſultus, libro xiiij.Digeſtorum, in titulo de inſtitoria actione. l. inſtitor. eſt qui tabernæ locóue ad emendum vendendúmue præponitur. Atque ibidē: Inſtitor, inquit, appellatus eſt ex eo qđ negotio gerendo inſtet. Iuuenalis: Inſtitor hybernæ tegetis niueíque caduci. Accipitur etiam pro eo qui circunfert per vrbem merces vænales, vt in eodem tit.& apud Ouidium in primo de arte: Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem. Nebr.

Inſtitor eſt ille qui tabernis, vinis vendendis, vel alicui alteri negotio eſt præpoſitus. l. inſtitor. j. ff. de inſtit. act. vbi dicitur inſtitor appellatus eſt ex eo, quòd negotio gerendo inſtat, ſiue tabernæ, ſiue alij negotiationi ſit præpoſitus. Item in eod. titu. in l. inſtitor. ij. dicitur is qui tabernæ locóue ad emendum vendendúmve præponitur, quíque ſine loco ad eundem actum præponitur.

Inſtitoria actio. Require ſuprà Actio inſtitoria.

Inſtituere & inueſtire idem ſonant, ſed inſtituere ſecundum proprietatem vocábuli eſt in poſſeſſionē ponere, quaſi intus ſtatuere, & in hoc differunt, quia inſtitui dicitur quis præſentialiter, inueſtiri autem in abſentia, ſecundum Hoſtien. & Ber. extra de inſtit. cap. auctoritate. Inſtituere eſt ſpiritualis iuris beneficij vel dignitatis corporalem tradere poſſeſſionem. Inueſtire autem eſt ius canoniæ vel dignitatis tribuere, quod poteſt fieri per anulū vel librum, indifferenter tamen vnū pro alio pleruſq; ſumitur, vide in c. auctoritate. præalleg. in gl.

Inſtituere accuſationem eſt accuſare, ſicut inſtituere actionem agere.

Inſtituere heredes, eſt facere & creare heredes.

Inſtitutio eſt primus gradus omnium inſtitutorum, vt not. C. de lib. præter. l. j. etiam ſi mille eſſent, ſecundum leges. Sed ſecundum canones inſtitutio eſt eccleſiæ vel eccleſiaſtici beneficij collatio, quaſi ius habentem ad beneficiū per præſentationem intus vel in beneficiū ſtatuens. Et ſecundū Goffre. inſtitutio propriè eſt prælatorum, perſonarum, & clericorum, collatio vero beneficiorum & præbendarum. Inueſtitū



ſtitura autem eſt traditio vel quaſi traditio, quod additur quia communiter fit per anulum vel librum, vnde inueſtitura eſt in corporalem poſſeſſionem vel in quaſi poſſeſſionem inductio ſeu traditio. Inſtituti dicuntur heredes ab aliquo in hereditatem ducti, & hoc in primo gradu, vt ff. de vulg. ſubſtit. l. j. in princip. Subſtituti verò dicuntur qui in locum inſtitutorum deficientiū, id eſt, morientium ad hereditatem inſtituuntur, vt in ſubſtitutione pupillari. Inſtit. de pupil. ſubſtitut. in princip. Dicitur autem ſecundus gradus omnis qui ſequitur poſt primū, & in ſimili not. C. de ſecundis nup. ſuper rub. & ff. de vulg. ſubſtit. ſuper rub.

Inſtitutionum liber dicitur quaſi inſtructionum, quia in his primis legum præceptis inſtruimur: vel quia in ſtatum humani vel romani iuris nos erigit: vt Accur. dicit in gloſſ. in princ. inſtitutionum vel inſtitutorū.

Interdicta quomodò differant ab edictis, oſtendit Barto. in l. j. de ope. no. nun.

Interdictum de aqua quotidiana & æſtiua, datur habenti ius aquæ quotidianæ vel etiā æſtiuæ ducēdę ad prædia ſua, cùm aliquis ducere prohibet, vt ff. eod. tit. l. j. in princ. Et quòd interdictum aliquando ſit prohibitorium, aliquando reſtitutorium, vt ſequitur, de hoc eſt caſus in d. l. j. §. j. & eſt prohibitorium & retinēdæ poſſeſſionis: quandoque autem eſt reſtitutorium, ſecundum Specul. ibidem, ver. alio modo. & §. præallega. vbi ſubdit prætor. Quotidiana autem aqua non tantum illa eſt quæ quotidiè ducitur, ſed illa eſt qua quis quotidiè poteſt vti ſi velit. Duo autem ſunt genera aquarum quæ differunt. Quotidiana quæ duci ſolet aſſiduè, etiam ſi aliquādo ducta non eſt. Ea quoque dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſſione temporis diuiſa eſt. Sed aqua æſtiua ea eſt, qua æſtate vti expedit, ſicut dicuntur veſtimenta æſtiua, quibus interdum hyeme, plerunque tamen æſtate vtimur, vt habetur in l. præalleg. in principio.

Interdictum de aqua de caſtello ducendā datur habenti ius ducendi aquā de cānali vel de caſtello: q̄ eſt diminutiuū à cāna ad irrigandū, vide Spec. vbi ſuprà qui dicit hoc interdictū haberi & bene. ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. ait prætor. ij. de quo dic vt ibi, & in iij. §. & ſeq. vſque ad fi. l. vbi dicitur. Hoc interdictum neceſſario præpoſitum eſt. Nā quia ſuperiora interdicta ad eos pertinent qui à capite ducunt, &c. æquiſſimum viſum eſt ei quoque qui ex caſtello ducit (id eſt ex eo receptacu

ptaculoquod aquam publicam
iuscipit)interdictum dari, idq;
à principe conceditur, alij nul-
li competit ius aquæ dandæ. vi
de ibi pulchrum textum.

Interdictum de aqua pluuiali ar-
cenda, vel de aqua pluuia, imò
non est interdictum, sed actio
ciuilis, descendens ex l.xij. tab.
vt ff.de aqua plu.arc.l.si vsusfru
ctus.& ibi notatur, super verbo,
legitima.vbi allegatur l.Labeo.
ff.de statu. liber. Et dicit in tex.
Sed & si fructuarius opus fece-
rit, per quod aqua pluuia alicui
noceat, erit quidem actio legi-
tima cum domino proprietatis:
an verò etiam vtilis in fructua-
rium actio aquæ pluuiæ arcen-
dæ sit danda, quæsitum est, &
magis est vt detur supple dicen
dum. Si ergo facis aliquod opus
in fundo tuo, propter quod a-
qua pluuialis nocere potest fun
do vicini tui, datur contrà te
actio aquæ pluuiæ arcêdæ, per
quam tuis expensis opus tene-
ris destruere, & damnum con-
tingens emendare. Si verò pos
sideas opus ab alio factum, te-
neris patientiam præstare vt de
struatur. argum. l.j. & ij. §.iij. in
fi. & l.si tertius. §. Celsus. versic.
si quis alius. ff. eod. tit. & Specul.
ibidem. Et dicit Vlpian. in l.j. in
princip. ff. eodem. Aquam plu-
uiam dicimus quæ de cælo ca-
dit, & quæ imbre excrescit, si-
ue per se hæc aqua cœlestis no
ceat, siue cum alia mixta sit.

Et sequitur ibi statim. Hæc au-
tem actio locum habet in dam
no nondum facto, opere tamen
iam facto, ex quo damnum ti-
metur, totiésque locum habet,
quoties manufacto opere agro
aqua nocitura est, id est, cùm
quis manu fecerit quo aliter
flueret, quàm natura soleret,
si fortè mutando (aliàs immit-
tendo) eam aut maiorem fece-
rit, aut citatiorem vel rapidio-
rem, aut vehementiorem, aut si
comprimendo redundare fece
rit eam. Nam si natura aqua no
ceat, ea actione non continetur, & in eadem l. dicitur, De eo
opere quod agri colendi causa
aratro fit, Quintus Mutius ait
non competere hanc actio-
nem.

Interdictum de arboribus cædendis, datur cõtra eos qui habent arbores, quarum folia pendent super ædificia vel agrum, ita quòd eis damnum inferant, & consulitur eis quod huiusmodi arbores succidant, & ligna & eas deglobent à terra vsque ad xv. pedes. Idem est si per radices minatur periculum, vt l. j. C. de interdic. Et hoc interdictum prohibitorium est. Si autem arbores ædibus alienis impendant, vtrum totas iubeat prætor adimi, an verò id solùm quod suprà extiterit? Rutilius ait à stipite excidendas, idque pleriſque videtur verius. Et ni-
si adimeret dominus arborem

Labeo



Labeo ait permitti ei cui ar-
bor officit, si velit succidere
eam, lignáque curtare, vt est
text. in l. j. §. hoc interdictum.
ff. eod. tit. vbi subditur in §. seq.
Arboris appellatione etiam vi-
tes continẽtur. Non solùm au-
tem domino ædium, sed etiam
ei qui vsumfructum habet,
competit hoc interdictum, vt
ibidem.

Interdictum de cloacis priuatis
reficiendis. Si volẽs quis suam
cloacam priuatam, vel etiam
publicam, vel fistulas, vel mea-
tus reficere vel purgare, vel de
nouo facere, ab alio prohibe-
tur, tunc prouisum est ei de in-
terdicto de cloacis, quod est
interdictum publicè deputa-
tum, & priuatum de priuatis
cloacis, & est prohibitorium.
Etiam est aliud restitutorium.
§. quod datur contra immitten-
tem in cloacam meam vel pu-
blicam, vel quod immissum in
cloacam impedit, vel quo iu-
betur auferri quod immissum
est, vt ff. de cloa. l.j. §.j. & §. dein-
de. & §. cloacæ. l. fi. to. ti. & Spec.
ibidem. versic. porrò. vide suprà
cloaca.

Interdictum de fonte est quod da
tur ei qui duxit aquam de fon-
te hoc anno, nec vi, nec clam,
nec precario, de alterius fonte.
l. vnic. in princ. vel lacu, puteo,
Piscina, fossa, stagno. Hoc in-
terdictũ proponitur ei qui fon-
tana aqua vti prohibetur, siue
haurire, siue pecus ad eã appel-
lere. l. vnica, præalleg. in princi.
Et de istis omnib. seruitutibus
datur hoc interdictũ: si tamen
perpetua sit causa, vt colligitur
ex §. primo. dictæ l. vnicæ. & §.
hoc interdictum de cisterna. in
versic. denique à contrario sen-
su. Non autem datur confessoria actio, vt d. §. hoc interdictũ.
vbi dicitur quòd de cisterna
non habet perpetuam causam,
nec viuam habet aquam. Ex
quo apparet in his exigendum,
vt viua aqua sit. Cisternę autem
imbribus concipiuntur. Cæte-
ra vide in d. l. vnica. ff. de fon-
te, vbi dicitur in fin. l. De lacu,
puteo, & piscina reficiendis,
purgandis, interdictum com-
petit, & omnibus personis
datur, quibus illud de aqua
æstiua.

Interdictũ fraudatorium est, quo
tutoris creditor pupillo tene-
tur, vt si eũ consiliis fraudẽ par-
ticipasse constabit, vt frauda-
retur. De hoc interdicto habe-
tur ff. de solutio. l. pupilli. circa
princ. Hoc interdicto etiam te
netur qui fraudem participan-
do emit à debitore qui non sit
soluendo, vt §. item si quis in
fraudem. instit. de actio.

Interdictum de glande legenda
vel alio fructu, datur ei cuius
glans vel alius fructus in fun-
dum alienum ceciderit: vt l. vni
ca. ff. de glan. leg. vt singulo ter
tio die legere & exportare li-
ceat.

ceat. Et glandis nomine omnes fructus continentur, vt dicitur in fi.eiusdem l.vnicæ.

Interdictum de itinere actúque priuato restituendo prohibitorium ad tuendas tantummodo rusticas seruitutes, datur contra prohibentes aliquem vti seruitute sua, vt ff.eodem titulo.l.j.§.j. & datur confessoria contra negantem seruitutem, vt l. si forte.§.sciendum. ff.si seruit. vendic. Et etiam aduersus eum qui alium iniustè prohibet sua vti seruitute: imò etiam tunc datur confessoria, vt dicto §. sciendum. l.prælleg. Vnde datur mihi: quia in itinere, actu vel via priuata vsus sum hoc anno triginta dierum non vi, non clam, non precario. vt ff. eod.titul.l.j.§.hoc interdictum. & hoc si fuerit iure seruituris, aliàs secus: vt ff. de aqua pluui. arcen.l.j.in fin. & ideò à te non debeo prohiberi quominus vtar interim vel tanto tempore quoadusque de seruitute constet. Ait enim prætor, Quo itinere actúque priuato, de qua agitur hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario vsus es, quominus ita vtaris, vim fieri, vt ff.eod.titulo.l. prima, in princip.

Interdictum de libero homine exhibendo, cõpetit vnicuique de populo, ad petendum in publicum hominem liberum, contra & aduersus eum qui liberum hominem inuitũ captum dolo malo detinet in seruitute. Et proponitur hoc interdictum tuendæ libertatis causa, videlicet, ne homines liberi retineantur à quoquam pro exhibitione facienda, vt homo producatur in publicũ, & tangendi videndíque hominis facultas præbeatur. Et exhibere est extra secretum habere. ff. eod. tit.l.iij.§.ait prætor. Hoc etiam interdictum competit aduersus absentem, vt l. prælleg. §.j. & à quocunque hoc interdictum proponi potest, quia cuilibet de populo competit, & cuiuslibet interest ne hoc fiat. Nemo enim prohibendus est libertati fauere, vt ead.l.§.hoc interdictum. j. & nihilominus lex facit accusari, vt eod. titu.l.j.in princip. vbi tex. inquit: Quem liberum dolo malo retines, exhibeas. & ff. ad legem faui. de plag. l.non statim.§. fin.& C.eodem tit.l.si fratrem.

Interdictum de liberis exhibendis seu deducendis, datur patribus contra eos qui liberos vel nepotes in potestate eorum existentes, sine eorum voluntate detinent. Vnde l.j.ff.eodem tit.sic ait, Ait prætor, qui quæue in potestate Lucij Titij est, sisve eáve apud te est, dolóve malo tuo factum est quominus apud te esset, ita cùm eámve exhibeas. Hoc interdictum & illud de vxore deducenda, nõ solùm



sunt exhibitoria, sed etiam de ductoria seu deductiua, quia per ea vxor, & liberi non tantùm exhibentur, sed etiam de ducuntur, vt ff.eod.tit.l.iiij.§.j. de interdicto de vxore postea dicetur.

Interdictum de loco publico fruendo est publicę vtilitatis causa propositum, quia tuetur vectigalia publica, quo prohibetur quis vim facere ei sociõue eius qui conduxit locum publicũ fruendũ ab eo qui locandi ius habuit, quominus loco publico sibi frui liceat ex lege locationis vel conductionis, vt hæc habentur in l.j. §. j. & in princip. ff. de lo.pu.fru.

Interdictum de migrando datur inquilino, vt ipse liberè cum rebus suis possit de habitatione migrare, si tamen locatori satisfaciat, & de pensione totius temporis, vt ff. eod.titu.l. j.§. si pensio. & de damno, si quod in domo conducta dederit. Sed etiam gratuito inquilino datur, colono autem non datur, vt ff.eodem titul.l.j. §.j. sed aliàs ei extra ordinem subuenitur si velit, non dico migrare, sed colonariam post tempus exactum derelinquere. Dicitur enim ibi in textu: Hoc interdictum proponitur inquilino qui soluta pensione vult migrare. Nam colono nõ competit, cui etiam extra ordinem subueniri potest, ergo infrequens est hoc interdictũ. Si tamen gratuitam quis habitationem habet, hoc interdictum vtile ei competit.

Interdictum de mortuo inferendo habet locum vt quis non prohibeatur mortuum inferre & sepelire, quo licet ei inferre & sepelire, vt ff.eodem tit.l.j.in princ. vt si vti via prohibeatur, vel sepulchrum ædificare, vel lapides ad ædificandum per fundum ducere, vt ff. eodem tit.l.j.§. prætor ait.& §. item si mihi.§. ædificare.& §. final.&c.

Interdictum momentaneæ possessionis est quo agitur de possessione retinenda, sicut vti possidetis, vt ff.vti possidet.l. j.§.j.& vtrobique.de quibus infrà dicetur, vel quo agitur de possessione adipiscenda, vt ff. quorum bonorum.l.j.§.j. vt est quorum bonorum, quorum legatorum, vel quo agitur de possessione recuperanda, vt vnde vi.ff. eodem titul.l.j. §.j. Et dicuntur momentaneæ possessiones, quia licet obtineat aliquis in possessione, tamen continuo elapso momẽto succumbere poterit in iudicio proprietatis, vt C.si de momentanea possessione fuerit appella.l.j. Et quòd hæc sint interdicta momentaneæ possessionis dic vt not. C.qui legitim. perso.habent in iudicio standi.l.momentaneæ. Et naturam

illorum prædictorum prosequere, vt not.in cap.pastoralis. de cau.possess.& propr.& instit. de interdict.per totum, prout etiam supràdictum est,in prin. de interdictis. Hoc autem interdicto potest quilibet minor & si impubes sit,etiam sine tutore vti.ff.vnde vi.l.j.§.si filius.

Institutū interpretatur Budæus ius nō scriptum, quod certum & insignem aliquem habeat auctorem : attamen nonnunquam etiam refertur ad ius scriptum, vt in §.ex non scripto.Institutio. de iure natura. gent.& ciui.

Instratum dicitur omne vestimentum quod iniicitur & insterni tur.l.in strato.de verb.sign.

Instructus;hoc adiectiuum significat adiectionem, & hoc dupliciter, scilicet accessoriè & principaliter. Accessoriè cùm res adiiciuntur quæ consueuerunt accedere.verbi gratia: dicendo,fundum instructum; nam instrumētum fundi adiicitur accessoriè. Principaliter verò cum res adiiciuntur quæ nō cōsueuerunt accedere.verbi gratia, fundū instructū instrumēto patrisfamiliàs,quando non est instrumentum fundi,adiicitur principaliter.concordat l.si cui fundus.ff.de fundo instructo. vbi dicitur quòd extincto legato fundi,non extinguitur legatum instrumenti.Et ad §.si quis ancillas.instit.de legat.vbi dicitur quòd extinguitur, dic quòd intelligitur de instrumento accessorio fundi.l.si cui fundus. præallegat.in non accessorio. Et ratio huius duplicis significati est voluntas proferentis declarata ex qualitate rei adiectæ, scilicet an sit accessoria, vel non, quia adiectiuum instructus,vt præmittitur,dupliciter accipitur.

Instructa domo legata quid veniat in hoc legatum, ostendit Vlpian.in l.quæsitum.§. idem Pomp.& l.si ita:& l.Seiæ.§.vltim.de fund.instruct.

Instructi fundi appellatio quàm latè pateat,satis supérque constat ex titul.qui est de fund.instruct.& instrum.lega.

Instructam tabernam sic diffinit Vlp.in l.instructā.de verb.sig. quæ & rebus & hominibus ad negotiationē parata constat.

Instrumentum secundum Hosti. in sum.tit.de fid.instru.& secundum Specul.titu.de edi.instru.in princip.est scriptura ad assertionem seu probationem alicuius rei facta.Est autē instrumenti appellatio generalis,qua continentur omnia ea quibus causa instrui potest.Et sic testamentum,codicillus,testimonia, & personæ testes, quibus causæ instrui debētur, loco instrumentorum habentur.l.j.ff.de fide instrum.& est gloss.in capi.cùm dilectus.de fid.instr.



fid.instr.Dicitur autem instrumentum,quia instruit,& documentum quia docet, vt l. prima præallega. Tamen instrumentum proprie dicitur scriptura ad memoriam alicuius confecta: siue charta.& ita sumitur in auth.de instr.cau.&fi. Nam instrumenta fiunt ad memoriam perpetuā.ij.q.vj.saluberrimum. xxvij. quæst.j. cap. omnes fœminæ. Sed aliter dicitur instrumentum apparatus fundi,quo exerceatur possessio, & ita accipitur in l. quæsitum. ff.de fund.instru.Vnde instrumentorum quædā sunt causa agrorū colēdorum, vt aratrū, rastrum, traha, quæ æquandis cespitibus trahuntur.Alia colligendorū fructuū, vt sacculus, quo cardones & herbæ inutiles excidūtur,& similiter,vt falces fœnariæ, falces messoriæ, & falces putatoriæ, ligones, torcular,corbes, quali vindemiatorij,quibus vindemia portatur.Causa seruādi fructus,vt dolia,granaria,cafellæ, in quibus fructus reponuntur.s.cellulæ granariorū,Vnde instrumētū capitur tripliciter,vno modo latissimè, & sic omne vas vel susceptibile in constructione domus vel fundi vsitatum dicitur instrumentū.Secūdo latè pro omni eo quod causam instruit,vt scripturæ, testes,facit c.peruenit. extrà,de testib. cog.facit l.notionem. §.instrumētorum.ff.de ver.sig. Tertio strictè solùm pro scripturis, vt in tit.de fid.instru. Et sic differūt testes ab instrumētis, quia probatio testiū fit viua voce, sed instrumentum voce mortua.Ex quo sequitur,quòd statutum disponens quòd producens falsum instrumentum,puniatur in decem,non habet locum in producente falsum testem, quia statuta sunt strictè intelligenda,facit cap.ex literis.de sponsa.Sunt autem instrumētorū duæ species. Nam aliud publicū,aliud priuatum instrumentum. Publicum est solennis & ritè ordinata scriptura,per authenticæ personæ manum publicè facta, ex causa memoriæ.cap.scripta. de fi. instru.Et sunt illa de solennitate quæ faciunt instrumentū publicum & authenticum regulariter,vt scilicet præponatur nomen Imperatoris & annus imperij,nomen consulis, & annus consulatus. Hodie verò ponitur nomē summi Pontificis cum aliis septē, vt sunt annus domini, indictio,mensis,dies,locus,cum nomine notarij,&c.de quibus not.gl.in l. generali.C. de tab.lib.x.Et dicitur publicum instrumētum quia iudicis auctoritate est explificatum & authenticatū, vt in c. cùm dilecta. de confir. vti.vel inuti.Itē publicū instrumentū,quia authentico sigillo

est sigillatũ,vt c.j.de fide instr. Item dicitur publicũ instrumẽtum,quod in iudicio dicitur, seu scribitur apud acta publica,& valet etiam per quẽcũq; scriptũ fit.de proba.quoniam. Itẽ dicitur publicũ instrumentum, quod habet subscriptionem trium testium viuẽtium, vt c.scripta.præalleg. Item dicitur publicum quod de archiuo publico vel de armario producitur,vt liber censualis in quo scribuntur census, vel liber annotationum,& ei creditur si habet publicum testimonium,scilicet quod iudex confiteatur illud de archiuo publico esse productũ.c.ad audientiam.§.nos igitur.de præscrip. vbi dicitur quòd Papa credidit cuidã libro censuali.Et cuilibet instrumento fides adhibetur,vt patet per iam dicta & per multa alia iurã:Instrumentum priuatũ est q̃ per manum priuatã confectũ est, vel à tabellione,non tamen in forma publica scriptũ,vt quia nec nomen Imperatoris,nec Cõsulis, nec Papę,(de quibus suprà proximè dictũ est) apposuit.vt C. qui po.in pig.ha.l.scripturas.vt ibi not.Et tale instrumẽtũ debet habere triũ testiũ subscriptionẽ.d.l.fi.Et priuatum instrumentũ à quocũq; fit scriptum nisi aliquod dictorummodorũ fit roboratũ non valet. Instrumentorum priuatorũ tres sunt species. Nam aliquando quis facit scripturam tibi tantum, aliquãdo tibi & alij,& aliquãdo alij tantũ,Illi scripturæ quã quis facit sibi vel pro te,nulla fides adhibetur,vt C.de prob. l.j.Si autem facit scriptura cõtra te, puta creditori de eo q̃ accepisti ab ipso, creditur ei contra te,vt j.q.vlti. saluberrimum.Si autem tibi & alij facit scriptũrã,sicut est codex rationum tuarum,& interdum creditur,vt x.q.ij. Est autem aliquod instrumentum guarentigiæ vel guarentigiatum, videlicet quod habet executionẽ paratam,vt si cantet aliquem esse debitorẽ alterius,statim eo exhibito in iudicio, iudex executionem facit,vt fit communiter Papiæ.De his no.in l. à diuo Pio ff.de re iudic. Ergo dicitur ab instruo,quia eo mediante causæ instruuntur.

Insula præter illam notam significationem,significat etiã domũ in vrbe ab aliis domibus seiunctam.Cornel.Tacit.Germani suam quisq; domum spatio circundat,nullis cohærentibus ædificiis,more insularũ. Festus quoq; Pomp.Insulæ inquit,dictæ propriè quæ nõ iunguntur cõmunibus parietibus cũ vicinis, circuitúq; publico aut priuato cinguntur:à similitudine videlicet earum terrarũ quę fluminibus aut mari imminent.In hoc significatu cre



brò reperitur insula apud Iurisconsultos.Vnde insularius, dominus siue custos huiusmodi insulæ.

Insula tribus modis capitur.Primo pro domo in mari posita, quia in salo,id est in salso posita est,secundum Isidorum, & not.glos.in § insula.instit.de rerum diuisione.&vide Bartolum in tractatu de insulis.Secundo sumitur pro qualibet domo.vt in l.insulam.ff.de verborum obligatione.& l.iij.§. effracturæ.in ver.insulis.ff.de offic.præfecti vigi.non tamen propriè est insula,vt dicit glo. in d.§.effracturę.Tertio modo dicitur insula locus vndique circundatus aqua,vt l.adeò.§. insula.& ibi glos.ff.de acquir. rerum domi.&.not.Bart.in suo tract.de insulis.in princ.Et de hoc vide inst.de rerum diuisi. vbi in glossa ponitur alia diuisio.§.insula.

Insulas Festus ait esse domos, quæ vicinorum communibus parietibus non coniunguntur, sed quoquo versum vel priua tavel publica area ambiuntur. In hac significatione vsi sunt Iurisconsulti.cùm insulam pro domo posuere.vt in d.§.effracturæ.Inde insulari⁹, ĩsulę custos.

Insularij serui sunt qui in insula retinẽt.vt l.in lege.ff.de ver.sig.

Integer homo duobus modis dicitur,vno respectu corporis,vt in §.his autẽ.inst.ad l.Aqui.altero respectu nominis, morũ, & famæ.l.iiij.de popul.action.

Intentio siue capitulũ in iure dicitur illud quod intendit probare per testes is qui inducit eos. Sumitur intentio & alio modo,vt in l. si quis intẽtione. de iudi.Refertur & ad libellũ seu petitionem actoris in scriptis,vt instit.de actio.§.si quis agens.& §.si minus.

Intercalere est inserere & supra numerum addere.l.iij. de minor.vnde intercalaris dies,id est interposititicius, qualis qui mensi Februario anno bissextili additus.Mensem tamen intercalarem dixere tam eũ qui intercalatur, quàm in quo intercalatur,vt vtroque sensu videtur locutus Iurisconsul.in l. cùm bissextus de verb.signi.id quod Bud.& Alcia.noster animaduerterunt.

Intercedere propriè idẽ,est quod pro alio preces fundere,sumitur tamen communiter in iure pro interuenire.

Interceſſor dicitur qui pro alio preces facit & fundit. Itẽ dicimus interceſſorẽ illum qui intercedit & interponit se inter debitorẽ &creditorem ad hoc q̃ ei pecunia mutuetur, & est quasi fideiussor & constitutor.

Intercidere pro deficere.l. intercidit.de cond.& demonst.

Interdicere propriè est denuntiare & prohibere,vt instit.de interdic.§.j.Sæpe tamen vtimur

pro interdicto agere, vt in l.iij. §.si quis dolo de tabul. exhib. Interdicere etiam Prætor dicitur, cùm interdictum reddit, quod annotauit Accurs. in l.j. de loco & itin. publ.

Interdicere aqua & igni, require suprà, Aqua & igni.

Interdicti in titu. de interd. & releg. accipiendi sunt ij, quibus interdictum est.

Interdictū olim nihil aliud erat, quàm quædam formata & solennis conceptio verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat vel prohibebat, quod tunc maximè faciebat, cùm de possessione vel quasi possessione inter aliquos contendebatur, vt instit. de interd. circa princ. & ff. eod. tit. & dicitur interdictum, quasi inter duos dictum, vel redditum, vt inst. eo. ti. §. sunt tamen. in fi. Vel secundum aliquos, dicitur ab interdicendo, id est, prohibendo, quod non placet, cùm per interdicta nō semper prohibeat, imò aliquando aliquid fieri iubeat iudex, vt instit. eodem titul. §. j. Differebat autem interdictum ab actione, quia solennitas actionum erat inducta de iure ciuili, interdictum autem à iure prætorio, vel secundum Azo. quia in actione verborum solennitas non formabatur in singulorum personis, sed erant generaliter in omnium personis formata solenniter verba. In interdictis autem quot erāt homines qui volebant ea proponere, tot eis desiderantibus & petentibus formabantur verborum solennitates vel conceptiones, quibus contra suos aduersarios in causis suis vtebantur, quas interdicta vocabant. de hoc no. instit. eod. tit. in prin. & ff. eod. super rubr. Hodie autem inter actiones & interdicta, nulla est differentia, vt instit. eod. tit. §. fi. Est ergo interdictum actio in factum prætoria id est à prætore inuenta. Et aliquod nomen sortitur ab inuentore, vt Salui anum. Aliquod à principio formæ verborum, vt quorum bonorum, quorum legatorum, vti possidetis. Aliud à materia de qua tractat, nomen accipit, vt ne quid in loco sacro fiat, de locis & itineribus publicis, vt ne quid in loco publico, & itinere publico fiat, de loco publico fruendo, &c. Vnde interdictorum aliud petitorii, aliud possessorium, & aliud mixtum. De petitorio. ff. eo. tit. l. interdictorum. §. quædā. De mixto. ff. de aqua quot. & æsti. l. j. §. fin. De possessorio, instit. eod. tit. §. sequens diuisio. Et huius interdicti tria sunt membra, quia aliud interdictū possessorium datur pro adipiscenda possessione, aliud pro recuperanda, & tertium pro retinēda. Primum competit ei qui non fuit ante nactus possessionem



nem, & illud est triplex. s. quorum bonorum, quorū legatorum, & Saluianū. Primum cōpetit heredi, vel filio emancipato pro possessione heredi ditatis à prætore petita. Num filius emancipatus de iure ciuili non admittebatur ad hereditatem paternam, sed quia emancipatus ita est filius sicut in patria potestate existens, ideò prætores (id est magistratus à populo Romano creati gratia emendandi defectus legis xij. Tabularum secundum æquitatem, dum tamē non tolerent dispositionem iuris ciuilis) statuerunt iure prætorio emancipatū admittendum ad res vniuersas corporales, nec nō ad iura incorporalia. Et datur directū de iure prætorio, vtile verò de iure ciuili. Et est effectus huius interdicti quòd ex eo filius emācipatus agere potest cōtra possessorem rerū paternarū, sic concludēdo, Peto talē condēnari ad dandum mihi talē rem cuius heres factus sum de iure prætorio. Secūdum. s. quorum legatorū, cōpetit heredi contra legatarios qui propria auctoritate legata apprehēdunt, quorum ipse debet esse distributor post quam Falcidiam deduxit. Vnde aliquis habet tres filios & domū & vineam, domum legat primo, secundo vineam, & tertiū heredē vniuersalē instituit, qui nihil reperit in hereditate. Debet ergo tertius habere falcidiam, id est quartam partem hereditatis, & sic deducta quarta parte à domo & à vinea, ille tertius distribuit aliis filiis primo & secundo legata residua de manu sua, quæ ipsi propria auctoritate, nō debent apprehendere. Est ergo effectus huius interdicti quòd petat legatarios condēnari in omnib⁹ legatis restituēdis, quorum ipse heres est. Tertium. s. saluianum cōpetit locatori cōtra inquilinū qui deportat bona sua de hospitio sibi locato, nec reducit ad pristinū statū, quia omnia obligata sunt hospiti tacitè pro censu. Secūdum, s. pro recuperanda poss. cōperit ciecto de possessione, & hoc tripliciter. s. vnde vi, de possessione immobili, vi bonorum raptorum. spoliato re mobili, & quod vi aut clam cōtra eū qui in solo alicuius ędificauit. Tertium. s. pro retinenda possessione interdictum possessoriū competit contra molestantem aliquem in possessione, & est duplex, scilicet vti possidetis, quod competit inter duos qui eandem rem immobilem contendunt possidere, & vtrobi, quod gratia possessionis est inter duos super re mobili. De his vide glo. quartā & septimā in cap. pastoralis. de causa possessionis. & proprietat. vbi plenè

Et nota optimam glo.& magistralem in l.si quis in tantam. C.vnde vi.vbi ponuntur multi casus in quibus quis non incidit in pœnam huius nouę cõstitutionis,si quis. Non enim dicitur agi vnde vi,sed ex illa constitutione. Interdictorum etiam quædam sunt publica, quædam priuata.Quædã simplicia,in quibus alter est actor & alter reus,vt sunt restitutoria vel exhibitoria. Quædam duplicia,in quibus par vtriusque litigatoris conditio est, nec quisquam actor vel reus præcipuè intelligitur,sed quilibet tã rei quàm actoris partes sustinet.insti.de interdi.§. tertia.& §.duplicia.& ff.eod. titu.l.ij.vbi de hoc, & in l.iij. eo.ti.Hæ & aliæ diuisiones interdictorũ plures ponunt,quæ sunt de libero homine exhibẽdo,ne quod fiat in loco sacro, sancto,& religioso,in flumine ripáue, & in flumine publico, de cloacis publicis,&c.vt infrà,de singulis dicetur in locis suis.Sunt autem interdicta publica nouem in vniuerso,secũdum Spec.in trac. libellorum. ti.de cau.po.& proprie.§.quia verò.Alia omnia sunt interdicta priuata,quia propter vtilitatem priuatam inducta,& sũt in toto xxviij.secũdũ Spe.ibi. §.priuata.Itẽ interdictũ generale dicitur quando regnum, terra aut villa interdicitur.Particulare verò quando vna ecclesia interdicitur,& hoc modo sumendo interdictum pro censura ecclesiastica.

Interdictum dicitur ab interdicendo,hoc est interim dicendo,vt Paul lib.senten.v.ait. Quoties ergo Prætor non in perpetuum,sed ad tempus,donec pleniore iudicio de iure petitorij quæratur,aliquid edicit, propriè erit interdictum, qua ratione & interdicta dicũtur,quæ causam quoque proprietatis habent, dum tamen per modum prouisionis inducta sint,vt de mortuo inferendo,de via reficienda,& de itinere actúque priuato,non enĩ hæc diutiorẽ morã requirunt: quod luculentius explicat Alcia.in l.j.de ope. no.nun.

Interdictum ne quid in loco sacro fiat,& sequentia omnia huiusmodi, dãtur cuilibet ex populo ad prohibendum ne fiat, contra quam prohibitionemsi quid factum fuerit interdicto quod vi aut clam,suis sumptibus vel destruere cogetur omne quod factum fuerit, aut in pristinũ statũ reducere, vel reddere tenetur,vt ff. ne quid in loco pub.l.ij.§.prætor. Hoc autem verum est de hoc quod ipse fecit vel mãdauit,aliàs secus esset,vt ff.quod vi aut clã. l.si alius.Vbi hęc interdicta locum habeãt,significatio ipsorum nominum denotat,vt popularis actio est qua ius populi tuetur,vt ff.de pop.act.l.j. Et die vt ibi in rub. & ff. de iurisd. omn.iud.l.si quis illud. Et dantur etiam ad interesse, vt ff.ne quid in loc.pub.l.j.§.j.

Interdictum ne quid fiat in loco sacro,patet.Et quod ait prætor, ne quid in loco sacro fiat, non ad hoc pertinet quod ornamenti causa fit, sed deformitatis causa vel incommodi est.vt l.j. §.quod ait. ff. eodem titul.vbi etiam l.ij. dicit. In muris itémque portis & aliis sacris locis aliquid facere ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur.

Interdictum ne quid fiat in loco religioso,patet similiter.

Interdictum ne quid fiat in loco publico vel itinere, hoc interdictum prohibitorium est,& tam publicis vtilitatibus quàm priuatorũ per hoc prospicitur, loca enim publica vtique priuatorum vsibus deseruiunt iure scripto ciuitatis,vt l.j. §.j. ff. eo.tit.vbi sequitur, Publicũ locum Labeo diffinit,vt ad areas, ad insulas, ad agros, & ad vias publicas itineráque publica pertineat. Hoc autem interdictum ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio non pertinet. In his enim neque facere quicquam nec prohibere priuatus potest. Res enim fiscales quasi propriæ & priuatæ principis sunt. Si quis ergo in his aliquid faciat, nequaquã hoc interdictum locum habet, sed in hac controuersia præfecti eorum iudices sunt, quia hoc interdictum ad ea loca pertinet quæ publico vsui destinata sunt vt l.j.præalle.§.ij.& iij. De hoc vide ibidem pluta eadem l. & eod.tit.

Interdictum ne quid fiat in mari vel flumine publico ripáue eius quo peius nauigetur,aut in via publica quo peius eatur, hoc interdictũ datur perpetuo omnibus,& in omnes habet condẽnationem in id quod actoris interierit.vt l.j. in fin. ff. de via pu. & itinere publico reficiendo, & si quid in ea factum esse dicatur, vbi lex secunda ponit, viam publicã populus non vtẽdo amittere non potest. & l. fin. dicitur, Qui viam publicã exarauerit, ad munitionem eius solus compellitur. Item flumẽ à riuo in magnitudine est discernendũ aut æstimatione circum colentium. Itẽ fluminum quædam sunt perennia quædã torrentia. Perennia sunt quæ semper fluunt, tortẽs est quod ex hyeme fluit, & si aliquando in æstate.Etiam est flumen publicum,& flumen priuatũ,& ripa,quæ omnia describuntur in tex.& gloss. in l.j. ff.de flu.& ne quid in flu.ripáue eius fiat quo peius nauigetur.

Interdictum ne quid fiat in flumine publico vt aliter fluat quàm

priori æstate fluxit, id est, vt aqua fiat altior, depressior & rapidior cum incommodo accolentium, vt ff. ne quid in flu. publi. l. prima, in princ. §. quod autem ait.

Interdictum de no. oper. nun. datur ei qui prohibetur ædificare postquam satisfecerit, vt ff. eo. tit. l. prætor ait. §. hoc autem interdictum: nam hoc interdictum competit si in solo suo ædificat, aliter locum habet remissio, vt ff. eo. tit. l. non solùm. §. sciendum, & tunc non potest vltra ædificare, nisi cõstet eum habere ius ædificandi, vt in §. præalle. Hoc interdictum etiã datur in eum qui nõ satisfecit vt ædificet, vt ff. eod. tit. l. de pupillo. §. si plurium. & §. meminisse, & tenetur desistere etiam si ius ædificandi habet, vt ea. l. §. j. & §. si is cui. Et si post ædificauit, totum suis sumptibus tenetur demoliri, vt ff. eod. titu. l. stipulatio. §. siue autem. Et interdictum de no. oper. nuntiat. Iurisconsultus nominat edictũ l. j. ff. eod. tit. vbi dicit. Hoc edictum remediúmque operis noui nuntiationis aduersus futura opera inductum est, non aduersus præterita, hoc est aduersus ea quæ nondum sunt facta ne fiant. Nam si quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit, cessat edictum de no. ope. nuntia. & erit transeundum ad interdictum quod vi aut clam factum erit vt restituatur. Et hæc nuntiatio non habet necessariam aditionem prætoris. Potest enim quis nũtiare nouũ opus, etsi prætorem non adierit. Item potest fieri proprio & alieno nomine, & omnibus diebus, etiam aduersus absentes, inuitos & ignorantes, vt hæc clarè ponit text. l. j. post prin. ff. eod. vbi subditur, Opus nouum facere videtur, propter quod locũ habet nuntiatio, qui aut ædificando de nouo, aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat. Et hoc interdictum non omnia opera complectitur, sed ea sola quæ solo coniuncta sunt, quorum ædificatio vel demolitio videtur opus nouum continere: ergo non pertinet ad hoc edictũ si quis in fundo alterius meteret, vel arborem succideret, vel vineam putaret, licet opus faceret, quia solùm ad ea opera quæ in solo fiunt pertinet, nec locum habet si quis vetus ædificium fulciat, quia non opus nouum facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet, vt l. prima præallega. §. opus nouum, cum sequent. Subdit: Nũc videamus quibus ex causis fiat hæc nuntiatio, & quæ personæ nuntient, & quibus nuntietur, & in quibus locis nuntiatio fiat, & quis sit effectus nuntiationis, quæ per ordinem vide ibidem in d. l. j.

Interd



Interdictum de precario (quod restitutorium est, vt ff. eod. tit. l. ij. §. j.) datur ei qui precario rogauit, & precario habet, imò etiam si nõ rogauit, dum tamen possideat, vt ff. eo. ti. l. in rebus. §. j. & per totam legem. Precarium videtur rogare & habere si rogauit pro se, & habet pro suo, vel rogauit procurator suus vel negotiorum gestor, & ipse ratum habet, vt ff. eo. tit. l. certè. §. j. dum tamen accipiat in personam suam contractum, aliter non, vt ff. de acquir. poss. l. possessio. §. finali. datur etiam contra eum qui dolo fecit, vt ff. eo. tit. l. quæsitum. §. eum quoque. Et quid sit precarium require loco suo, imò dic vt legitur. ff. de preca. l. j. vbi strictè accipitur, secundum Accur. & C. de præscript. xxx. annorum. l. ij. vbi largè capitur.

Interdictum quod vi aut clam datur aduersus eum qui in loco alterius aliquod opus construxit vel destruxit, dum tamen sit factum in solo. ff. eod. titu. l. j. §. hoc interdictum. Et etiam si vi, id est, per violentiam, aut clam, id est occultè sine notificatione alteri facta fecit, cùm timeret ne si sciret, sibi prohiberetur, vt ff. eod. tit. l. j. Compellitur autem per hoc interdictũ quod destruxit suis sumptibus reponere in pristinum statum vel quod construxit deponere. Idem si alteri mandassem opus fieri, quia ego teneor ad opus destruendum & ad impensas. ff. eodem tit. l. aut qui aliter. §. hæc verba. Si tamen alius fecit, & ego possideo, tunc teneor ad patientiam præstandam vt opus tollatur. ff. eod. tit. l. si alius. in princip. Et hoc interdictum est restitutorium, per quod occursum est calliditati eorum qui vi aut clam quædam moliuntur & destruunt, iubentur enim restituere ea, & parum refert vtrum ius faciendi habuerit quis, an non. Siue enim ius habuerit siue non, tamen tenetur interdicto hoc qui vi aut clam fecit. Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam committere, vt l. j. §. j. ff. quod vi aut clàm. & sequ. §. hoc interdictum, ad ea sola opera pertinet quæcùnque in solo vi aut clam fiunt. Et infrà, vi factũ videri. Quintus Mutius scripsit, si contra quam quis prohiberetur fecerit. Et placet hæc definitio Vlpiano, Pædio & Pomponio; vt ibidem dicitur. Sed Aristo ait eum vim facere, qui sciens se prohibitum pervim moliri est: ne prohiberi possit. Et idem sentit Labeo ibidem. Sed l. iij. §. fina. eodem titu. clam facere, Cassius scripsit eum qui celauit aduersariũ, nec ei denuntiauit, si modo timuit eius cõtrouersiã, aut

debuit

debuit timere. Aristo putat eũ quoque clam facere qui celandi animum habet eum quem prohibiturum se intellexit, & id existimat aut existimare debet se prohibitum iti.

Interdictum quorum bonorum à prætore inuentum est,& datur filio emancipato aduersus heredem vel possessorem vel contra illum qui pro herede vel possessore possidet, ad vniuersa bona adipiscenda, non ad singulas res. Et cum fit quoddam directum & quoddam vtile,directũ datur ei qui est bonorum possessor. Vtile datur ei qui succedit iure ciuili ex testamento vèl ab intestato,& hoc est interdictum restitutorium,& adipiscendæ possessionis.ff.quorum bono. l.j. §. hoc interdictum. Sunt ergo interdictorum quædam recuperandæ possessionis, quædam retinendæ, & quædam adipiscendæ: vt supra in principio præmissum est,& hic describitur.

Interdictum quorum legatorum competit heredi ad repetendum legata quæ sine voluntate eius legatarius occupauit: repetet itaque heres vt deducat falcidiam, alioquin si repeteret statim restituturus, exceptione doli poterit remoueri, & hoc interdictum vulgò sic appellatur, & est etiam adipiscendæ possessionis. l.j. in prin. ff.quo.lega. & qui nõ restituit, in id quod interest, debet condemnari,vt l.fin. §. ex hoc interdicto.ff.eod.tit.

Interdictum de ripa munienda merito propositum fuit, nam ripas fluminum publicorum reficere & munire,vtilissimum est, ne ob id omissum nauigatio deterior fiat: vt l. vnica. §.j. de ripa muni. & sequitur in §. ij. De hoc interdicto expressum est,vt damni infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caueatur vel satisdetur, dabitur autem satis vicinis. Et in fine dicit text. Illud notandum est, quòd ripæ lacus fossæ stagni muniendi causa nihil prætor cauit, sed idem erit obseruandum quod in ripa fluminis munienda.

Interdictum de riuis est vtilissimum, quia riuos, specus,& septa reficere & purgare prætor aquæ ducendæ causa permittit,dum tamen non aliter aquã ducat quàm priore æstate fluxit:vt l.j.in princ.ff. de riuis. Et sequitur in §.ij.Riuus est locus per longitudinẽ depressus quo aqua decurrat cui nomen riax. Specus autem est locus ex quo despicitur,inde spectacula sunt dicta.& dicit ibi gloss. Specus est locus altus à terra ædificatus,ex quo ducitur aqua.ff.eo. titu.l.Seruius autem. Sed quandoque ponitur pro fossa qua recipitur & colligitur aqua. Et in auctoribus ponitur pro loco



co vmbroso & tenebroso, secũdum Azo. sed secundum Hugo. dicitur specus esse fouea habens vndique locum eminẽtiorem, vnde possit prospici aqua in fundo collecta, vt ff.de aqua plu. arcen. l. supra iter.& capitur pro subterraneo meatu.l.Seruius.in princip. & §.j.eodem titu. Septa vero sunt quæ ad incile opponuntur aquæ detinendæ compellendæve ex flumine, causa siue ea lignea sunt siue lapidea, siue de alia quacunque materia. ff. de riuis. l. j.§ ait.Et subdit textus. Incile est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quòd incidatur.

Interdictum saluianum competit domino fundi aduersus colonum in sua domo habitantem & eius heredes de rebus coloni tacite pignoratis pro mercedibus, quas colonus in fundum intulit: vt ff. eodem titu.l.j.vbi textus inquit, Si colonus ancillam in fundum pignoris nomine induxerit, & eam vendiderit,quod apud emptorem ex ea natum est, eius appræhendendi gratia vtile interdictum reddi oportet.

Nam vtile datur rei contra extraneum possessorem pro adipiscenda possessione eorũ quæ tacite locatori sunt obligata. Differunt autem interdictum saluianum, & actio seruiana, quia intentans actionem seruianam ad rem sibi obligatam restituendam, debet probare huiusmodi rem in bonis coloni fuisse eo tempore quo res fuit illata. Sed hoc non est necessarium in interdicto saluiano, imò sufficit probare talem rem fuisse illatam: item dicit gloss.in §. item seruiana. instit. de actio. quòd in seruiana oportet quòd creditor probet de rebus dominum fuisse tempore obligationis, sed in saluiano sufficit,quòd probet eum posse disse, nam omnia posita ab ipso colono, tacite sunt domino fundi obligata.

Interdictum de sepulchro ædificando locum habet vt quis nõ prohibeatur ædificare sepulchrum quo licet mortuum inferre: vt ff. de sepul. ædifi. & mor.infe.per totum.

Interdictũ de superficiebus quod etiam actio nuncupatur, proponitur duplex, exemplo interdicti vti possidetis. Tuetur itaque prætor eum qui superficiem petit, & defendit, veluti vti possidetis interdicto, & omnia quæ in vti possidetis interdicto seruantur, hic quoque seruabuntur,vt in l.j. §.proponitur.ff. de superficie. vbi etiam in l.ij. dicitur. Superficiarias ædes appellamus quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius est cuius & solum.

Interdict

Interdictum de tabulis exhibendis datur omnibus quibus aliquid est scriptum in tabulis vel purè, vel in diem, vel sub conditione, siue sint heredes, siue legatarij, siue fideicommissarij. Et pertinet hoc interdictū non tantum ad testamenti tabulas verum etiam ad omnia quæ ad causam testamenti pertinent, scilicet codicillos, vt l. ij. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhib.

Interdictum vt in flumine publico nauigare liceat, est quo prospicitur ne quis in flumine publico nauigare, nauim ratémue agere, vel in ripa onerare prohibeatur, sed vt per lacum, fossam, stagnum publicum nauigare liceat, vt l. vnica. §. j. in princ. ff. eod. titul. vbi subdit Vlpia. Lacus est qui perpetuam habet aquā. Stagnum est quod temporalem continet aquam ibidem stagnantem, quæ quidem aqua plerunque hyeme colligitur. Fossa est receptaculum aquæ manu factum. Possunt autem hæc esse publica, & non publica. Planè qui lacum vel stagnum conduxit, si piscari prohibeatur, vtile interdictum ei competere Sabinus cō sentit, & Labeo, ergo & si à municipibus conductum habet, æquissimum erit ob vectigalis fauorem eum tueri, vt l. vnica. præalleg. ff. vt in flumi. publi. nauig. liceat.

Interdictum vnde vi, locum habet cùm quis possessionem soli per vim amisit, & datur directè contra deiectorem illi qui vi de possessione alicuius rei immobilis deiectus est sine omni causa, vt restituatur ei possessio de qua deiectus est, & omnia ablata, imò dato quòd ibidem essent aliqua quæ penes violentum fuerint mortua: vel aliqua res quæ casu fortuito perierunt, non propter hoc liberabitur, sed in totum condemnabitur ad earum æstimationem, quia nec mortalis nec fortuitus casus liberat deiectorem. Dicit enim l. j. C. vnde vi. Rectè possidenti, ad defendendam possessionem quam sine vitio (supple maximo) tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulsare licet, & ibi no. & ff. de vi & vi arm. l. prima. §. vim vi, quid sit vim vi repellere. Et est hoc interdictum annale, quia post annum non tenetur nisi in quantum peruenit ad eum. Ex constitutione autem grauius tenetur qui mihi fecisse detegitur, vbi dolus prohibetur perenniter, & ignorantia excusatur.

Interdictum de vi & vi armata, eum interdicto vnde vi, datur & proponitur ei quivi deiectus est. Fuit enim æquissimum vt deiecto subueniri, ergo ad recuperandam possessionem hoc interdictum inuentum est. Ne quid enim per vim admittatur



tatur in legibus prospicitur publicorum & priuatorum necnō constitutionibus principum, vt l. j. ff. eodem titulo. §. hoc interdictum. & §. sequen. vbi dicitur, Hoc interdictum non ad omnē vim pertinet, verùm ad eos tantum quivi de possessionibus deiiciuntur, & ad solam atrocē vim, & ad eos qui de solo deiiciuntur vel de re solo cohærenti, vel de ædificio, etiam si à superficiaria insula quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictum locum habere. Sed adres mobiles non pertinet, vbi furti vel vi bon. rap. actio competit. Cætera vide in l. præal.

Interdictum vti possidetis locum habet in rebus immobilibus, scilicet si de fundi, vel ædium possessione contenditur. instit. eo. ti. §. sed interdicto. Nam ibidem in §. retinendæ dicitur. Et quia longe commodius est possidere quàm petere, ideo plerunque & ferè semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Habet etiam locū in incorporalibus, vt in quasi possessione, & detur possidenti ciuiliter & naturaliter, vel etiā quasi possidenti gratia retinendæ possessionis, & proponitur quoties inter litigatores contentio est vtrum possideant, quia alteruter magis se possidere affirmat. Est autem hoc nomen vti possidetis propriè ad immobilia accommodatum, quia solum illa dicuntur propriè possideri, eo quòd eis quis pedibus insistat, inde enim appellata est possessio, vt in l. j. ff. de acquir. possess.

Interdictum vtrobi idem est cum interdicto vti possidetis, nisi quòd in hoc differunt, quia illud locum habet, cùm quæstio est de retinenda possessione rerum mobilium, vt ff. vtrobi. l. vnica. §. hoc interdictum.

Sed vti possidetis locum habet cùm quæstio est de retinenda possessione rerum immobiliū, vt suprà dictum est. Et componitur secundum Azo. & Accur. in gloss. j. l. præalleg. ex vtrum, & vbi, & ponitur vbi pro apud, & vtrum, pro quem, quasi dicat, prætor, apud quem est res mobilis, nec vi, nec clam, nec precario, ab aduersario tempore litis motæ ei vim fieri veto quòminus eum inducatis. Rite enim hoc nomen vtrobi est ad mobilia introductum. Nam mobilia propriè dicuntur apud vel penes nos esse. vnde Accu. in gl. vbi suprà quærit quare diuersa nomina dantur his interdictis. Et respondet, quia immobilia propriè dicūtur possideri. Nā possessio dicitur quasi pedum positio, ergo merito datur eis vti possidetis, quod ad mobilia aptari non potest, nisi hodie, quando abusiuè mobilia

bilia dicuntur possideri. Vel secundum alios dicitur interdictum vtrobi, propter verba solennia olim in hoc iudicio vel edicto reddita, s. vtrobi, id est, vtrum ibi vel ibi fuerit possessio, vel alibi: & plures solennitates circa hoc, quæ hodie non sunt in vsu, fuere. Et hoc interdicto prætor iubet induci eum in possessionem qui ex duobus potior fuerit, & per maiorem partem anni possederit, secundum Accur. in glo. j. l. prælleg. ff. eod. tit.

Interdictum de vxore ducenda marito, datur marito aduersus eum qui dolo eam detinet sine voluntate mariti, licet ipsa volente. ff. eod. tit. l. j. Alia interdicta patent & exponuntur suis verbis inclusis.

Interdictum & cessatio quomodo differant, patet, quia per interdicta prohibetur administratio sacramentorum, paucis exceptis, quod tamen non fit per cessationem, in qua solùm cessatur à diuinorum solennitate.

Interdum dicitur fieri quod fit inter diem, id est de die in diem.

Interemptor, id est mediator in emptionibus.

Interesse mea, est mihi expedire, vel me damnum vel lucrum quod facere vel capere potui, non feciſſe vel non recepiſſe, vnde hoc verbum interest, impersonaliter potest poni in construction. Et quandoque construitur cũ pronominibus possessiuis, & tunc exigit ablatiuos fœminini generis hoc modo, mea interest debitum solui die statuto. Similiter dicitur, tua, sua, nostra, vestra interest. Et illorum pronominum ablatiuos regit, captum pro pertinet. Cùm verò construitur cum cæteris dictionibus, tunc exigit genitiuum singularem vel pluralem: verbi gratia, illius interest rem suam non perire, Regis interest regnum suum gubernare, reipublicæ interest, ne crimina maneant impunita, litigatorum interest iustum habere iudicem vel fauorabilem. Item interesse hoc verbũ pro nomine neutrali ponitur, & quandoque significat damnum quod euenit, quando que lucrum amissum. Damnum quod accidit: verbi gratia, Persuasisti familiæ meæ, quòd de domo vel possessione cederet, quo facto damnum mihi euenit, tu teneris ad interesse mihi præstandum, id est damnum quod passus sum, resarciendũ. Item de lucro amisso ponitur exemplum. Debuisti mihi soluere centum aureos Romæ, tu soluere desideras Basileæ, æstimandum est quantum interfuerit meam pecuniam suo loco mihi solutam fuisse, id est lucrum quod ex mea negotiatione in eo loco facere potuissem: tuissem. Et hæc actio per quã hoc fit, dicitur arbitraria loci. Sed notandum quamuis lucrũ amiseris, nõ ideo damnũ passus es, quia damnum dicitur à demendo, scilicet quando ex facultatibus aliquid demitur, aut ex propria substantia deminuitur, ita quòd damnũ pateris, quãdo rebus tuis aliquid decreſcit, non quando non accreſcit rebus tuis. Vnde interesse est damnum emergẽs vel lucrum cessans super eo quod dari vel fieri omissum est. verbi gratia, in Papia dare mihi pecuniam promisisti tali die, & non feciſti, hic damni & lucri ratio est habenda. Damni, quia in mora fuisti, & non soluisti die tali sicut promisisti, vnde non habui vt soluerem, quare pœnam incurri & dãnũ quod non incurrissem si mihi loco & termino præfixis soluisses, nec damnum hoc passus essem. Lucri etiam consideratio habẽda est, quia si mihi in loco & termino debitis soluisses, mercimonia cõparassem, & multa lucratus fuissem. Est ergo interesse æstimatio dãni quod taliter euenit, vel lucri ℔ cessat ex eo quod aliquid tibi nõ datur vel nõ fit vt debet.

Interesse conuentum est, scilicet cùm nõ facis quod promisisti mihi, vel cùm nõ fecero quod promisi tibi. Aliud interesse est commune, scilicet æstimatio cõmunis dãni vel lucri quod euenit vel cessat. Aliud singulare, scilicet æstimatio quæ euenit ex speciali casu vel vtilitate. vide de hoc Specul. in tit. de fruct. & interesse.

Interlocutoria sententia, requirit infrà, sententia. Et breuiter est omne verbum iudicis faciens ad causam, vt not. in c. cùm olim. de testib. & in auth. de litigios. §. ad excludendas. & l. j. ff. de re iudic.

Interpellare quandoq; idem sonat quod interrumpere, vnde dicitur quòd per lit. contest. interpellatur, id est interrũpitur actio, possessio, vel præscriptio. Itẽ interpellare idẽ est ℔ monere, vt dicẽdo: Dies interpellat pro domino, i. monet. c. potuit, in fi. de loca. & conduc.

Interpolare est in aliam formam mutare, & quodammodo mangonizare. Plautus in Amphitrione: Illic homo me interpolabit, meúmque os finget denuò. Ambrosius ad Horatianum: Nostrorum peccatorum, in pœnis vltricibus interpolari. Vlpianus xxj. Digestorum, titulo de ædil. edicto. l. præcipiunt. Interpollant, inquit, veteratores, & pro nouitiis vendunt, id est, in habitum nouitiorum mutant. N.

Interpolare est in nouã formam mutare. l. præcipiunt. de ædilit. edi. tractum à fullonibus, qui poliendo curandóque vetera

vestimenta quasi nouam speciem è vetere fingunt.

Interpretatio est multiplex,vt c. j.de postul.prælat.

Interpretatio triplex est, quædã probabilis & nõ necessaria,vt magistri.l. vnica.C. de profes. qui in vrbe Cõstant.Quædam est necessaria & nõ generalis, vt iudicis.l.nam vt ait.ff.de legit.Quædam est probabilis necessaria & generalis, sed non in scriptis redigenda,vt sunt cõsuetudines.l.si de interpretatione.ff.de legi.& c.abbate. extrà.de verb.signif.

Interrogatoria sunt quæ facit pars testibus productis contra se,& dantur super articulis de quibus præmissum est, & formantur per circũstantias causæ & personarum, vt est gl.in c.præsentium.de testib.libr.vj.

Intertritura, siue intertrimentũ, est (vt inquit Varro de lingua Latina lib.5.)dictũ ab eo quod duo inter se trita & deminuta sunt,vt in nũmis aureis quod ex vsu & attrectatione consumitur, & in vestibus aliisque rebus quæ vsu deteruntur.Liuius lib.34.In auro, inquit, nihil intertrimenti fuit. Idem lib.32. Intertrimentum argenti suppleuerunt.Scęuola lib.13. de pigno. actio.l.pignori.Quæro intertrituram quæ ex operis facta est.Atque ibidem iterum vtrobiq; pro detrimento. Ant.Nebris.

Intertritura est damnum rei detritæ.l.vlti.de pigno.actio.

Interuertere est rem commodatam,depositam, aut aliter nobis creditam, dolo malo, ne ad dominum redeat,efficere. Aliquando idem significat qđ subuertere & euertere, vt in l. tutelas. & in l. amissione. de capit.deminut.

Intestabilis dicitur qui nec testamentum facere:nec testis adhiberi potest:item is cui alius testimonium dicere nequit.l. is cui.§.vltimo.& l.cum lege. de testa.

Intestatò,aduerbium,id est sine testamento.

Intestatus dicitur qui omnino nõ fecit testamentum, vel si fecit non ritè,vel postea rupit ex certis causis, vel si ex isto testamento nemo sit heres.inst. de heredit.quæ ab intestato deferuntur.in princ.

Inthronizatio,est alicuius in suã dignitatẽ vel suum thronum introductio vel inuestitura.

Intra,dictio est inclusiua,& ideò cui legatur, si intra diem mortis eius aliquid dederit,etiam dando eo die quo moritur, legatum cõsequitur.l.si quis sit. de verbor.signific.

Intrusi dicuntur qui non per electionem canonicam, sed per violentiam occupant honores, officia, vel ecclesiastica beneficia.

Intrusus dicitur ille qui est positus autoritate superioris non habentis potestatẽ cõferendi. Domi.de S.Gemi.in c.propter. xix. dist. Adde q̃ non habens aliquem colorẽ in beneficio, dicitur intrusus, & qui habet sine autoritate superioris, & qui est depositus à beneficio, & remanet in eo,item ille qui est electus, & ministrat ante confirmationem, vt in cap.ij. de restitut.in integ.& ibi Abb. Item est intrusus qui commisit crimẽ depositione dignum. glos.ij.in c.cùm super. de causa possess.& propr.Item intrusus dicitur quihabet beneficiũ ablatũ alteri iniustè.c.tanta.de excess.præla.& de hac materia vide late Feli.in c. veniens. de accus.vers.no,quòd intrusus.

Intrusus in beneficio dicitur ille, qui sine autoritate illius ad quem spectat collatio,illud tenet in c.quia diuersitatem.vbi Panor.in ij.not.de conce.præb.

Inualescere, id est valde valere & crescere & abundare.

Inuentarium dicitur libellus quidam in quo omnia bona hereditaria, quæ apud aliquem inueniuntur, conscribuntur, & omnia in illo libello continentur, vt sciatur quantũ eo tempore vel die quo scribebatur, in bonis suis cõtinebatur. Cautius agitur cum herede, si faciat, quia si fecerit vltra vires hereditatis,nõ potest onerari, si non fecerit, omnibus legatariis legata restituere oportet, & cogetur etiam si excedant vires & facultates hereditatis. Etiã potest fieri in aliis factis, nedum in rebus hereditariis. Est etiam inuentarium quoddam genus instrumentorum. Breuiter not.quod inuẽtarium est scriptura quã heres inchoare debet intra triginta dies post mortẽ testatoris,vel postquam scit se institutum heredem,& ibi scribere omnes res defuncti, sub præsentia testium,idque perficere infra lx. alios dies, vel infra annum, si res sint remotæ,& tunc non tenebitur creditorib⁹ vltra illud quod inuentum fuerit in hereditate. Si autẽ non fecerit inuentarium, tenetur in solidũ. Et pro hoc vide in gl.instit.de hered.qual.& dif.§.sed nostra.

Inuestitura est alicuius in suũ ius introductio,& est propriè possessio. Sed abusiuè dicitur inuestitura, quãdo dominus hastã vel aliquid corporeũ præbet vasallo,dicẽs se per hoc facere inuestiturã,vt in lib. feu.in rit. quid sit inuestitura.Olim autẽ dicebatur de prouisione, qua Imperator pervrbẽ Romanam inuestiuit Archiepiscopos & Episcopos per annulũ & bacu lum.Require suprà instituere.

Inumbratam quietem furiosi dixit Celsus in l. quod meo. §.j. si furioso.de acq.poss. qui aspectu sanæ mentis videbatur.

In vniuersum,id est generaliter.
Inuolare,id est furari, à vola dictum,quod manum significat. Et ita apud Calistratum accipitur. ff. de inc.rui. naufr.l.expugnatur,cùmvela cõscindun tur, aut anchoræ inuolantur de mari.

## De I ante P.

Iperbolica locutio, est excessus veritatis, vt, Frigidius glacie pectus amantis erat. Ouid. in Epist.j.ad Penelopen.
Hyperbolica rectius scribas, de quo vide suprà suo loco.
Ipsa, de hoc relatiuo vide Ioan. And.in q. posita super reg.contra eum,&c. in ij.art. de regu. iuris,lib.vj.
Ipse,id est ego. ff.quod met.cau. l.metum autem.§.sed licet.
Ipso facto,hæc clausula idem importat quod ipso iure. Bartol. in l.j. nu. 4. de iis qui notantur infamia.
Ipso iure, de hac clausula vide gl.in §.in bonæ fidei.& ibi Ias. institu.de actio.& Barto.in l.si mater. C.de suis & legi.hered.
Irenarcha,interpretatur pacifica tor,siue pacis conciliator,nam Irini, interpretatur pax,& archos,est princeps. Erant autẽ irenarchæ viri boni & prudentes, quales significat Virgil. in primo Aeneidos: Ac veluti magno in populo cùm sæpè coorta est seditio,sæuítque animis ignobile vulgus,&c. sub hoc habitu fuit Domitiani Cęsaris statua equo posita, de qua Papinius in principio Syluarum: Dextra vetat pugnas. Talem quoq; Persius poeta significat cùm dicit:Fert animus calidæ fecisse silentia rixæ Maiestate manus. In Codice Iustiniano titulus est de Irenarchis, lib.x. quos Accursius interpretatur iram arcentes: quasi Irenarcha nomen esset latinum.Martianus lib.xlviij.tit.de custo.& exhib.reo. l.diuus Hadrianus. Irenarcharum sæpè meminit.
Irenarchæ dicuntur qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur, vt milites quivadũt perquirere latrones. Et dicuntur quasi arcẽtes irã, vel quia iræ sumendę in turbatores publicæ pacis gerũt monarchiam,secundum quod accipitur C.de irenarchis,libr.x. Imò verò irenarcha dictio græca est,cõposita ab irini,qđ est pax, & archos, princeps, quasi dicas pacificatorem,siue pacis conciliatorẽ, seu qui sedandis seditionib⁹ electus sit.
Irinum vnguenti species. l.in argento.de aur.&arg.leg.Legendum Crina,vt in Pand.Flor.
Ironia est cùm quis minora de se dicit,quàm sint.etiam est cùm quid per derisionem,id est per cõtrarium dicitur, & sic est figura, de qua & multis aliis vide glos.bonam in cap.forus.de verborum signific.

Irreg



Irregularitas est nota siue impedimentum canonicum ex facto siue de facto proueniens, quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri,& iam promotus in eis ministrare prohibetur & degradari siue deponi quãdoque meretur.Vel sic, Est habilitas quædam canonica, per quã quis efficitur inhabilis ad ordines suscipiẽdum. Et dicitur ab in,id est non, mutando n,in r.& regula,quia nõ potest exigere regulas ab apostolis,&aliis summis põtificib.
Irrepere.i. latenter inualescere.
Irriguum,capitur actiuè & passiuè, hoc est & pro eo, ex quo quid irrigari potest,vt irriguæ fontium aquæ.l.j. C.de manci. & colon. patri. & prò eo ipso quod irrigatur. le. diuortio. §. quod in anno.ff.solut.matr.
Irritum testamentum, vide testamentum irritum.
Irrogate,id est inferre,vnde dicitur,crimen vel damnum irrogat infamiam vel mortem, id est infert.C.ex quib.caus.infa. irrog.in rubr.
Isauri, populi sunt Ciliciæ contermini,qui in mari quondam piraticã exercuerunt,quos Publius Seruil.profligauit,qui cognomen Isaurici ex ea victoria retulit: Iam verò Isauri & Cilices pro piratis accipiũtur: vt Iuuenalis: Piratæ Cilicum. & Iustin.in Cod.tit. de feriis.l. prouinciarum. Latronum, inquit,& maximè Isaurorum.
Isostates, potest interpretari æqualitatis recognitor: nã isos, interpretatur æqualis in Codice Iustiniano de ponderatoribus,& auri illatione.l.quoties. Quoties, inquit, de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet quẽ sermo græcus appellat Isostatem, legendum Zygostatem,pro sua fide & industria, vt neq; fallat neq; fallatur contentionem dirimere. Accurs. interpretatur ab igos, victoria,& state militia.neque enim igos est victoria, sed nice,neque state militia,seu stratia: sed neque victoria & militia faciunt ad rem.
Isostates æqualitatis recognitor. l.ij. C.de ponde.& aur.illa.
Isthmus, terra oblonga & angusta inter duo maria.

## De I ante T.

Ita,est dictio cõditionalis secundum gloss. in l. Iulianus. ij. de cond.& demonstr.
Itaque,no.Io.Calde.in commento Decre.c.post cessionem. de probationibus.
Item,hæc dictio ex suo significato significat adiectionem, coniunctionem, seu continuationem.de qua Bar.ff.de publica. & vect.l.j. in princi. Est etiam repetitiua, seu repetitionis significatiua. Repetit autem illa quorum repetitionẽ significare concludit quodlibet me-

dium probàbile: verbi gratia, testator dicit, lego Titio fundum Seianum sub cõditione. Item fundum Seianum heres meus dare damnas esto, intelligitur sub eadem conditione, vt l.in repetendis. ff.de leg.iij. & sumitur significatum ex dictione item, & ex oratione sequente, quæ est declaratiua præcedentis. Et idẽ dic in die, vel in alia qualitate posita in oratione præcedenti, quia repetitur & in sequenti. Item ibi, testator dicit, lego Titio fundum Seianum sub conditione & post ex interuallo dicit, itẽ fundum Seianum Titio lego: hoc casu legatum valet, & videtur primum reuocatũ, nec videtur repetitio conditionis, vt l.non ad ea.ibi.dum dicit, si prius sub conditione.ff.de condit.& demon. quia hæc dispositio debet addere & operari, quod non fieret si conditio repeteretur, ideo testator videtur à conditione recessisse, & purè legare voluisse. Item ibi testatore pluribus legatis factis filium heredem instituit, & adiecit, quòd si ipse filius absque liberis decesserit, relinquo Titio centum. Item relinquo Titio domũ. Item relinquo Sempronio fundum. Prædicta conditio si decesserit, intelligitur repetita in duobus sequentibus legatis, & sic obtinet in tribus prædictis legatis, quia sumitur significatum ex legatis purè prius factis, & ex significato conditionis. Nã ex conditione significatur quod testator non vult plus grauare filiũ si vixerit, sed vult grauare in sequentibus sub illa conditione si decesserit. facit l.si ita scriptum. ff. de lib. & posth.

Iter est ius cũ di vel ambulandi hominis, siue homo eat solus siue vehatur sella vel lectica, vel in equo, vel in quouis animali. Sursum verò non potest iumentum secum agere, vel vehiculum ducere, qui iter tantum habet. Quandoque tamen iter dicitur vulgariter ipsum solum per quod itur, vel tramites vel calles transeunt, ita quòd qui actum habet, habet & iter & commoditatem itineris, sed non econuerso, vide infrà de via, & inst. de seruit. in princip.

Iteratò quid importat, not. Arch. xj q.iij.c.si quis verò.

Iterũ, hæc dictio secundũ suum proprium significatum denotat actum geminatum, quod no. prostatutis permittentibus aliquid iterari, vel punientibus faciẽtem aliquid iterum: habet enim locũ statutũ in geminãte actũ, quãdoque ex natura actꝰ cui adiicitur, exponitur, id est quoties opus fuerit. glo. & ibi doct. in cap. fua nobis. de appella. & Angel. Aret. in proœm. inst. in ver. quorũ. &



& docto. in l. veluti. de eden. & l. fideicom. §. si quis decem. ff. de leg. iij. vbi si testator legat decem Titio, & si perdiderit, iterum legat, non intelligitur vltra duas præstationes: quod facit ad quæstionem, quando arbitro datur potestas prorogãdi compromissum semel & iterum: non enim intelligitur in infinitum, sed pro duabus vicibus tantùm, secundum Bald. in d. cap. fua nobis. in fi. facit qđ not. in l. si finita. ff. de dã. inf. vbi plenè per doc.

Itidẽ, id est similiter. C. de eman. lib. l. pen. de iniur. l. final. Aliquando, id est tantundem. C. de appel. l. quoniam iudices.

Itinerarchæ dicuntur itineris custodes, à verbo eo is, & archos græcè, id est princeps latinè, hoc nomen trahentes, quia ad prouinciarum tutelam per singula loca pacis & quietis faciunt stare custodiam. l. j. C. de custo. reo. ibi de Itinerarcha nullum verbum.

## De I ante V.

Iudæi dicuntur qui Mosaicam legem ad literam imitantes tenẽt, se circũcidendo, & alia legalia faciendo. Et dicuntur à nomine dignioris tribus, scilicet Iudæ, qui inter alias tribus bellicosior erat, & in bellis primam aciem & regni vel regis priuilegium obtinebat.

Iudex dicitur quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iustè iudicare. Non est ergo iudex, scilicet bonus, si non est in eo iustitia, vt in cap. forus. §. in omni quoque negotio. de verb. signific. Et iudex est qui ex iurisdictione propria aut sibi delegata, & cõmissa ius habet super causas litigiorũ vel litigatorum cognoscendi, & qui ex propria iurisdictione illud habet. dicitur iudex ordinarius, sed qui ex delegata dicitur delegatus & extraordinarius.

Iudex ordinarius est ille qui habet potestatem iudicandi à se iure suo, hoc est, eo ipso, quòd est talis, vt episcopus, balliuus, præses prouinciæ, & consimiles.

Iudex delegatus est ille qui habet potestatem de causa aliqua cognoscendi, ab aliquo sibi commissam, qui etiam dicitur iudex extraordinarius.

Iudex competẽs dicitur qui causæ iurisdictionem habet cum exercitio, dato quòd per exceptionem possit elidi, siue exceptio contingat personam, vt quia suspectus, siue iurisdictionem, vt quia rescriptum subreptitium est, vt est glo. in clementi. cum lite. vt lite pendente.

Iudex incompetens est in quem licet consenserimus, id tamen quod ab eo statutum est, firmi-

tatem non habet iudicati, vel quia ipse nullam iurisdictionem habebat, vel quia interue nit error in adducendo vel adeundo ipsum, vel quia vi com pulsus sum in eum consentire. In summa iudex incompetens est idem qui non suus.

Iudex compromissarius. Require suprà arbiter.

Iudices chartularij erant olim qui ab Imperatore priuilegiati erant, vt qui vellent coram eis litigare possent, sed ipsi non poterant cogere aliquem ad li tigandum coram eis. Et dicuntur etiam hodie iudices ordinarij creati à comite Palatino qui non habent administra tionem nisi habitu, vt not.l.j. ff.de iudic.& l.finali.C.vbi & apud quem cog.& integr.restitut.agitan.sit.

Iudices domestici, require suprà domestici & assessores.

Iudices pedanei dicũtur illi quorum officium est de minutis causis & infimis cognoscere & inutilibus vel vilibus, licet ordinarij, & dicuntur à pede, qui est extrema pars corporis. Maiores verò causas debent & tenẽtur maioribus referre, cùm ipsi per se non possint terminare. C.de pœn.iud.l.ij.

Iudicem delegare, est vice sua alium de causa cogniturum, constituere.

Iudicatum facere dixit Celsus in l.fi.in prin.si cer.pet.pro parere sententiæ, soluere quod solui debere pronunciatum fuit.

Iudicatum solui satisdatio, inde dicta est, quia interponebatur stipulatio q; solueretur quod iudicatum fuisset, vt instit.de satisdat.in princ. Et huiusmodi stipulatio tres clausulas continet, vt eleganter persequitur Vlpianus in l.iudicatum. la j. ff.iudic.solui.

Iudicium, hæc dictio multipliciter significat. Primo modo idẽ est quod casus fortuitus, vt dicitur, hoc diuino iudicio venit. Secundò est discretio, vt dicendo, in pueris non est iudicium, facit instit.qui.non est permis. face.testa. §.præter ea. Tertiò est actio, vt cùm dicitur iudicium fami.hercis.ff.de iud.l.in familiæ. Quartò est vltima voluntas testatoris. Quintò, est iudicium vel sententia iudicis.l.j.C.de de iudic. Sextò ponitur pro examinatione vel deliberatione. Septimò pro auctoritate.xliij.distin.c.ij. Octauò quandoque pro pœna.50. distinc.can.& purgabit. Nonò capitur pro instantia vel ordinatione causæ discutiendæ in iure coram iudice, sic sumitur in tit.de iud.l. properandũ. §.j. C.de iud.& ff.eod.tit.l.proponebatur.& in hac significatione diffinitur sic, Iudicium est actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis, actoris & rei super eadem quæstione, aut



aut super eodem iudicio contractus. de verb.sign.c. forus. in glos. Et dicitur iudicium quasi iurisdictio, ibidem, & secundum Goff. describitur sicut arbitrium exceptis his. Primò, quòd iudicium est de ciuili & criminali, sed arbitrium de ciuili tantùm. Secundò, quòd iudicium necessariò, arbitrium verò voluntariè subitur, & prius inquisitio vocabatur: vnde secundum Cardi. Iudicium est inuestigatio, quam secundum iuris ordinem facit iudex per varios modos ad veritatem eliciendam, & elicitam custodiendam: vt xxx. q. v. iudicantem oportet. Et quòd dicitur actus trium personarum, intelligitur verè vel fictè, seu repræsentatiuè, quia in notoriis fama repræsentat actorem, & fingitur accusator. Et nota quòd propriè ante lit. conte. non est iudicium, quia nulla causæ discussio. l.j.C.eod.tit.& hoc respectu causæ, non autem respectu aliorum actuum iudicialium, vt sunt examinatio partium, & confessio, & cætera quę bene fiunt ante lit.contest. imò quandoque iudicium capitur pro eo quod præcedit sententiam, vt in c.in iudiciis. de reg. iur. libro vj. De multiplici specie iudiciorum. vide infrà in ver.iudicia priuata.

Iudicium contradictorium dicitur, si dicerem hoc esse consuetudinem, & tu aduersarius meus diceres non esse consuetudinem, vt in c.abbate.in glo. fin.de verbor. significa. in verb. contradicto.

Iudicia capitalia sunt quibus caput eximitur à ciuitate morte vel exilio, de his vide Instit. de publ.iud.§.publicorum.

Iudicia publica sunt de publicis causis, & dicuntur quasi populica, quia cuilibet de populo commissa est executio, vt contra crimen læsæ maiestatis, in quo omnes de populo possunt accusare. Quandoque iudiciũ publicũ dicitur iudicium quod intenditur à crimine: de hoc instit. de publ.iudic.in priu.

Iudicia priuata sunt quæ ciuiliter tractantur siue intentantur. Itẽ de multiplici iudicio. s. auctoritatis, ministerij, approbationis, &c. not. Archid. lv. distinct. præcepta. & glo. super regula, in iudiciis. de reg.iur.lib. vj. Tangit aliqualiter Archid. ij. q. j. sicut. Et secundum Ant. de Butr. diuiditur tripliciter: primò ratione materiæ, secundò ratione formæ, tertiò ratione quantitatis. Vnde ratione materiæ duplex est iudicium, aut temporale, aut spirituale, vel aut ciuile aut criminale. Vnde semper dicitur iudicium criminale quãdo finis tẽdit ad cõmodum reip. aut fisci, &c. siue pœna sit corporalis, siue pecuniaria. Sed dicitur ciuile dum finis tendit

ad commodū partis. gl. no. in l. prætor. in princ. ff. de sepul. vio. & fuit opinio Inno. in c. qualiter & quando ij. de accu. & doc. in ca. j. de iud. Secundò ratione formæ iterum duplex est iudicium. s. ordinarium & extraordinarium. Tertiò ratione quātitatis duplex est. s. vniuersale & generale, quæ etiam differunt, de hoc plenè in ca. ij. de libel. obla.

Item iudicium triplex reperitur: primum inter sanguinē, secundum inter lepram, tertium inter causam, vt in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.

Iudicium prolusorium quid, require infrà ver. prolusorium.

Iudicium accipi olim dicebatur, cùm lis contestabatur. l. is qui se. de rei ven. cuius locutionis rationem tradit Alcia. in l. pecuniæ verbū. §. actionis. de ver. si.

Iudicio sisti cautio dicitur, cùm promittimus, nos aut aliquem alium ad iudicium venturos & permansuros esse, vt in ff. si quis caut. toto tit.

Iugum pro pari duorum animalium plerunque accipitur, vt apud Plin. libro 10. de aquilis. Vbi aquilarum, inquit, non sit iugum. Varro de lingua Latina lib. 4. Iugum, inquit, & iumentum à iungendo. Virg. 5. Aene. Nec sic vndantia lora Concussere iugis. Vlpia. lib. xxj. Dige. de ædil. edi. l. ædiles aiunt: sæpè iugum in hac significatione ponit. N.

Iugalem posuit Iustin. pro vxore.

Iugatio, genus vectigalis, de quo in l. immunitates. C. de agric. & censit. libro xj.

Iumentorum appellatione boues non continentur. l. legatis seruis. de leg. iij. Dicta autē iumenta à iungendo, eo quòd currui iungantur, vt ait Alciatus in l. boues. de verbo. signific. in quibus sunt equi & muli.

Iura prædiorum appellari seruitutes nemo est qui ignoret, ex tit. de reb. corpor. & incorpor. in Instit. at qui prædia cum iuribus suis restituere promittit, intelligitur vt restituat eiusdem bonitatis, salubritatis, & amplitudinis. l. quid aliud. ff. de verborum significa.

Iuramentum est affirmatio vel negatio sacræ rei assertione vel attestatione firmata secundum Gof. vel adhibita religione secundum Placen. & est triplex: videlicet: voluntariū, cū fit extra iudiciū, necessariū, & iudiciale, vt no. gl. inst. de actio. §. item si quis, & infrà ver. iusiurandum.

Iuramētum assertorium est, cum iuratur de præsenti vel de præterito sic esse vel nō esse, fuisse vel non fuisse. Sed iuramētum promissoriū est quādo iuratur de futuro aliquid daturum vel facturum. Aliquando etiam iuratur per execrationem, vt si hoc non fecero, hoc accidat mihi vel filiis meis, aut huiusmodi. Ponitur ergo triplex



plex Iuramentum, scilicet promissorium, assertorium, & confirmatorium, secundum Host. in Sum. de iureiur. De primo in c. debitores. in c. Quintauallis & ca. veniens. de iureiur. De secundo in c. fi. eo. ti. De tertio in c. cùm contingat. eod. tit.

Iuramentum calumniæ est, cum quis iurat se bona fide & non animo calumniandi agere vel respondere, nec egisse, vel respondisse.

Iurare conceptis verbis, vide Conceptio.

Iurati dicuntur consiliarij vel anciani, vel priores qui regunt vniuersitatem: & dicuntur à iuramento quod præstant, vt eorum officium fideliter exequantur.

Iure proprio dicitur aliquà res vēdi in instrumento venditionis, quando proprietas transfertur in ementem.

Iurgium dicitur quasi iuris, garrium, eo quod hi qui causam dicunt, iure disceptant. cap. fotus. extra de verb. sig.

Iuridicus est qui iura dicit secundum Isid. libro xj. Etymol. & peculiariter hoc nomine appellatum fuisse quendam Alexandriæ magistratum indicat manifestè ti. de iu. Alex. ff. & C.

Iuris auspicium, id exordium litis, vt in c. pastoralis. de cau. pos. & C. de codic. l. vlt. j. resp.

Iurisconsulti qui appellarentur antiquitus docet clarissimè Imp. in §. responsa. Instit. de iur. nat. gen. & ciui.

Iurisdictio est potestas de publico introducta cū necessitate iuris dicendi vel æquitatis statuendæ, secundum Azo. & dicitur à nominibus ius & ditio, id est, potestas. Hæc autē quandoque est ordinaria quandoq; delegata. Item alia est plena, scilicet solius principis. Alia autem semiplena, aliorum, videlicet à principe. De hoc vide Spe. eod. tit. C. eo. l. iij. Nota q; quatuor dant iurisdictionem ordinariā. Primò lex inanimata vel canon, & hoc in dubio, secus si apparet velle dare delegatum. Secundò lex animata, scilicet, Papa vel Imperator, & non inferior nisi episcopus suo vicario. Tertiò consuetudo. Quartò vniuersitas approbata, vt mercatorum, cerdonum & aliorum artificum qui possunt de suo corpore creare & eligere iudicem ordinarium. Similiter vniuersitas facultatum artium vel iuristarū, de hoc no. circa c. cùm ab ecclesiarum. de offic. ord. Et iurisdictio prout est genus, diuiditur in merum imperium, mixtum imperium, & simplicem iurisdictionem, de quibus in litera M. require.

Iurisdictio etiam alia est voluntaria, alia contentiosa. Voluntaria dicitur quæ in volentes tantum exerceri potest: contentiosa, quæ etiā in inuitos, vt

no.

no.in l.ij.de offi.procon.& leg.

Iuris præcepta tria sunt, scilicet, honestè viuere,alterum non lædere,& ius suum vnicuique tribuere.Instituta de iusti.& iur.§. iuris præcepta.concor. ca. cùm deuotissimam.§. si seculi. xij.q. ij. vbi dicitur quod summum bonum in terris est iustitiam colere,& vnicuique,&c.

Iurisprudentia est diuinarum & humanarum rerũ notitia, iusti atque iniusti scientia, iusti scilicet ad faciendum,iniusti ad euitandum,quia non sufficit scire quid sit iustum vel iniustum, nisi & ipsarum rerum contrariarum vel corporalium habeat quisnotitiam,secundum quam secundum varias conditiones varia iura sunt statuenda, instit. de iusti.& iur.in prin.

Ius habet plura significata. Primò, id est, rigor.l.j. C.de legi. Secundò, id est verborum conceptio, vt cum dicimus quòd in stipulationibus versatur ius vt l. si vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pact. Tertiò, id est, rectum vel iustum, quod deriuatur à iustitia.Quartò, id est, aqua pinguis. Quintò capitur pro toto corpore iuris. Alia plura significata ponit Ioann.And. de regul. iur. in princip.libr.vj. Breuiter ius significat quod subiecta materia vel vsus communis id recipiendi in tali loco in quo profertur significare declarat. Vnde ius est nomen generale, & lex iuris species, & dicitur ius quasi iustum.j. dist.ius generale, & secundum Isid.lib.v. etymo. Omne autem ius legibus & moribus constat secundum Isid.vbi suprà c.ij.Et definitur sic,ius est ars boni & æqui,cuius merito quis nos sacerdotes appellat,id est,sua iura cuilibet ministrantes. ff. de iusti.& iur. l. j.ij. responso.Hoc est dicere,quod iustitia est collectio legitimorũ præceptorũ quæ arctant nos ad obseruandum bonum & æquũ,id est,vtilitatem,& æquitatem seu veritatem. Quamuis enim vsucapio contra æquitatemvideatur introducta,tamen subtili consideratione maximæ innititur æquitati, cum præcipuè æquũ sit quod publicæ vtilitati deseruit. Vel dicitur quod in vsucapione vel præscriptione ex causa & pro bono publico inducitur, quandoque rigor contra naturalem æquitatem, vt dicitur in gl.j.dist.ius autem,vbi datur quandoque ius quod non est iustum vel æquum, vt ibi exempla plura. Dicitur autem ius à iustitia. Et aliter sic diffinitur. Ius est præceptum seu ordinatio principantis seu domini circa subditos quantum ad ea quæ possunt subesse potestati subditorum.Talisautem vel est deus, & tunc dicitur ius diuinum.Vel est natura,&tunc dicitur ius naturale.Vel est homo, & tunc dicitur ius humanũ,quod regitur duobus, vt in principio Decretor.Et sic secũdum triplicemgradum summorum distinctum est triplex ius, scilicet ius diuinum, quod est præceptum seu ordinatio diuina,& ius naturale, & ciuile dicitur. Etiam aliquando ius augustiosum, aliquãdo iniquum, vt institu.de sena.Tertyl.in glo. §.primo.



Ius etiã dicitur locus vbi ius redditur, interdum accipitur pro necessitudine, vt l. penult. & fi. de iustitia & iure. Aliquando pro qualitate rei inhærente.l. quid aliud. de verborum significic.item pro commodo. l.quod dicimus. eod.titul. quandoque significat facultatem & potestatem, vt cum dicitur est mihi ius eundi per viam publicam:quandoque ius dicentem, vt in tit.de in ius vocando:nam in ius vocare,est adiudicemvocare.§.vlti.Insti.de pœna temlitig.

Ius aureorum annulorũ secũdum quosdam dicitur quòd olim liberti annulos aureos ferre non poterant,sed secũdum Azo. est priuilegium quod concedebatur libertis in signum semiplenæingenuitatis:viuebant enim ingenui, sed moriebantur vt liberti. C. de iur. annu. aur. in rubrica.

Ius aureorum annulorum donare (inquit) Bud. apud antiquos erat id fermè, quod hodie equitem facere dicimus.

Ius canonicũ diuiditur in Decretum,& Decretales, quarum volumen dicitur extrauagans in quinque libris, maxime respectu iuris ciuilis. Quilibet autẽ liber habet plures rubricas siue titulos in quibus præmittitur materia in generali, de qua tractatur in capitulis sequentibus in speciali. Sub qualibet autem rubrica sunt vnum aut plura capitula quæ dicuntur decretales vel constitutiones, & aliquando in capitulis sunt §§. Vnde quando allegabisaliquid ex decretalibus, non allegabis librum, sed titulum, & capitulum in eodem,& si sit capitulum longum dices c. tali circa princ.medium vel finem. Vel si sint in capitulis paragraphi, allegabis tali cap. §.j. vel ij.Et post compositiones quinque librorum dictorum per magistrum Raymundum capellanum Gregorij IX. Papæ circa annum domini M. ccxxxj. elapsis multis annis, videlicet anno à natiuitate vel incarnatione domini M. ccxviij. nonis Martij pontificatus Bonifacij viij. anno iiij. compilatus est liber sextus, non quidem sextus cum aliis quinque partialibus prædictis in vno volumine, sed liber specialis continens etiã quinq; partes & supplẽs defectus casuũ emergẽtiũ in li

in libris decretalium non comprehensorum. Deinde clementis constitutiones, à Clemente papa quinto sub anno domini M.cccxj. in consilio Vienensi, quod sex mensibus tantum duravit, conceptæ & editæ sunt, licet idem Clemēs morte præuentus, ad publicum non perduxerit. Sed Ioan. papa xxij. de post compleuit, correxit, mutauit, & executioni demandauit. Et fuerunt promulgatæ anno domini M.cccxxix. kalendis nouembris. De hoc vide glo. in proœmio Clementi. super verbo Nouembris, & verbo ponti ficatus. Et dicit Ioan. An. quòd iste liber non debet allegari septimus, sed debet intitulari Clementinæ, scilicet constitutiones Clementis quinti. Sed decretum quod magister Gratianus circa annum domini M. cix. compilauit, diuiditur in tres partes. Prima dicitur distinctiones, quia est distinctum per centum & vnam partes, quarum quælibet habet vnum vel plures canones, quæ vlterius subdiuiduntur in paragraphos & versiculos. Sed secunda pars Decreti nominatur causæ, quia continet in se triginta sex causas, à quibus nomen accepit. Quæ vlterius subdiuidūtur in quæstiones, & hæ in canones, qui vltra in paragraphos & versiculos subdiuidi possunt. Tractatus autem de pœnitentia imponitur in causa trigesimatertia in quæstione tertia. Et habet septem distinctiones, quarum quælibet habet canones plures, cum paragraphis & versiculis suis. Tertia & vltima pars Decreti nuncupatur de consecratione & habet sub se quinque distinctiones cum canonibus, vel capitulis, paragraphis vel versiculis.

Ius ciuile inuenitur accipi diuersimode: vt dicto j. can. ius naturale. Ciuile autem vno modo est quod quisque populus vel quæque ciuitas sibi proprium diuina humanáque causa constituit secundum Isidorum libro v. Etym. Secundo dicitur ius ciuile lex xij. tabularum. Tertio dicitur quod ex legibus plebis scitis, constitutionibus, senatusconsultis, principum decretis, vel auctoritate prudentum inuenitur. Quarto dicitur ius quod non est prætorium. Quinto dicitur disputatio prudentum, quæ fuit facta sub lege xij. Tabularum. Sexto quicquid habemus scriptum de iure. Septimo quicquid iure naturali vel iure gentium subtrahitur, vel quod non est ius naturale nec gentium, & sic capiendo ius canonicum dicitur ius ciuile, & sic sumitur j. distinctio. ius autem, vt in gloss. j. nota. in fine. Et quia ita diuersimodè ius ciui



ciuile inuenitur accipi in iure de prima acceptione habes in stitut. de iure naturali. §. j. De secunda habes. ff. de iustitia & iure. l. ius ciuile. §. hoc igitur. De tertia & quinta. ff. de orig. iuris. l. ij. §. hæc disputatio. De quarta. l. ius ciuile. prælleg. in princ. De sexta. ff. de variis & extraordin. cognit. l. j. §. proinde. De septima, instit. de vsucapio. in prin. vt est glos. in §. sed ius quidem ciuile. instit. de iure natu. gentium & ciui. Item ius ciuile dicitur tripliciter. Primo pro eo quod in vnaquaque ciuitate seruatur, & sic dicitur in genere. Secūdo in specie dicitur ius proprium certę ciuitatis, & sic loquitur §. alle: instit. Tertio dicitur per excellentiam ius Romanorū, quando non exprimitur proprium nomen ciuitatis, & sic in versicu. sed & quoties. insti. eodem tit. prælleg. & sic concordat §. omnes populi. cū dicto versicu. in quo §. dicitur, quòd omnes populi reguntur legibus emulgatis ab Imperatore. in versic. dicitur, quòd vnaquæque ciuitas iure suo proprio vtitur, sed primum intelligitur de generali, secundum de particulari.

Ius ciuile diuiditur in quatuor libros principales, scilicet Digestum, Codicem, Institutiones, & Authēticas. Quibus additur collatio decima, seu liber Feudorum. Primus ergo liber iuris ciuilis est Digestū, qui continet leges & statuta Romanorum, & diuiditur in tres libros principales, scilicet Digestū vetus, quod habet libros partiales vigintiquatuor. Infortiatum, quod habet libros partiāles quatuordecim. Et Digestum nouum, quod habet libros partiales duodecim. Quibus connumeratis erūt libri partiales quinquaginta, Digesti veteris, Infortiati, & Digesti noui. Et vocatur Digestum, seu etiam Pandecta, vel liber Pandectarum. vide suprà, in litera D. Secundus liber iuris ciuilis vocatur Codex, qui continet statuta, sanctiones, & præcepta Imperatoris. Et fuerunt tempore Iustiniani Imperatoris tres Codices, scilicet Codex Gregorianus, Hermogenian⁹, & Theodosianus, de quibus Codicibus extrauagantibus diuus Iustinianus animum suum ad Imperiales constitutiones dirigens vnum Codicem fieri fecit quem suo felici nomine intitulauit Codex Iustiniani, vt in rubri. pro œmij Codicis. Et diuiditur iste liber in duodecim libros partiales, quorum nouem primos Doctores legere solent, sed vltimi tres qui longè post primos nouem compositi sunt raro legi consueuerunt. In quorū allegationibus, hoc est speciale

ciale quod ad titul.& ad l.cum §.additur numerus, videlicet liber xj.xij.&c.vt C.de murile. & gynecia. &c. libr.xj. & C.de dignit.l.si vt proponis.libr.xij. Tertius liber principalis dicitur Authenticum, vel Authenticorum, & sunt quædam excerpta quasi prædictorum librorum summula. Et diuiditur iste liber in nouem collationes,quarũ quælibet subdiuiditur in titulos,& tituli non in leges, sed in paragraphos. Et differunt authenticum & authentica,quia authenticum volumen est per se,sed authentica est vna lex, vel paragraphus incorporatus libro Codicis, & antiquo iuri superadditus.& allegatur sic, C. de epis. & cleric. authent. generaliter. C. de sacrosanct. eccles. auth. multomagis. Sed in authenti co simpliciter allegatur titulus & paragraphus,vt in auth. vt iudices sine quoquo suffragio. §. tali vel tali. & sufficit. Item decima collatio intitulatur liber Feudorum, & habet duos libros partiales,quorum quilibet subdiuiditur in titulos, & isti in capitula & paragraphos.Quartus liber principalis legum dicitur Institutiones, vel instituta, & iste diuiditur in quatuor libros partiales,& est introductorius in ius ciuile & canonicum, maximè quo ad declarationem terminorum in vtroque iure vsitatorum, qui tanquam ostium in domum præbet introitum in sapientiam iuris.Quare consulitur omnibus quasi modo genitis iuris alumnis,lac iuris cõcupiscentibus, per institutiones documẽta sua primordialia capescere & nutrimenta,vt tali doctrina primitus informati,securius mereantur inhęrere sanctioni Iustiniani Imperatoris Christianissimi.Nullus ergo præsumptuosè sine Institutionũ doctrina, iuris, maximè ciuilis sublimitates tentet ascendere, ne corruat ex alto qui satagit volare sine penna. Et hæc de nominibus diuisionibúsque librorum principalium iuris vtriusque sufficiant. Et not. quòd ius ciuile triplici ter se habet ad ius naturale,& tres operationes circa ipsum, & eius materiam exercet, aliter tamen & aliter. Nam ius ciuile primò addit supernaturalemdeterminationem per congruos modos, vt est videre in delictis: verbi gratia, ius naturale & eius rectitudo dictat delicta puniri.institu.de obli.quę ex deli.nasc.in princ. ff.de fur.l.j. Et ita omnia præcepta decalogi sunt à iure naturali super illis principiis fundata, quę ponit Iurisconsultus de iust.& iur.ff.eo.tit.l.iustitia. §.j.& in proœ.decre. s.honestè viuere,alterum nõ lædere, ius



suum cuique tribuere.Secundò rectitudo naturalis vult nemini subtrahi quod suum est, & ius legale distinguit actus ab illa rectitudine deuiantes, scilicet actum furandi, fœnerandi,rapiẽdi,&c. Et vltra hoc ostendit quomodo vnus illorum actuum plus vel minus deuiet à rectitudine naturæ, & secundum illud maiores siue minores pœnas statuit.Tertiò declarat,nam iure naturali rectum est neminem cũ alterius iniuria vel detrimẽto locupletari:non tamen habetur ex eodem iure si sit possibilis euentus in quo quis locupletari possit cũ alterius iactura, sine tamen eius iniuria, sicut in prescriptionibus & vsucapione.De ista triplici operatione loquitur lex ius ciuile.ff.de iustitia & iure.

Ius gentium,est sedium hostiliũ occupatio,munitio, bella,captiuitates,seruitutes, postlimia, fœdera, paces, induciæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita, & ideò ius gentium appellatur,quia eo omnes ferè gentes vtuntur.ca. ius gentium.prima distinct.

Ius habere in re,& ius habere ad rem, sunt diuersa. de concess. præben. lib.vj.cap.fin.& clem. vnic.de sequest.pos. versiculo, nihilominus.

Iusiurãdum quamuis competen tius posset dici factum iuramẽtum, vel factum iuratum, eo quòd super facto iuratur, vel iusiurandum, eo quod super iure quod iuranti competit, iuratur, quasi ius iuratum, placuit tamen vt factum dicatur ius,quia super facto iuris iuratur,adiicitur iurandum, quia illud debet esse iuratum quod antea fuerat iurandum, relatione facta non ad id quod fit, sed ad id quod fieri conuenit.l. ius pluribus.ff.de iusti. & iure. Vel vt dicit Azo,fortè ius ponitur pro religione, quasi diceret,iusiurandum,id est religio firmanda. Vnde iusiurandum idem est quod iuramentum factum,& dicitur quandoq; conuentionale, quandoque iudiciale & necessarium.Conuentionale est, quando à te peto aliquid & tu negas,tamen defers iuramentum vt iurem,si enim in hoc casu iuro,vocatur iusiurãdum conuentionale & voluntarium,quia extra iudiciũ ex conuentione & voluntate partium,absque alia coactione iudicis præstatur.Iusiurandum iudiciale & necessarium est,cum in casu prẽmisso iuro q; mihi debetur quod peto,scilicet iudice in iudicio mihi conferẽte vt iurem.Ex hoc autem iuramento datur actio ei qui dum peteret rem suam delato sibi ab aduersario iuramento,vel à iudice,suam esse

rem illã iurauit, ab ipso enim tunc peteret rem suã actione in factũ quæ oritur ex tali iuramento. Et dicit Gof. q̃ duplex est iusiurandũ. s. assertorium, & promissorium: & assertorium triplex est, s. voluntarium, vt est conuentionale. ff. eo. ti. l. iusiurandum. Necessarium, quod necessitate à iudice imposita defertur vel suscipitur & non potest recusari nisi ex iusta causa, vt ff. de iureiur. l. manifestæ. Et iudiciale, quod in iudicio defertur vel refertur à parte parti, quod non est necessariũ subire, imò delatũ recusari potest hodie, licet olim nõ potuit recusari, sed referri. vnde vide gl. in c. fi. de iureiur.

Ius militare est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostes, & pugnæ cõmissio, itẽ signo dato receptio, item flagitij militaris disciplina si locus deseratur. Item stipendiorum modus, dignitatũ gradus, præmiorum honor, veluti cùm corona vel torques datur. Item prædæ diuisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus iusta distributio, ac principis portio, vt dist. j. ius militare. & secundum Isid. lib. v. c. vij.

Ius naturale est quod est cõmune omni nationi, eo quod vbique instinctu naturæ habetur, nõ aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso naturæ cõditore, vt maris & fœminæ cõiunctio, liberorũ successio, s. in bonis parentum, vel etiã per carnis propagationem, nõ per hereditatem, quia illa succssio non est naturalis, vt est gl. super versi. successio. dist. j. c. ius naturale. vbi ponitur hæc diffinitio, puerorum educatio, communis omnium possessio, (quia iure naturali omnia sunt communia, id est communicanda tempore necessitatis. c. sicut. xlvij. dist.) & omnium vna libertas, acquisitio eorum quæ in cœlo, terra, marique capiuntur. (gl. dicit. Hæc enim & alia quæ in nullius bonis sunt, cedunt occupanti, id est conceduntur). item rei depositæ vel pecuniæ commodatæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. Nam hoc & si quid huic simile est, nunquam iniustum, sed naturale æquúmque habetur secundum Isido. lib. v. c. iiij. Et est text. totius cap. ius naturale. dist. j. & ibi vide glos. huius definitionis. Item ius naturale est quod in lege & Euãgelio cõtinetur per quod quis iubetur alteri facere quod sibi vult fieri, & prohibetur alteri inferre quod sibi nolit fieri. distin. j. in prin. & 50. dist. ponderet (aliàs cõsideret) in princ. & in auth. vt cùm de appell. cog. §. cæterum. c. dilecti de maior. & obed. Vnde,

Quod tibi vis fieri, mihi fac quod



quod non tibi, noli.

Sic potes in terris viuere iure poli.

Vel aliter, Ius naturale dicitur vno modo magis ex instinctu naturæ prouenies quo singula animalia ad aliquid faciendũ inducũtur. Est enim debitum quoddã quod natura cuilibet repræsentat, & hoc debitũ secũdũ Isido. cõmune est omni nationi, eo quod instinctu naturæ, vel naturali conditione vbiq; habetur, & nõ ex cõstitutione aliqua facta ab homine.

Item ius naturale dicitur instinctus naturę ex ratione proueniens. Et secundum hoc ius omnia dicũtur communia, id est cõmunicanda, vt suprà dicitur. Itẽ ius commune dicitur industria hominum statutum.

Itẽ ius naturale dicitur æquissimum. Item præcepta naturalia sunt quæ in lege & Euangelio continentur, vt, nõ furtum facies, non mœchaberis, sed quod tibi vis, &c. c. præallega. Ius naturale. in glo. vbi prima descriptio data est secundum motũ sensualitatis. Aliæ autẽ secũdũ motum rationis. Item ius naturale secundũ glos. j. in stit. de iure nat. gen. & ciui. potest dici quatuor modis. Vno modo ius gẽtiũ. instit. de rer. diuisio. §. singulorum. Secũdo ius pactorũ. ff. de pact. l. j. Tertio ius contrarium. s. quod rescindit pacta: vt restitutio minoris. ff. de minor. l. j. Quarto pro instinctu naturæ, vt quod in lege Mosaica vel Euangelio continetur. Itẽ ius naturale in quatuor differt ab aliis iurib. scilicet in origine, in dignitate, in amplitudine, & sententię rigore, vt declarat glo. j. dist. v. nã cœpit ab exordio naturalis creaturæ, & nullã patitur immutationem, & sibi omnia cõmunia sunt, nec contra ipsum fit dispensatio, sed de aliis iuribus secus, vt ibi.

Ius quasi naturale est quod dominus vel patronus habet in seruum & libertum.

Ius patronatus est auctoritas siue potestas quam patronus habet in libertũ. Aliter secundũ Gof. est auctoritas siue potestas prouenies ex beneficiis ante cõsecrationẽ ecclesiæ collatis. Et, puenit ex tribus. s. fundatione, dotatione, & ædificatione, vel sola collatione, vt xvj. q. vij. filiis. & c. quicunque. xviij. q. ij. abbates. vnde,

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Cõpetit autẽ patrono aliquid honoris, vt si ecclesia non fuerit collegiata, præsentet. Sed si fuerit collegiata, tũc non electioni prælati faciendæ, sed iã factæ honest⁹ patroni postulatur assensus, nisi ex speciali cõcessiõe obtineat vt partes suas interponere debeat electioni tractãdæ. c. nobis. de iur. patr.

Item habet aliquid honoris, quia primus in processione incedit,vt xvj. q.vij.piæ mentis. Habet aliud oneris, quia tenetur defendere ecclesiã ab omnibus oppressionib⁹,vt xvj. q.vij.filiis.Et habet aliud vtilitatis,quia si migret seu aliàs vergat ad inopiã, alendus est de bonis ecclesiæ:vt cap. filiis. præalle.& c.quicunque. vnde, Patrono debetur honos,onus, vtilitásque.

Præsentet,præsit,defendat,alatur egenus.

Potest etiam patronus præter egestatẽ aliquos redditus moderatos habere ab ecclesia cuius patronus existit.Sine præsentatione institui quis nõ debet in ea ecclesia quæ patronũ habet. Et si spretis patronis hoc factũ fuerit,secũdũ rigorẽ iuris institutio est retractanda. eo.ti.c.illud.ver. irrita nuntianda,& ad instituentis verecundiã, institut⁹ amouend⁹ est,& alius quẽ patron⁹ dignũ elegerit,ordinãdus. vt xvj.q.vij.decernimus.Item ius patronatus quãdoque aduocatio,quãdoq; vicedominatus vel custodia, vel guardia,ius est frequentationis,vel processionis,& quãdoque gratia,vt in gl.j.c.quia clerici.de iure patro.& secũdũ Gof.in sum.eo.tit.vbi ponit supradicta.Itẽ plerũque hoc nomen ecclesia pro iure patronatus supponit. xvj.q.vlti.si plures.xv.q.iij. nemini.& c.j.de iure patro.Et ergo si quis vtatur tali simplicitate verborum, dono tibi ecclesiam vel concedo intelligitur dare ius patronatus quod habet in ea.ca.quod autem.eo d.tit.

Ius poscendi est ex habitatione domicilij & communitatis.

Ius prætorium est quod prætores induxerũt,adimẽdi, supplẽdi, vel corrigẽdi iuris ciuilis gratia. vt ff.de iustit.& iure.l. ius autẽ.Hoc etiã ius honorarium dicitur,quia qui honores gerunt, scilicet magistratus, auctoritatem huic iuri dederũt, vt inst.de iu.na.gen.& ciui.§. prætorum quoque edicta.

Ius priuatũ dicitur quod specialiter ad singularem vtilitatẽ alicuius pertinet, secundario tamen etiã ad rempub. vt in pactis & conuẽtionibus mutuis priuatorũ specialiter initis cõspicitur.inst.de iu.& iure.§.ij.

Ius publicum constat in sacris,sacerdotibus & magistratibus secundũ Isido.libr.v. Etymo.c. viij.ff.eo. tit.l.j.§. publicum.& j.dist.c.ius publicum.vbi glos. Vel sic,Ius publicum est quod generaliter ( aliàs principaliter)ad publicam deseruit vel spectat vtilitatem, veluti ne in portis vel in muris ciuitatis,& aliis sacris,iudicibus,vel sacerdotibus, vel magistratibus,aliquid committatur, vel inferatur.



Ius quiritum dicitur à Quirino, id est à Romulo,& est propriè Romanorum , quia nulli tenent hoc ius nisi Quirites , id est Romani, secundum Isidor. lib.v.Etym.& j. dist. c. ius quiritum. in quo agitur de legitimis heredibus,de tutelis, de curationibus , de vsucapionibus. Constat autem ius Quiritum ex legibus,& plebiscitis,& senatusconsultis , constitutionibus principum, edictis senatorũ,& responsis prudentum, vt secundum Isid. ibid.& dist.ij.in princ. vbi de speciebus Romani iuris de quibus omnibus,lex,plebiscitum, senatusconsultum, prætorum edicta, responsa prudentum &c. quæ sint, require loco suo,& inst.de iu.na. gen.& ci. §. constat.& seq. vbi hoc ius apud Romanos tãtùm reperitur. dist. j.ius quiritum.Et dicuntur Romani omnes qui Romano imperio subsunt, prout dicitur, Proprium Romanorum est habere filios in potestate,& etiam gentiles subsunt Romano imperio. Nam Imperator est princeps totius mundi,vt ibi glos.

Ius reipublicæ , scilicet alterius quàm Romanorum, est ius cuiuslibet ciuitatis , indubitanter secũdum omnes,quia ciuitates regulariter vtuntur iure primatorum,vt ff.de verb.signi.l.eum qui.& C.eod.tit.in rubr. & l.j.in glos.j.de iure reipub.lib.x.

Ius sibi facere vel dicere est,quod manifestè spectat ad iudicis officium. s.q̃ à iudice faciendum sit,sibi vendicare , veluti si quis rẽ suã propria rapit auctoritate putans hoc sibi licere,vel si pro debito quo teneris alicui,is pign⁹ tuũ capit te inuito:ius ẽm q̃ sibi iure competebat amittit.

Ius singulare est q̃ contra tenorẽ rationis ,ppter aliquã vtilitatẽ auctoritate constituentiũ introductũ est,l.ius singul.ff. de leg.

Ius succedendi habet heres, item patronus in bonis liberti.

Ius versutũ dicuntur præstigiæ siue captiones verborum quibus obumbrantur delicta,& dicuntur versuta secundũ Azo.quia quis repellebatur ab actione per quasdam versutias,id estmachinationes verborũ.Vel secundũ Martinũ dicitur versutũ ad exẽplũ vestimẽti quando est illud intus quod debet esse extrà,&c.Sic etiam erat versutum ius quo illud quod erat puniendum absoluebatur , & quod erat absoluendum , puniebatur.

Iusta sunt exequiæ, id est sacrificia quæ mortuis impenduntur & funerandi solennitas. Inde iusta facere.in l.j.de in ius vo. & in l. pro herede. de acq. her.

Iustum est quod ex præcepto vel superioris ordinatione alicui cõcessum est,& sic iustũ est illud quod ordinatur iure. l. iustè.ff.de acqu. poss. Sed iustitia est habitus seu virtus superioris ad præcipiendum bonum

subditorum, Quare,&c.

Iustum etiam aliquãdo accipitur pro vero,vt institu.de liber.in prin.aliàs & pleniorem quandam habet significationem,vt cùm definitur testamentũ esse iustam sententiam,nam intelligimus perquam solennẽ & plenam.Sic dicimus iustos filios ex vero & solenni matrimonio procreatos.

Iustitia est constans & perpetua volũtas,ius suum vnicuiq; tribuens,non quãtum ad actum, sed quantum ad affectum.inst. de iustitia & iure,in principio. Iustitia enim est animi dispositio, & mentis affectus, qua quis dicitur iustus(vt à grammatica,grammaticus) dum sine personarum acceptione vel distinctione vult cuilibet (quantum in se est) ius suum tribuere.Et quot modis dicatur iustitia,not. Archid.xxiiij. q.j.can.vbi sana fides.nam dicit ibi.Iustitia est æquitas tolerandi inopiam,& temperantiam habere in abundantia. Item est patriam & socios defendere,quia vera iustitia cõpassionem habet,&nõex odio, sed bono,zelo exercenda,&c. vt ibidem. Item iustitia sic describitur, Est habitus bonus tribuens cuique suam dignitatem,deo religionem, parentibus obedientiam,maioribus reuerentiam,paribus concordiam, minoribus disciplinam, sibiipsi castimoniam, & pauperibus seu miseris compassionem operosam. Dicit ergo Tullius,quòd iustitia est habitus animi, communi vtilitate seruata,suam cuique tribuens dignitatem. Et Plato dixit, quòd iustitia est virtus, quæ plurimum potest in iis quæ minimum possunt. Item sic,est animi congrua dispositio in singulis rebus rectè diiudicans causas,vide gl.instit.vbi suprà. Vbi etiã dicitur, quòd iustitia est mater juris.

Iustitiarij sunt qui deputantur ad iustitiam faciendam,& est vulgare Apuliæ,vt in cap. ex literis.de pignor.

Iuuenes appellantur, qui adolescentiũ ætatẽ excessere,quoad incipiãt inter seniores annumerari.l.nõ aliter.§.Titi°.de le.iij.

Iuxta aliquando exponitur,id est prope vel à latere.extrà de maio.& obe.c.solitę.versꝰhæc autem si prudenter.Aliquando.i. secundum,vt iuxta verbũ apostoli,id est secundum,extrà de baptism.maiores.circa prin.& dic quòd quandoq; ponitur similitudinariè,vt tu viuis iuxta Petrũ,id est ad similitudinem Petri.Aliquando significat vicinitatem temporis,vt iuxta festum pascatis.i.prope.& vide no.extrà,de verb.sign.Itẽ adde quot modis iuxta sumat.Bart. in l.j.ff.de testa.in extraua.ad reprimendam.in ver.iuxta.

De k



## De k ante A.

Kalendæ sunt certi dies mensiũ, à calo græcè quod est voco,in l. qui ante kalendas, & in l. eum qui.ff.de verborũ oblig. quia pro missio talis,promitto ante kaledas,dupliciter accipi potest.s.ante finitas:&in dubio interpretatio debet fieri contra stipulationem.l. veteribus. ff.de pac.l.quicquid astringendæ.ff.de verb.oblig. Ergo perinde est ac si promisisset ante kalendas finitas,& tunc bene sequitur,quòd qui aliquid promisit ante kalẽdas sit illi similis qui promisit kalendis.Et allegantur isti tex.cum ratione præmissa in argumentum ad testes concordandos:quorum aliqui deponunt ante guettam,alij post, vt qui dixerunt post, intelligantur post inceptam,&qui ante,intelligantur ante guerram finitam. Sunt ergo kalendæ prima dies in quolibet mense,sic dictæ,à verbo græco kalo id est voco, qa Romani habebant præcones quos prima die mensis mittebant per terrã dicentes, vocat vos senator ad nundinas, præparate vos: de hoc est glo.not. in l.cùm bisextus.ff.de ver.sig. quæ etiam declarat nonas & idus:de quibus vide in fine primi libri computi chirometralis,& in aliis.Item in fine lib. vj.in gl.j.super data libri.

Kalendarium,liber erat rationũ, in quo fœneratores nomina debitorũ describebãt,sic appellatus à kalẽdis,quia eo die fœneratores pecuniasmutuabãt, &quas præteritis kalendis fœnerauerant cum vsuris exigebant.

Intra quintas kalendas dare promittens,videtur promittere se intra quinq; menses daturum. l.j.de ver.obli.secũdum Alciat. lib.ij.parer.c.xxiij.Quiverò intra kalendas dare spondet,similis est ei qui kalendis dare promittit.lege si ita.de verbo. obligation.

## De L ante A.

LAbanum ait Alcia. esse speciem vexilli aliis nobilius,ꝙ ante Imperatores ferri, & à militibus adorari moris erat.

Labes à lapsu dicitur,vnde & pro hiatu terræ capi solet, vt in l. ex conducto.§.j.ff.loca. secundum Bud.ibi.

Labrum, vas est patulum grandioris aquæ capax, qualibus in Bætica mea vtuntur ex argilla fictis ad lauatrinam,& vsus coquinarius. Virgilius 8. Aeneidos:

Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis.

Cicero in epistolis, labrum si in balneo non est,fac vt sit.Vlpia.libro xix.titul.de act.emp.

Universidad de Deusto Biblioteca

l.lines, alias incip. funes, Labra, inquit, salientes fistulæ. Accurs. exponit labra, quia per labrum imaginis aqua salit, non minus ineptè, quàm id, quod aliubi Digitum interpretatus est, id est, quantum fluit per digitum statuæ. Nebr.

Labra sunt imagines quæ distillant aquas, salientes, scilicet, aquæ, & fistulæ quæ salientibus iunguntur.

Delyria sunt quæ hic auctor de labris affert, nempe Accur. secutus. ff. de actio. emp. & vend. l.lines (seu vt nos impressimus, funes) & labra. in gloss. & tex. Sunt enim labra apud Iurisconsultum loco iam citato, crateres lapidei, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur. Vide Budæum in legem iam citatam.

Lacertus, piscis est, qui à Græcis sauro dicitur, dictus lacertus quod ad similitudinem lacertorum picturas habet. Commendabantur autē lacerti Sexitani ex Hispaniæ vrbe Sexi, Martial. Et Sexitani ponatur caudā lacerti. Ex lacertis autem fieri solita esse falsamenta, ostendit Cornelius Celsus dicens: Piscium qui ex media materia sunt, quibus maximè vtimur, tamen grauissimi sunt ex quibus falsamenta quoque fieri possunt, qualis est lacertus. Sexitanorum falsamentorum meminit Strabo. Vlpia. in tit. de penu lega. l. qui penum. Lacertus, inquit, cum muria sua contineri, Labeo ait. Est autem muria salsugo exudans ex piscib⁹ salitis qua vtebātur antiquiores ad cibotū cōdituras.

Lacunar, siue laquear, siue lacus, est tecti elegātior fabrica, Cic. 5. Tusc. quæst. Fulgentem gladiū è lacunari seta equina appensum. Hora. in 2. Carm. Non ebur neque aureum mea reni det in domo lacunar. Vlpia. tit. de fun. instr. l. quæsitum. Scalæ, inquit, quæ lacunaribus admouentur, instrumenti sunt.

Lacunariaplerique accipiunt pro elegantioris tecti fabrica. l. quę sirū. §. scalæ. de fundo instruc.

Lac dicitur fructus industrialis secundum Bar. in l. & ex diuerso. in repe. ff. de rei vend. & idē dicit de lana ibidem.

Laicus est secularis & de populo, & qui non habet sacros ordines. c. duo sunt. xij. q. ij. gloss. in c. j. de procur. in vj. & dicitur à laos græcè, quod est populus latinè vt in d. cap. duo.

Lanio, onis, est macellarius vel beccarius, à laniādo sic dictus, quia dilaniat & dilacerat animalia, & per frusta carnes incidit & vendit, vel est ille qui lanam separat à coriis bestiarum & exuit siue excoriat bestias. Et sic dicitur à lanificio secundum gloss. in l. cum de lanionis. ff. de fun. instruc. & instrum. leg.

Lanip



Lanipendium facere, est pendere & distribuere lanam lanificis. l. sed si vir. de donatio. inter vir. & vxorem.

Lapilli qualiter differant à gemmis, Require suprà in verbo, Gemmæ.

Lapis, pro milliario, hoc est mille passibus aliquando accipitur, quoniam antiquiores soliti erant millia quæque passuum lapidibus signare, id quod videmus in via quæ ducit Salmanticam ex Emerita Augusta, Argenteam vulgus appellat. Martia. Rura nemūsque sacrum, dilectáque iugera musis Signatvi cina quartus ab vrbe lapis: idē alibi: Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartū. Mattianus tit. de excu. l. propter litem. §. licet. Ne vltra centesimum, inquit, lapidem tutelam gerat.

Laser, eris, quod à Græcis Silphiū appellatur, succus est herbæ, quam in Cyrenaica regione inuentā Laserpitium vocāt, à medicis & pharmacopolis tē pestatis nostræ appellatur Assa. Plin. libro 19. Laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertū, cuius succum vocāt laser. Pau. in tit. de pen. lega. l. non omne. Sed quod quidam, inquit, negauerunt piper & Ligusticum, carēū, laser, & cætera eiusmodi, in penu nō esse, improbatū est.

Latus clauus, quemadmodum diximus in verbo clauus, nodus erat ex purpura siue ex auro vesti intertextus, & qui poterant vti eiusmodi vestibus, tum Laticlauij, tum Angusticlauij dicebantur. Erat autem vestis senatoria, vt expouit Acron, in illud Horatij primo Sermo. Quo tibi Tulli, Sumere depositum clauum, fieríque tribunum. Plin. libr. 8. Tunicam lati claui in modum gausapi texti. Ouid. 4. de testib. Induitúrque humeros cum lato purpura clauo. Iurisconsul. in quadā lege cuius initium est. l. nuper. ff. de donat. vir. Vt ecce, inquit, si vxor viro lati claui petenti, pro lati clauio. Nebr.

Largus est medius inter prodigum & auarum. gl. & ibi doct. in cap. ex parte. de consuetud. in verb. prodigalitatis.

Laruæ sunt deformationes hominū propter appositionē coloris.

Lata culpa est nō intelligere quod omnes intelligunt, non facere quod omnes faciunt, vel maior pars, vel id facere quod nulli vel pauci faciunt. ff. de verb. signific. l. latæ.

Laticlauium, seu latus clauus, insigne erāt ordinis senatorij: vnde Tribunus laticlauius, id est senatorius. in l. si Rufinus. C. de testamen. milit.

Latinæ feriæ, require suprà Feriæ latinæ.

Latini sunt vel dicebantur olim quidam qui ita erant à dominis manumissi, vt essent in vita

liberi, & gaudorent plenaria libertate in bonis suis, sed in morte serui erant, quare post obitū eorum non poterant succedere parentibus, & bona eorum tāquam seruorum ad dominos deuoluebantur, & heredes eorum nihil post mortem eorum consequebantur. Sed contrariā habent conditionem dedititij, vt suprà dictum est in litera D. & in desuetudinem abierunt, quia pessima conditio erat, vt Instit.de liber. versus, Vita latini gaudent, dedititij morte.

Latini liberti, auctore Caio libt.j. ti.j.Inst.sunt qui aut per epistolam, aut inter amicos aut conuiuij adhibitione manumittūtur.

Latitare est se malitiosè occultare animo fraudandi creditores suos agere volentes.ff.quib. ex cau.in poss.eat.l. Fulcinius. §. quid sit latitare, & habetur in glo. cap.consultationibus.ij.de officio deleg.

Latomiæ apud antiquos locus dicebatur vbi lapides cædebantur. Liuius in 8. libelli punici: Comprehensa postea priuata ædificia, cōprehensæ latomiæ, & meminit Calistratus in l.succurritur.ff.ex quib.cau.ma.li.in vulgatis codicibus latumiis mēdosè est scriptum. Imò verò rectè scriptum puto. vide Bud.in annotationibus ad pandectas, ad legem iam citatam.

Latro dicitur qui per vim & de die furatur. in auth. sed nouo. C.de seru.fugi. & differt à fure, quia fur est qui clam aufert, secundum Bart.ibidem. Item latro est qui de die, fur verò qui de nocte.l.congruit.ff. de offic. præsid. Item latro dicitur qui maximæ est perfidiæ. l. in omnibus.C.de emend. ser. & vide auth.vt nulli iud.§.pen.& l.capitalium.§.famosos.ff.de pœ.

Latro publicus est ille qui palam & publicè furatur, vt sunt piratæ, vel qui publicè stant in stratis, vel isti qui habentes arcem & castrum, disrobant homines transeuntes. Nocturnus verò depopulator agrorum dicitur qui obsidet stratam publicam disrobando transeuntes, & differt à publico latrone, quia iste clandestinè furatur & moratur in loco, vnde dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte segetes destruit, dum ibi se abscondit, iacet & latet.Panorm.in ca.inter alia.in vlt.not.de immu.eccl.

Laudemium vulgò dicitur quinquagesima pars pretij quæ præstari solet propter renouationem emphyteusis, iuxta l.vlti. C.de iur.emphyt.

Laudum est sententia arbitri. Et laudare est sententiam arbitralem ferre: quandoque significat citare aliquem autorem, vt in l.Herennius.de euict.

Lautica, dicuntur quæcunque ad lautitiam atque elegantiā cultus & mensæ pertinent, tit. de aur.& argen.leg. l. argumento. Mundo, inquit, muliebri contenti nentur lautica, acus, reticula, & huiusmodi. Nebr.

Laxamentum, siue laxitas, dicitur quies siue cessatio à labore. Valer.Max.de fortitud. Ad confirmandos, inquit, animos, salubre laxamētum daret. Cic. in 1. Offic. Adhibenda, est, inquit, cura laxitatis. Nera.lib. 10. tit. de vacatione & excusatio. mu.l.tempus. Cum laxamento quodam itineris. Nebr.

Laxamentum vocat lex inducias duorum mensium qui dantur tutoribus ad pecunias collocandas. in auth. vt hi qui oblig.se habere perhib.res mino.§.quoniam autem videmus.

## De L ante E.

Lectica, est vehiculum quo quispiā fertur ab hominibus: quòd si à quatuor vehitur, tetraphorum dicitur: si à sex, hexaphorum: si ab octo, octaphorū. Martialis: Laxior hexaphoro tua sit lectica licebit. Et Iuuenalis: Densissima centum Quadrantes lectica petit: eadem & Sella dicitur, vnde idem Poēta subdit de eadē lectica: Ostendens vacuam & clausam pro coniuge sellam: Pau.lib. 8. de seruitu. rustic.præd.l.qui sella. Qui sella, inquit, aut lectica vehitur, ire, non agere dicitur. Accurs. sella, id est, equo: lectica, id est curru interpretatur, quod vtrūque ex eo quod diximus, falsum est. Nebr.

Lecticarius, seruus est qui lecticam humero fert. Sueton. in Othone: Muliebri sella in castra contendit, ac deficientibus lecticariis cum descendisset. Seruius Sulpit. in quadā ad Ciceronem epist. Coactus, inquit, sum in eadē illa lectica lecticariisq; meis in vrbem eum referre, vt in tit. de leg.j.l. si ex toto. Si ita, inquit, legatum sit lecticarios octo. Item Vlpian. de leg.iij.l.item.Legato continentur mancipia, puta lecticarij, qui solam matremfamilias portabant. Nebr.

Lecticarij, serui qui lecticas ferebant.l.item.de leg.iij. item artifices qui lecticas fabricant, vt C.de excus.art.lib.x.

Legare est vltimā voluntatē testatoris de singulis rebus disponere, & legatum ab herede præstandū alicui relinquere. Etiam legare alia significatione est mittere, & sic inde dicitur legatus.i.missus, sed eū significat relinquere, venit inde legatum.

Legatarius est cui aliquid legatum est, & qui legatum accipit.

Legatū est donatio quædam in testamēto à testatore relicta. inst. de leg.§.j.ff.de leg.ij.l.legatum. Vel est delibatio hereditatis, qua testator ex eo quod vniuersum heredi foret, alicui quid collatum velit esse. in l.legatum.ff.de leg.j. Vigebat autē lega

legatum olim pluribus modis, Quandoque per vendicationem, his verbis, Ille ammodo vendicet à me illam rem sibi vt dicat suam esse, & petat vt suam. Quandoque per damnationem his verbis. Heres meus dãnatus esto: id est, obligatus esto hoc illi dare. Quandoque secundum quosdam legatur per condemnationẽ quã do à testatore aliquid relinquitur in pœnam & in damnum heredis hoc modo. Si heres meus Titiam duxerit in vxorem in damnum suum & pœnam centum ei lego. Quandoque vigebat legatum per verbum sinendi, his verbis, Sino illi hanc rem, id est, permitto illum habere. Si verò res apud illum esset, aptus esset hic modus legandi, vt sineret eum habere quod apud eum tũc esset. Quandoque per præceptionẽ. s. cùm duos vel plures heredes instituit, & alteri eorum prælegauerit aliquid, ad hoc vt id præciperet, id est, præ aliis seu ante alios haberet. Et no. quod legatum regulariter trahitur ab herede. Et fideicommissum ferè idem est quod legatum, sed est dictum fideicommissum: ideò quia olim pendebat ex fide heredum, sed modo quod iuris est in vno idem est & in alio.

Legatus est ille cui certa patria vel prouincia committitur gubernanda, vt in c. nouit. de appel. Potest etiam dici legatus quicũque ab aliquo ad aliquos est missus. Aliter legatos dicimus eosdem quos aduocatos vel patronos causarum, qui in forensibus negotiis præeminentibus litigantibus suum præbet patrocinium. Et nota quòd sunt tria genera legatorum. Quidam de latere domini Papæ mittuntur, vt Cardinales, quos appellant fratres. Et tales possunt absoluere homines suæ & alterius prouinciæ in prouincia & extra, & æquiparantur proconsulibus. Alij sunt non de latere, sed datiui, & illi simpliciter in legationem mittuntur, vt prælati, qui tantùm absoluunt prouinciales, & in prouincia, non extra constitutos, & æquiparantur præsidibus prouinciarum. Tertij sunt natiui, qui suarum ecclesiarum prætextu legatione funguntur, vt archiepiscopus Cantuariensis, de quo in c. j. de offic. deleg. lib. vj. Et tales sunt quatuor. s. archiepiscopus Eboracensis, Cantuariensis, Remensis, & Pisanus, vt not. in alleg. cap. j. eod tit. lib. vj.

Legatus proconsulis, est cui proconsul postquàm prouinciam est ingressus, mandat iurisdictionem determinatam & assignatam, aut quandoque in itinere moram necessariam passum vel trahens, vt in l. aliquando. ff. de offi. procon. & leg.

Legatiuum, viaticum legatorum.

Legationes liberæ, vt scribit Bu. in l. qui libera. de leg. olim ornamenti tantum causa à Senatu impetrabantur, siquidem impetrabantur ab iis Senatoribus, quibus negotia futura erant in prouincia ad quã mittebantur, vt eo nomine fauorabiliores & commendabiliores haberentur.

Lege obuenire dicimus, & quod lege confirmatum est. l. lege. de verb. signific.

Legi posse aliquid, sic accipiendũ est, nõ intelligi, sed oculis perspici quæ scripta sunt. l. j. de iis quæ in testa. delen.

Legio quo militum numero comprehendatur, not. gl. in l. ij. ff. de iisqui not. infam.

Legibus soluere, id est quod barbari dicunt dispensare, teste Bud.

Legis actio quid esset antiquitus & quæ eius solennia verba, tradit eleganter Alciat. noster in l. pecuniæ verbum. de verb. sign. & Bu. in l. iiij. ff. de adopt. Illud certè constat cũ lex verba facit de magistratu apud quem legis actio est, intellige de iudice ordinario qui & iudicare & ex equi possit.

Legitimi heredes qui, require suprà in ver. heres legitimus.

Legitimũ dicitur sex modis. Primo quod non est prohibitũ, & sic per abnegationẽ prohibiti, successio legitima. Secũdo strictius quicquid est permissum, non per abnegationẽ prohibiti, sed per positionem liciti. Tertio in positiuo digniori. s. à iure ciuili concessum, capiendo ius ciuile largissimè pro prætorio, & omnibus partibus iuris ciuilis. Quarto concessum à iure ciuili, restringendo vt non cõprehendat prætorium, sed omnes alias partes, id est, senatusco̅sulta, principum placita, & responsa prudentum. Quinto adhuc plus restringendo ius ciuile solùm pro l. xij. Tab. Sexto maximè restringendo solum pro leg. xij. Tab. exclusis responsis prudẽtũ, & edictis prætorũ, ita not. in l. vni. C. quã. non pet. par. pe. accre. hæc Cato saccus.

Legius, require suprà homagium ligium.

Legulus, id est, collector. C. de murilegulis, super rub. lib. xj.

Leno est qui pretiũ pro comperto stupro accipit, vel dãnatam de adulterio ducit, vel qui eam adulterio subiicit, vel adulterum se facit, vel quæstum de adulterio vxoris accipit, vel mancipia quæstuaria habet, scilicet qui tabernæ vel alicui negotiationi præponit meretrices, vt plus lucretur, vel qui vxorem deprehensam in adulterio in matrimonio retinet, vt C. ad leg. Iul. de adul. l. crimen lenocinij. & gl. de multis modis lenoci

nocinij,concordantiæ allegantur.C.de spectа.& sceni. & leno ni.l.j.ij.& iij.lib.xj.

Lenocinium facere, nõ minus est quàm corpore suo quæstum facere.l.palã.§.lenocinium. ff. de ritu nup. & de crimine lenocinij not.in l.athletas. §. ait prætor.ff.de iis,qui not.infam. & l. j.§.lenocinij. ff. de adul. & vide authen.de leno.per totum. vbi prohibendo lenocinium, tangit multas fraudes lenonum.

Leo est bestia, nec continetur appellatione pecoris.l.ij.ff.ad leg. Aquiliam.& l. hi enim. ff. de ædili.edic.

Letale,est idem quod mortiferũ: vnde dicitur de aliquo vulnerato ad mortem, quòd letale vulnus habet, & venit à letum, id est mors.Vnde,

Boleti leti causa fuere mei.

Lætamen est sterquilinium, à lætando dictum, quia lætas facit segetes.

Leuato velo cognoscere, in l.pen. C.de nau.fœn. lib.xj. dictũ est, pro eo quod vulgò dicimus, de plano,hoc est, omissa diligenti inquisitione.

Leuir, frater viri. l. non facile. de gradibus.

Leuis culpa,vt in §.præterea. qui. mod.re contrah.obl. instit.

Leuissima culpa est non præuidere quod sapientissimus præuidisset,vt posui rem in capsa,& claue clausi, & credebam esse clausam,claue amota, non prohibens an esset clausa.

Leuita hebraicum, latinè diaconus.c.cleros.xxj.dist.

Lex est constitutio populi, quæ maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt, secundum Isi.lib. v. & dist.j. c.lex est. Vel aliter, Lex est species iuris,& ponitur quandoque strictè.s.pro eo quod populus Romanus Senatorio magistratu rogante,veluti consule constituebat.instit.de iur.nat. gent.& ciui.§.lex est. Nam consul est, qui senator erat, & populum consulebat an eis placeret ita statui, & populus respondebat ita.Etiam sic definitur: Lex est commune præceptum, virorum prudentum consultatio, delictorum, quæ sponte vel ignoranter contrahuntur, coercitio, communis reipublicæ sponsio. ff. de legib. l.j. Quandoque ponitur largè pro omni rationabili statuto. Vnde etiam dicitur, Lex est sanctio sancta iubens honesta,prohibens contraria,quæ sumitur ex l.ij. ff.de legib.& senatuscons. lex etiam quandoque dicitur consuetudo.j.q.j.c.ij. Quandoque ratio. j.distin. consuetudo. Quandoque ius scriptum siue constitutio quæcunque. Quandoque constitutio ciuilis tantum. Et quãdoque pro cõditione, & pacto,vt concedo tibi ius eundi per fundũ meũ,ea tamẽ lege.i. ea conditione & pacto,lex alia priua



priuata,alia publica.Lex publica est, quæ à sanctis patribus scripturis est confirmata, vt lex canonum. Lex priuata est quæ ex instinctu spiritus sancti in cordibus fidelium est scripta,s. charitas,quæ dignior est & prima.xix.q.ij.duæ sunt.

Legum auctores seu inuentores ponuntur.distinct.vij.c.Moyses. & cano.fuerunt.vsque in fin.distinct.eiusdem.

Leges nouæ,& legum codices, & à quibus cœperunt, habetur in can.fuerunt.præalleg.

Leges quibus nos vtimur, vt dicitur dist. ij. can.quædam.quædam dicuntur ab his qui eas condiderunt,vt Consulares, Tribunitiæ,Iuliæ,Aquiliæ, Corneliæ,lex Pompeia, lex Papia, lex Falcidia,& complures aliæ, de quibus infrà. Quædam etiam dicuntur à locis, vt lex Rhodia,& consimiles.

Lex Aquilia loquitur in eo casu, cùm quis culpa sua alicui damnum dederit, veluti equum, seruum, vel aliud animal occiderit vel vulnerauerit, seu vestem suam sciderit,aut illius rebus damnum dederit,& in hac lege venit culpa leuissima, vt si quis ex alto se præcipitauerit,& super alium ceciderit, tenetur lege Aquilia.Casus verò etiam occidentem excusat. instit.de lege Aquil. §. iniuria. Et si putator ramum deiecerit, & non proclamauerit, & sic aliquem occiderit, tenetur ea lege,sed non tenetur lege Cornelia de sica.in qua venit tantum dolus. ff. ad legem Aquil. & ad l.Corn.de sicar. Require suprà Actio legis Aquiliæ.

Lex Attilia cauebat, vt cui nullus esset omnino tutor testamentarius nec legitimus, ei daretur in vrbe Roma à Prætore vrbano,& maiore parte Tribunorum plebis. Habebat & alia capita,de quibus Institut.de Attil.tuto.

Lex Attilia inhibuit vsucapionem rerum furtiuarum. §. furtiuæ. Instit.de vsucap.

Lex canonica appellatur diuina, c.nimis.de iureiur.c.j.de iuram. cal. Et lex ciuilis dicitur lex humana.ca.ij.de præscr.lib.vj. Potest tamen ius canonicũ etiam dici lex humana, quia sunt in eo multa ab hominibus statuta licet respectu aliorum iurium ciuilium dicatur lex diuina. Similiter lex ciuilis potest dici diuina aliquo respectu,imò sacra dicitur, & per ipsam quis religiosus efficitur, vt C. de legib. & constit. l.leges. Quare Imperator dicitur religiosissimus in procem. Instit. vide cap. quo iure.distinct.viij.& l.fin.C.de præscrip.lon.temp. & Archi.in ver. humanæ.c.fin. de præscrip.libr. vj.vbi dicitur, quòd leges diuinitus per ora principum sunt promulgatæ.

Lex commissoria propriè non est lex

lex neque Senatusconsultum, sed potius pactum, & habet locum cùm ita venditor conuenit cum emptore, vt si intra certum diem non fuerit solutum pretium, totum vel pars cùm de pretio per partes certis diebus soluendo conuenit, vt in tali die vel tempore, sit res inempta vel inuendita, si dictũ sit vt redeat possessio vel dominium ad venditorem. Tale autẽ pactũ non habet locũ in pignoribus, sed in emptionibus: vt ff. de lege commiss. l. vlti. & l. si fundus. Et quòd res dicitur inempta, ita accipitur si venditor inemptã esse velit, cuius causa id cauetur: aliàs fraudaretur venditor si ex ista villa in potestate emptoris esset, non dando pecuniam, inemptũ facere fundum. tex. est in l. ij. ff. eodem titul. de leg. com.

Lex Cornelia de falsis, pœnam irrogat his qui falsum testimonium dixerunt, vel falsum testamentum, vel aliud quodlibet instrumentum scripserunt aut sigillauerunt, aut aliàs falsum commiserunt, puta in moneta vel mensura. Et est dicta lex Cornelia, à Cornelio Silla primo inuẽtore. Dicitur etiam testamentaria, & eius pœna in seruos est vltimum supplicium, in liberos verò deportatio. institit. de public. iudic. §. item lex Cornel. de falsis.

Lex Cornelia de sicariis loquitur de his qui dolo malo interficiunt, scilicet telo vel tactu furtiuè & huiusmodi. Vel etiam dicitur lex Cornelia de veneficiis, à veneno, puta quando quis alium interficit veneno, aut magicis susurris vel incantationibus, vel quia mala medicamenta publicè vendidit. Et dicitur de sicariis, à sica acuta vel cultello, eo quod significat ferrum vel cultrum, vt institut. de public. iudic. §. sicarij autem. vnde dicit gloss. ibidem, quòd sica est cultellus vtrinque scindens, quem portant peregrini quandoque in baculo quodam, ita quod non paret. Vnde versus,

Est sica mucro latens, sicarius inde vocatur.

Lex duodecim Tabularum fuit origo totius iuris ciuilis, secundum gloss. institu. de iure natur. gen. & ci. §. & non inelegantèr. in ver. origo. ff. de origine iuris. l. ij. §. j. Et dicitur lex scripta in xij. tabulis, quarum decem à ciuitatibus Athenien sium & Lacedæmoniorum, à decemuiris fuerunt allatæ, & duæ ad illarum declarationem per eosdem decemuiros postea additæ, vt dicit gloss. in ver. decemuiros. §. deinde. c. Moyses. dist. vij. Dum enim leges propter discordiam plebeiorum cum nobilibus ferè per xxx. annos in desuetudinem abiissent, creati sunt decemuiri, qui transtulerunt



lerunt leges Græcorum in Latinum, & eas in decem tabulis eburneis scripserunt. Et hi decemuiri postea videntes in illis decem tabulis multas leges deesse, accepta potestate corrigendi, deminuendi, interpretandi, addendi & supplendi, duas alias tabulas addiderunt, & exinde dicta est lex xij. tabularum. quæ omnia plenius persequitur Iurisconsultus in d. l. ij. de origine iuris.

Lex Aelia Sentia, vt scribit Alex. fic appellata est ab Aelio Sentio eius latore. Huiusmodi lex plurima habuit capita, quæ hic referre nimis longum esset. vide in ff. tu. qui & ex quibus causis manumit. non possu. Instit. & in l. sciendum, de verb. sign.

Lex Falcidia dist. ij. c. quædam. in fin. prohibet ne quis in testamento plus extraneis legare possit quàm vt quarta pars sit heredibus data. Dicitur autem Falcidia à Falcidio tribuno plebis autore: vel secundum Az. dicta à falce, id est à deminutione quam imponit singulatim relictis: resecat enim de legatis, vt falce resecantur segetes. Nam olim licuit cuilibet totam hereditatem suam alteri relinquere: sed postea Falcidius statuit quòd quarta pars hereditatis deberet relinqui heredibus, vt supra l. Triplex autem est Falcidia, vna debita iure naturæ, alia iure institutionis, tertia dicitur quarta Trebellianica, quæ competit heredi instituto qui rogatus est hereditatem aliis restituere. dist. ij. responsa. de testam. ca. Raymut. & c. Raynald.

Lex Flauia, vel potius Fabia de plagiariis eos persequitur qui liberos aut seruos vel filios alienos ab vrbe, vel de vna prouincia ad aliã subducunt, & eos vendũt fraudulenter inscijs dominis & patribus suis. vt ff. ad l. Fla. de plagia. l. fina. & l. lege. & l. eum. Sunt qui malint legere, lex Fannia de plagiariis. Sunt qui legant lex Flauia. Tu vide Gatellianum Cottam in dictione plagiarij nomine.

Lex Fusia (aliàs fusia vel suffia) canina non permittebat in testamento manumissiones fieri nisi vsque ad certum modum vel numerum seruorum, licet inter viuos fic, sed hodie ista sublata est, & multomagis hoc liceret in vltima voluntate. Et dicitur canina fortè à quodam inducta qui canis vocabatur. Nã canis naturã seruat qui stat in palea, quam nec sibi habere potest nec alij fauet, vt sit cosonãs rei nomẽ. Inst. de do. §. est & aliud. Talis ergo mollebat tãquã canis, quia non poterat tenere seruos, nec libertate patiebat eis dari. inst. de leg. fus. ca. tol. in gl. j.

Legendum Fusia Canina, à Fusio Caninio, quo rogante lata est. auctor Alciatus.

Lex Hortensia nomen sortita est ab Hortensio qui eam tulit & fecit, quæ concordauit plebem & populũ, qua cõstituitur, vt non minus aut plus valeãt plebis scita quàm lex populi. de quo insti. de iure natu. gentium & ciui. §. sed & plebis scita.

Lex Iulia de adulteriis & stupro, persequitur adulteros, & eos qui sine vi virgines, viduas, aut honestas, aut honestè viuentes corrumpunt aut violant. Et nõ solùm temetatores alienarum nuptiarum gladio punit, sed etiam eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent siue non verentur. institu. de public.iud. §. item lex Iulia. de aduiteriis. & ibi per totum de legibus hic positis, quia publica iudicia sunt.

Lex Iulia de ambitu punit eos qui per ambitum seu ambitionem, muneribus datis, ad honores seu ad officia publica accedunt seu succedunt. de quo insti. de publi. iudi. §. sunt præterea. in gloss. & in l. j. ff. ad legẽ Iuliam de ambi.

Lex Iulia de annona lata contra illum qui facit vel procurat annonam fieri chariorem: quia in hoc læditur respublica, vt ff. ad l. Iul. de anno. l. ij.

Lex Iulia læsæ maiestatis eos punit qui in principem aut in rem publicam aliquid committunt & machinantur. Et est contra tales statuta pœna capitalis. Item quòd vsque ad quartam progeniem non succedunt nati ab eis nisi per principem dispensetur cum eis, & sic pœna eius animæ amissionem sustinet, vt C. ad l. Iul maie. l. quisquis. & insti. de publi. iud. §. publica autem.

Lex Iulia Miscella (aliàs viscella) habet locum quando maritus relinquit vxori in testamento aliquid sub certa conditione si alteri non nupserit. Et conditione non seruata, non tenetur heres dare relictum per istam legem. Et qualem faciat cautionem, vide in authenti. cui relictum. C. de indic. vid. tol. & de lege Iul. Miscel. tol. l. j. ibidem.

Lex Iulia peculatus lata fuit contra illos qui pecuniam vel rem publicam vel sacram, vel religiosam furantur: puniuntur autem, vt not. instit. de publi. iud. §. lex Iulia.

Lex Iulia repetundarum loquitur de his plectendis, qui tempore administrationis aliquid acceperint vt iudicarent vel non iudicarent, vel aliquem in vincula conijcerent, vel non. Ad hoc enim competit vt datum reseruetur, & ꝙ alter puniatur. vltra hoc etiã cõpetit cõtra eosdem illis qui ab ipsis aliquam violentiam passi sunt, vt si coactus fuerit quis à talibus vendere rem suam minori pretio quàm valebat, & in similibus casibus. ff. ad legem Iuliam repetundarum. l. j. iij. iiij. & v.

Lex



Lex Iulia de residuis, punit eos qui officium publicum, aut administrationem habuerunt, & tempore administrationis suæ publicam pecuniã quam acceperunt in quodcunque negotium erogandam, retinuerunt, & non erogauerunt, vel qui rempublicam quam acceperunt tradendam in communi ærario, non reposuerunt ibidem, sed penes se furtiuè & dolosè retinuerunt, vt ff. ad legem Iuliam peculat. l. ij. & l. iiij. §. leg.

Lex Iulia de vi publica punit eos qui vim cum armis fecerunt vel intulerunt, est pœna deportationis: vt instit. de publi. iud. §. item lex Iulia.

Lex Iulia de vi priuata, punit eos qui sine armis vim inferunt, in publicatione tertiæ partis bonorum puniuntur. Si autem vi raptus virginis, viduæ, vel sanctimonialis, aut aliàs fiat, faciẽtes, & opem flagitio dantes pœna capitis puniuntur, instit. de pub. iu. §. item lex Iulia, de vi.

Lex Iulia Norbana loquitur de Latina libertate, vt Instit. de libert. §. libertinorum autem.

Lex municipalis dicitur quam aliqua ciuitas constituit sibi, & est ius ciuile. instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. j. in tex. & glos.

Lex Papia patrum continet præmia pro suscipiendis liberis, & dicitur à Papio autore, aliàs Papiniana, à Papiniano autore. vide de hoc instit. per quas perso. no. ius acquir. in §. sanctum etenim.

Lex Papia continebat etiam alia capita, vt circa caducorum obseruationem, iure patronorum bonis libertorum. Ne inter senatores & libertas nuptiæ cõtraherentur, vt C. de cadu. tollen. l. vnic. in prin. Instit. de succes. libert. §. j. ff. de ritu nup. l. lege Papia.

Lex Pompeia de parricidiis (aliàs patricidiis) punit eos qui patri aut matri aut auo, aut proauo, aut alteri de consanguineis aut parẽtibus suis morte infligunt. Et statuit illa lex pœnam acerrimam, quòd tales in culeo, id est corio bullito insuantur, in quo ponatur vipera cum simia, cane, & gallo gallinaceo, & in mari vicino sic proiiciantur, vel in flumine propinquo, si mare nimis remotum fuerit. De his omnibus not. institut. de publ. iud. §. alia deinde.

Lex populi antonomaticè dicitur lex per excellentiam.

Lex Publiciana dicta est à Publiciano Prætore autore. Require suprà, Actio Publiciana.

Lex Regia est qua populus Roma. Imperium & potestatem cõcessit Imperatori. §. sed & quod. inst. de iure nat. gent. & ciuil.

Lex Rhodia de iactu, subuenit his quorum merces causa communis periculi euitandi eiectæ sunt, & propter ejectum nauis salua facta est, Quibus datu

actio cõtra magistrum nauis vel eos quorum merces sunt saluæ. Et dicitur Rhodia ab insula Rhodo,in qua antiquitus plurium fuit vsus mercatorũ.

Lex Satyra est quæ de pluribus rebus simul loquitur, dicta sic à copia rerum,& quasi à saturitate. Vnde & Satyras scribere est poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, Persij. &c.dist.ij.c.Satyra.

Lex Titia constituit, vt in prouinciis si cui omnino nullus erat tutor, ei daretur à Præside,vt inst.de attil.tu.in princ.

Lex Vitellia loquitur de liberto appetente ea quæ ingenuis tantum competunt,puta honores & dignitates, asserendo se ingenuum esse.de quo ff.de statu hominum.l.ingenuum.

Lex viarum dicitur solitaria per excellentiam.

Lex Voconia, cuius meminit Iustinia.in titul.de lege Falci.in Insti.fic dicta fuit à Voconio Tribuno plebis,cuius rogatione plebs Romana eam tulit.

## De L ante I.

Libellam esse dimidiũ chœnicis attestatur Alc.lib.j. Parer.chœnices autẽ apud Athenienses fuisse mẽsura tritici,quãtũ.s.quisque vnõ die comederet,pẽdente eorũ drachmas 150. hostia vero mẽsura selquilibrã,& de huiusmodi libellã fensisse Imper.i l.iudices,C.de epis.& cl. Libellus plurib. modis accipitur, vt not.Spe.in tract.libel. Quãdoq; enim dicit̃ paruus liber, codicill', vel schedula, in qua actor causam & actionẽ exprimit,& est duplex.Quidam est accusationis,& ille in criminalibus locũ habet.Et quidã cõuẽtionis,& ille in ciuilib', vt est gl.vnica in princ.c.j.de lib. obla.Et debẽt plura cõtineri i libello,vt i his versib.cõtinet, Quis, quid, coram, quoquo iure petatur,& à quo.

Rectè compositus quisque libellus habet.

Nam libellus conuentionis debet continere nomẽ actoris.l. quis sit qui conueniat.Et quid petatur,l.tem quæ petitur.Et nomen iudicis,l.coram quo agitur,& ius quo res petitur, & sic causam petendi.Et nomen ſ.à quo res petitur, etiã tẽpus & diem in quo libellus datur. Sed in libello accusationis cõtineri debent nomẽ accusatoris,nomẽ rei & iudicis,& crimẽ de quo agitur,& quãdoque persona cũ qua crimẽ dicitur commissum, locus in quo, & dies accusationis coram iudice, & mẽsis in quo crimen est cõmissum,sed die & horam ibi ponere nõ est necesse, secũdũ Gof.Quãdoq; & secũdo ponitur pro pane azimo seu subcinericio,vt C.de episc.audi.l.iudices. Quãdoq; & tertio capitur pro precib.principi oblatis



tis.C.quando libel.princ. obla. lit. conte.fa. Quarto pro iudice delegato. ff.de offic. proconſ.l. nec quicquam,§.vbi decretum. Quinto pro scriptura demandatoris. Sexto pro scriptura recusationis. Septimo pro scriptura quam vir dat vxori quam repudiat, & ille dicitur libellus repudij. Octauo pro scriptura appellationis,ff.de appel. l.j. Nono pro scriptura quam iudex dat appellanti,ſ.pro apostolis.de appel.ca.cordi. libr. vj. Decimo pro scriptura infamatoria quæ dicitur libellus famosus. Propriè tamen libellus est scriptura agẽtis quæstionẽ continẽs & futuram actionẽ depromens,& dicit Cyn.quòd est breuis scriptura intentionẽ actoris vel accusatoris contra reum claré depromẽs.Et sic libellus non debet esse verbosus,vel vtens superfluis,nec obscuris.Vel sic,Libellus est breuis mẽbrana actoris petitionẽ complectens.Dicitur autem libellus à libro demi nutiuè propter sui breuitatem, sicut codicillus à codice,secundum Spe.in titul.de li. concep. in princ. Vel dicitur à libra,id est iustitia,vnde iudex debet ita terere æqua lance ministrare. xlv.distin.omnis.

Libellus repudij. Require repudium.

Libera hæc dictio significat posse fieri liberè quod mandatur, non tamen significat vltra mandatum generale,& sic non viderentur concessa quæ requirunt mandatũ speciale. Et hoc de vsu cõmuni, licet secus ex significato attẽto de iure scripto. Tunc enim significat posse fieri quod sine mandato speciali non fieret, excepta donatione.l. procurator cui generaliter.ff.de procurato. iuncta l. filius.ff.de donatio. Significat ergo q̃ posset alienare, quod non posset procurator cui est concessa generalis administratio non expresso verbo libera, cuius significatũ addit & operatur,non autem significat donationem,quia donatio ex natura sua est gratuita. Vnde no. secundum Bar.in l.qui Romæ. §.Callimachus.ff.de ver. obli. Verbum libera,in illo tantum operatur ad quod refertur,verbi gratia,dicendo constituo re procuratorem ad agendum & defendendum litem cõtestandam, dans & concedens liberam potestatem,&c.non videtur cõcessa administratio causæ,sed solum substantiæ,quia hoc verba importãt,& de causa non possunt transigere, sed solum de instãtia.Item ibi,cõstituo procuratorem, ad recipiendã solutionẽ dans ei liberam potestatẽ,ibi potest prorogare terminũ.facit de procurato. qui ad agendum.lib. vj. Idẽ de verbo plena.l.si procurator.§.quòd si plenam.C.de pro

cura.Idem si dominus cõcessit q̃ procurator possit quod ipse dominus licet nõ expressit verbum libera,vel plena potestate.l.creditor.§. Lucius.ff.mandati.Idem si dominus promisit se ratum habiturum quicquid per suũ procuratorem actum fuerit.l.j.ff.de procurato.

Liberalis causa est quando principaliter mota quæstione stat⁹ ab aliquo dicit aliquis seu ali⁹ suus seruus esse,ipse verò contendit esse liberũ.Siverò confiteatur se esse seruũ nõ actoris, sed alterius,nõ est causa liberalis,sed causa dominij,& causa hic ponitur pro iudicio.

Liberatio sumitur pro dispositione liberatoria,& significat diuersimodè. Nam ibi, testator legat debitori suo qui solus est, liberationem significat, q̃ debitor agere possit contra heredem vt cum liberet per acceptilationem.l. ij.§. nunc de effectu.ff.de lib.leg.quia quãdo testator dicit volo liberari,vel lego liberationẽ, significatur, quòd vult ab herede liberari, ex communi modo intelligendi.Item ibi, duo sunt rei promittendi qui tenentur ad idem debitum quilibet insolidum, testator legat vni liberationem,significat quòd ille possit agere contra heredem vt liberetur per pactum.Sed alter non liberatur nisi ille vnus liberaretur ex maiori, videlicet acceptilatione:nam tunc etiam alter liberatur,sicut acceptilatio capitur pro tali solutione, quod vno soluente , alter liberatur secus in pacto.Sed certè pactum liberationis in simplici ratione valet tantũ sicut acceptilatio. Item duo sunt rei promittẽdi socij,vni legata est liberatio, significat quòd etiã ille cuius nomen ascriptũ non est, habetur pro legatario , & sic agere potest vt liberetur sicut ille qui nominatus est, & hoc si testator ei prouidere voluit, quod probatur ex similibus coniecturis sufficienter , quia in contrahendo socij sunt.Et intellige socios secundum Bartolum quibus omne lucrum & damnum est commune in illo debito.Item ibi duo sunt rei promittendi non socij facti debitores ex pecunia,quæ peruenit ad vtrunque vel conuersa est in communem vtilitatem, testator legat liberationem vni, non liberabitur per acceptilationem,sed per pactum , & istud pactum proficiet etiam alteri in parte seu medietate debiti. Et sic intellige quod not.glo.in §.nunc de effectu præallega. Concludo ergo,aut sunt socij, & liberatio fit per acceptilationem, & sic facta vni, prodest etiam alteri , sed iste alter non legatarius non potest agere , nisi vbi testator ei prouidere voluit.Aut non sunt socij, & tunc liberatio fit per pactum de non petendo,& prodest alteri in medietate, vt in altera medietate tantum conueniatur. Et finaliter concluditur quòd liberatio legata vni personæ in vna re vel in vno debito,ad aliam personam,aliam rem , vel aliud debitum extenditur,si hoc disponentem quouis probabit medio voluisse significatur. Et liberatio generalis non comprehendit quæ ibi non contineri aliquod medium concludit.

Et liberatio concessa specialiter,generaliter inter viuos,& in vltima volũtate significat quod significare quoduis medium probabile declarat.

De verbo liberationis vide l.liberationis.de verb. significi.

Liberi orum,non solùm dicuntur filij, sed etiam nepotes , pronepotes,& deinceps:&quanquam non declinetur nisi in numero multitudinis, de vno tamen liberos dicimus. Ex A.Gellio libro secundo. Vlpia.in ti.de pollicitatio. l. inter liberos. nepotem quoque contineri diuus Pius rescripsit. Item Calistratus tit. de verb.signific. l. liberorum appellatione, &c. Nebr.

Liberi sunt qui ex ingenuis nascuntur , fiunt autem liberti qui manumittuntur.Et dicuntur à libertate,& sunt filij & filiæ,& cæteri omnes in recta linea descendentes vsque ad tri-



nepotes , & vlterius dicuntur inferiores seu posteriores.

Similiter parentes dicuntur omnes ascendentes per paternam seu maternam cognationem nobis coniuncti vsque ad tritauum, & vlterius dicuntur superiores seu maiores.l.Iurisconsultus.§.parentes.de verbo. sign.obtinuit tamen loquendi consuetudo,vt liberi appellentur quicunque ex nobis descẽdunt.l.sed si hac.§.liberos. de in ius voc. & l.liberorum.de verb.sign.

Liberi populi qui dicantur, declarat Iurisconsul.in l.non dubito. ff.de capti.& postli.reuer.

Libertas, est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur.Insti.de iure perso.in princ. & hęc facultas quamuis latè pateat, tamen ei quandoque resistitur de facto , & quando non possumus quod desideramus, vel de iure , vt quando facere furtum aut rapinã prohibemur.

Libertas Latina fuit libertas quæ habebat , quòd si moreretur ille cui dabatur libertas , tunc tenuit , sed si superuixit , tunc non tenuit.Sed hodie est correcta per l.vnic. C. de lat.lib.toll. Require suprà,Latini. Et dicebatur Latina, per similitudinem. Nam vt Romani nominati sunt , quia Romanis subiiciebantur, & incolumes mittebantur , licet secundum rem

Latini vel Romani non essent, ita illa libertas Latina dicebatur, cū non esset vera libertas.

Libertas dedititia. require suprà, Dedititia.

Libertas fideicommissaria est quā testator directè non voluit competere, sed per manumissionem alterius cuius fidei hoc commisit, ſ. vt manumitteret.

Libertas testamentaria, est quæ ex ipso testamento directè competit, vt C. de testam. l. j. in princip. in glo.

Libertas vindictæ est quæ fit per vindictam. C. de vind. liber. in princip. in gl.

Libertinus à liberto non eo differt, quod vulgus putat: & cum dixi vulgus, non excludo Accursium, qui & ipse vnus est ex imperita multitudine, nam cùm idem sit libertus quod libertinus, sola relatione differunt, quoniam libertus nomen est ad aliquid, sempérque refertur ad eum cuius est libertus, hoc est ad patronum: vt libertus Cæsaris, libertus Ciceronis, & de operis libertorum, subaudi quas debent suis patronis liberti. Libertinus verò nomen est absolutum, tantúmque dicit conditionem, hoc est tertium illud genus hominum, qui nec sunt serui, neque liberi. Hinc est quod Iustinia. in primo libro Institutionum, titulum fecit de ingenuis & libertinis, quia ibi non agitur nisi de conditione nullo habito respectu ad patronos. Hanc differentiam primus omnium animadverſit, annotauitque Laurentius Valla vir harum rerum diligens indagator, atque acer-rimus inuentor.

Liberti sunt libertini sunt qui ex iusta causa à seruitute manumissi sunt, nec est inter eos differentia, licet quidam minus prudenter dicant libertinum esse filium liberti. Vnde libertus meus vel libertinus dicitur ille qui seruus meus fuit sed manumissus est, & ego ipse dicor patronus, de quo super ver. seruitute. Inst. de liber.

Libertus abortiuus, est qui in testamento eius qui abortus est, id est mortuus, manumittitur. Imò verò libertus orcinus dicitur ab orco, quòd ab eo manumittatur, qui ad orcum tendit. Alij libertum orthinum vocant, à græca dictione, orthos, directus, vt directum libertum intelligas, vide Alciat. in dictione, orcinus. lib. præter. j.

Libertus assignatitius est quem patronus eius cuius ex liberis suis esse velit, ei assignauit.

Libertinus dicitur funeris curator, quem suprà diximus designatorem appellari: nam pollinctor est qui cadauer effert, comburitque aut sepelit: dicti sunt autem libertinarij à libitina, id est, funere, dicta, libitina à Venere libertina, quæ Romæ habuit templum, iuxta quod vendebantur quibus erat opus ad funus, puta vnguenta, lychni, papyri, cerei, funalia. Sed cur ea iuxta Veneris templum, quæ iocorum voluptatúmque dea est, vendebantur, Plutarc. in problematis causam narrat vt videlicet cùm homines libi dinibus dant operam, memineriant se aliquando morituros. Vlpia. libr. 14. titu. de institoria actione. l. quicunque. Si libitinarius inquit, seruū pollinctorem, isque mortuum sepelierit. Accursius desipit nescio quæ somnia referens.



Libitinarius is dicitur qui quæstui inseruiens libitinariam exercet, quique necessaria funeribus vendit, vel qui curam mortuorum sepeliendorum habet, seu qui conducit funera, dictus à libitina dea, in cuius templo quæ ad sepulturam pertinebant, vendebantur. Refert Seneca vota libitinariorum esse, vt mortes plurimorum optent, quod illis quæstuosissimum sit, & de his intellexit Vlpianus in l. quicunque §. idem ait. ff. de institor. actio.

Libra auri constat quandoque ex centum aureis. Bart. in authen. sed nouo iure. C. si cert. petat. hodie verò constat ex xcvj. ducatis Venetis. Bart. in l. quoties. de suscep. & area. lib. xj. Cod.

Librarius est qui libros scribit: nam scriptor non tam dicitur qui libros scribit, quam librorum compositor. Mart. de libris suis. Non meus est error, nocuit librarius illis. Cic. 3. de Orat. Neque librariorum notis, sed verborum & sententiarum modo. Callist. ti. de iur. im. l. qui busdam, & sæpe aliàs. Nebr.

Librarius est qui in libra opponēdo ponderat, causas rerum determinat, vel est libros vendens & custodiens.

Adde librarium dici, qui libros transcribit, quo sensu ferè accipitur apud latinos. Quandoque significat tabellionem, vt in l. si librarius. de reg. iur.

Libripens, idem est quod librarius de quo glos. instit. de testa. ordi. in princ.

Librorum appellatione quid veniat, latè disserit Iurisconſ. in l. librorum. de leg. iij.

Licentia multiplex est, vt not. Archi. xxiij. q. ij. si abstineret.

Liceri vel licitari, est rem apprętiare: vnde dicitur non curo centum græcos vno obolo liceri. Sed licere actiuum significat rem pretio mensurabilem æstimare quanto pretio valeat: vnde versus, Diues in orbe licet, paupertem sed nemo licetur. Liceor enim est actiuum in significatione, & passiuum in voce. Sed licco contra. Vnde, Non licet esse mihi qui me nō esse licetur. Inde licitari est frequenter æstimare valorē rei vendibilis. Et licitator, id est

suasor vel prouocator seu proxeneta.

Licitor, aris, est in auctione pretium pro re venali offerre. Plin. lib. 7. Aristidis pictoris vnam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est. Inde licitator qui eiusmodi precium offert. Cic. in Epist. ad Matium, Quoniam pretium tuum noui, in licitatorem potius ponam, quàm illud minoris væneat. Licitatio quoque, vt Pau. li. xxxix. dig. tit. de publicanis & vectig. l. licitatio. Licitatio, inquit, vectigalium, quæ calore licitantis, &c. Et paulò post: Licitatores, inquit, vectigalium. N.

Licitum dicitur quod iure licet. l. semper in princ. ff. de ri. nup. aliquando etiam dicitur & quod de facto licet. l. j. §. si cui ventrē. & ibi gloss. ff. de ventre inspi.

Licitari dicuntur qui emendo, vēdendo vel conducendo rem aliquam, vel negotiando, aliquid aliud plus offerendo, alter alterum contendit superare.

Licitatio est venditio proposita, vt cùm aliquis emptor in re ab altero volente emere pretium auget. Vnde quando aliqua res publicè venalis exponitur, & vnus offert decem, alter quindecim, quando proclamatum est quòd qui plus offert, eam habebit: ille qui plus offert, dicitur alium vincere licitatione, vnde cùm alterum sic intendit superare plus offerendo, in quacūque negotiatione licitatio est, & qui in licitatione vincit, rem fert. C. de sacrosan. eccles. authen. quæ res. & C. de fide instrum. & iure hastæ fiscalis. l. quicunque libr. x. Est ergo licitatio, subhastatio, vel oblatio ad subhastationem, vt l. licitatio aliàs incipit, locatio. ff. de pub. & vectig.

Lictores, dicuntur qui ante Prætores, aut consules ferebant insignia magistratuum, hoc est, virgarum fasces & secures, dicta à ligando, vt scribit Gellius lib. 11. quod videlicet iussu Consulum aut prætorum vinciebant sontes: aut quēadmodum Festus ait, quod virgarum fasces ligatos præferebant, quibus imperante magistratu, delinquentibus plagas ingerebant. De manumissis vindicta. l. manumissio. Manumissio, inquit, per lictores. Aut. Nebr.

Lictor dicitur qui magistratus fert insignia. l. ego cùm in villa. & l. manumissio. ff. de manumis. vindic.

Ligius, require suprà Homagium ligium.

Ligna, orum, in numero multitudinis propriè dicuntur, quæ comburendi causa comparata sunt, vt apud Martialem: Ad villam maneo rustice ligna feras. Et apud Horatium: In syluam ne ligna feras. In singulari quoque in eadem significatione reperitur. Vlpian. in tit. de leg. iij. l. ligni appellatione. Materia inquit, est illa, quæ ad ædificandū fulciēdūq; ædificium est necessaria. Lignum verò quicquid comburendi causa comparatum est. Ant. Nebr. L. igni appellatione continetur quicquid comburēdi causa paratum est. l. ligni. de leg. iij.

Liguſticū herba est in mōtibus Liguriæ nascens, à iunioribus medicis leuisticō appellatū. Est autem Liguriæ regio Italiæ, inter Varrū & macrā amnes, ad Apēnini dextrā, in qua est Genua. De Liguſtico Plin. Columel. Apitius, proinde omnes medici meminerūt, leuisticū corrupto vocabulo appellant. Paul. libro xxxiij. in tit. de penu leg. l. non omne, piper, inquit, liguſticum: careum, & laser. Nebr.

Liguſtici meminit. i. non omne. de penu. lega. id non multū abest à viribus piperis, de quibus copiosē Dioscorid. lib. iij.

Lima est instrumentum fabrile & ferreum quo metalla rodūtur, poliuntur, minuuntur, & purgantur. gl. in c. pastoralis. de re iudic. in clemen.

Limenarcha est vocabulū græcū, qui limē portū dicūt, hinc limenarchæ qui præsunt oræ maritimæ, maxime in hostiū cōfinio. de quib⁹ meminit Arcadius in l. munerū ciuilium. §. qui annonam. ff. de mū. & ho. & Pau. in l. limenarchæ. ff. de seruis fug. & Imp. in l. non idcirco. C. de libe. cau. in quibus tamen locis liminarcha legitur tanquam à limine descēdat secūdum gl. nostram, posset etiam forte dici, liminarcas, absque aspiratione, ideò sic vocitatos, quia ad hoc constituebantur vt hostes, à limine pellerent, & sic erit vocabulū latinum & cōpositum, & communis lectio seruabitur, & secūdum hæc castiga verba Imp. in l. j. C. de offic. comi. ori. vbi alitarchia mendosè legitur pro liminarchia, id est, liminum præfectura.

Liminarchia, potest interpretari liminis, hoc est limitis præfectus, & est ille qui gerit curam tuendorum prouinciæ limitum, præficiturque militibus limitaneis. Arcadius lib. 10. tit. de muneribus. l. munerum ciuilium, &c. Ant. Nebr.

Limina, fines imperij dictos esse, docuit Iusti. in §. sed si. Instit. quib. mo. ius pat. pot. solu.

Limenarchæ dicuntur principes locorum in quibus sunt diuersarum prouinciarū aut regnorum diuersorum limites & termini, vnde etiam dicuntur collimenarchæ qui confinia oppida vel ciuitates tenent trans limitem locorum.

Limitanei milites dicuntur qui sub liminarcha prouinciæ terminos tuentur. Capitolinus: Reparato, inquit, de limitaneis Daxiæ exitu. Iust. quoque de officio præfecti prætor. Afric. l. quas

l. quas Deo. Pro limitaneis, inquit, ordinandis, quia necessarium nobis esse videtur, vt extra comitatenses limites limitanei constituantur, qui possint & castra, & ciuitates, & limites defendere. Et paulò post, Si commotio aliqua fuerit, possint limitanei sine comitatensibus militibus, &c. Ant. Nebr.

Limitanei dicuntur qui constituti sunt inter castra & ciuitates vel confinia oppida vt limites defendant & colant, vt C. de fun. limi. l. vltim. in fin. libr. xj. Et dicit Accur. super rub. ibidem, quòd quidam habent pro limitosis limitrophis, à trophos, id est descriptio, & limites, i. descriptio ad vsum limitum, aliàs militũ qui imperiũ custodiunt.

Limitanei fundi, require fundus limitrophus.

Limites sunt fines vel termini regionum, inde limitare terminare dicitur vel restringere: vnde limes, est terminus agris positus, vel pratis seu campis, vel etiam dicitur meta. Sed limen est introitus domus, dictum à limite. Nam limina sunt ædium, limites verò regionum vel finium: de quo inst. qui. mo. ius pat. pot. solui. §. dictum est autem.

Limitrophi fundi, require in ver. Fundus limitrophus.

Linea margaritarum, est series margaritarũ pertusarum, quæ sint filo insertæ. Scæuola lib. xxxv. ad legem Falcidiam. l. lineam. Lineam, inquit, margaritarum. Item Vlpia. li. xlvij. tit. de furtis. l. si quis vxori. Si linea margaritarum subrepta sit. N.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium diuersos gradus continens, & numeros distinguens, & est linea graduũ ascendẽtiũ, descẽdẽtium, & colateraliũ. l. j. & l. iurisconsultus. ff. de grad. affi. ita diffinit Ioann. And. in appa. suo super arborem consanguinitatis, vbi vide latè per eum.

Linea margaritarum, series est margaritarũ pertusarum filo insertarum. le. lineam. ad legem Falcidiam.

Linteũ nõ dubitatur velũ vocari.

Lintearij sunt qui lintea nauis vel nauium vel linteariorum negotiationem exercent, &c.

Lintearia dicitur talis negotiatio.

Linteariosa vel linteariũ est negotiatio linteariorum.

Lintrarij, lintriũ exercitores, siliintres autem sunt naues fluuiariles, quæ remis agunt: lintrariorum memimt l. j. nau. cau. stabu.

Lis à contentione limitis prius nomen sumpsit, de quo Virgi. Limes erat positus litem vt discerneret agris.

c. forus. de ver. sig. ad medium. Et lis dicitur mota cùm fuerit contesta. c. ex parte. ij. de verb. sig. & c. aduersario. de excep.

Lis etiam actionẽ designat. l. litis. de verb. sig.



Litem æstimare, vide æstimare.

Litem contestari dicitur quando actor proponit intentionem suam & actionem coram iudice contra aliquem, & ille statim negat, tunc est lis contestata. Et dicitur pendere, nam in suspenso sunt omnia, donec lis sopiatur, id est terminetur, vt ad superiorem negotium transmittatur. Et dicitur lis pendere quo ad hoc vt nihil innouetur quatuor concurrentibus. Primò quòd citatio emanauerit. Secundò, quòd iudice competente. Tertiò quòd ad partem peruenerit, vel à parte impediente factũ sit quominus peruenerit. Quartò quòd in ea talia sint expressa, per quæ pars instruatur super quibus conueniatur, vt in clemen. fin. vt li. pen. Et potest addi quintum, vt ibi not. quòd emanet & perueniat debito tempore.

Litis contestatio est negotij principalis ab actore & reo hinc inde facta narratio, quam narrationem præcedere debet libellus, nisi fortè de consensu partium remittatur. Fit autem litis contestatio coram iudice per narrationem actoris, & contradictoriam responsionẽ rei, vt quia negat, vel per aliquã exceptionem quam opponit animo contestandi litem, id est eamente vt in causa procedat vel desistat. Est ergo litis contestatio secundum Gofr. hinc inde apud iudicem negotij principalis facta narratio per principales personas, non per aduocatos, nisi fortè principales adeò fuerint indiscreti, vt eorum defectus de licentia iudicis per alios suppleatur, vt in c. pastoralis. de iudic. Et litis contestatio est initium actionis & conflictus in causa, de hoc vide gl. bonam. in c. dudum. ij. in ver. responsionem. de election. quomodo & quando fiat li. cõ.

Litis quasi contestatio est quando aliquis conuentus in iudicio super rebus mobilibus quas possidet nomine alieno, nominat dominum in iudicio, & accipit inducias ad denunciandum domino, vt ad iudicẽ veniat vel mittat. Si autem ipse dominus non comparet in termino sibi dato, tunc lis quasi cõtestata est contra dominum siue habetur pro contestata, ad interrumpendum longi temporis præscriptionem, vt in c. quoniam frequenter. §. in aliis. ver. quòd si super. vt lit. non conte.

Litem pendere est litem contestatam esse, vel litem in certo esse, cùm ambiguus sit eius exitus & euentus: nam litis & iudiciorum euentus est incertus. ff. de pecul. l. quod debetur. Pendere autem dicitur lis per appellationem vel recusationem, consultationem, vel relationem, vel quandiu diffinitiua sententia non est lata, de

de quo per docto. vt lite pend. per totum.

Litem suam facere iudex quando dicatur, apertè ostendit Vlpia. in l. si filiusfamiliàs. de iud. & Imp Instit. de obli. quæ ex qua. delic. nascun. in princ.

Literæ de rato dicuntur procuratoriæ, quia constituens procuratorē semper adiicit in fine, ꝙ quicquid procurator fecerit super causa ad quā datus est, gratum ratum, &c. habebit, vt in c. cum dilectus. de religio. domib. in gloss.

Literæ dimissoriæ quæ, vide in ver. Dimissoriæ.

Literis dicitur obligatio contrahi, quando quis confitetur in aliquo instrumento se recepisse pecuniam quam nondum re cepit, sub spe numerationis futuræ sibi faciendæ, prout à creditore eidem promissum extitit. Illi competit actio non numeratæ pecuniæ, si exigitur ab eo debitum antequam recepit.

Litigatoris nomine non solùm actor, sed etiam reus intelligitur, vt in cap. j. de litis contesta. lib. vj.

Litigiosa res est mobilis vel immobilis res vel se mouens, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem & possessorem cōuentione iudiciaria, vel precibus principi oblatis, & iudicibus insinuatis, & per eū futuro reo cognitis. C. de litig. authen. litigiosa. Fit autem res litigiosa incontinenti oblato libello. Alij dicūt rem litigiosam non esse ante litis contestationem, de hoc glos. in cap. j. vt lite pendente. libro vj.

Lytos, interpretatur solutus, à lyo quod est soluo. Iustinianus in proœmio Dige. Quia solitum erat, quarti anni studiosos, Græco, & consueto quodam vocabulo lytas appellari, hoc est solutos, pro quo mendosè legitur hircos, ex Pandectis Florentinis adnotante Politiano: nam pro eo quod in recentioribus libris habetur hircos & coloritas, legi oportet lytas & prolytas: quid autem sint, lege prolytæ. Nebr.

Littus proprie maris est, ripa fluminum: Et littus eousque extenditur, quousque maximus fluctus à mari prouenit. l. littus. de verb. signific.

Liturgus interprete Alciat. in l. ij. C. de cupres. dicitur qui publicè operatur circa res sacras, præsertim: qui & lituchus dici potest auctore eodem.

Liuellus differt à feudo, primò, quia eo iuratur secus quàm in liuello. Itē feudum datur amore, liuellus verò pro mercede. Itē in feudo non succedunt fœminæ, in liuello secus, & de multis aliis differentiis, vide Feli. in c. cæterū. co l. v. & seq. in versic. nono fallit. de iudic.



## De L ante O.

Locare, hoc verbū licet plerunq; referatur ad accipientem pretium, sicut conducere ad illud dantē, tamen quandoque viceuersa vt locare dicatur qui pretium dat, conducere verò qui illud accipit, vt annotat Acc. in l. j. in princ. ad l. Rhod. de iac. nā veteres verbo locationis & cōductionis indifferēter vtebātur. l. veteres. & seq. de actio. empt.

Locatio est personæ vel rei ad vsum facta concessio, vel merce de vel pecunia numeranda conuenta, alioquin de alia re erit contractus innominatus, de quo vide not. per doct. de locat. & conduc. super rubric.

Locator est ille, qui rem aliquam pro certo pretio vel certa mercede alicui vtendam concedit, vel alium re sua mercede sibi conuenta vti permittit, vt cùm loco tibi domum meam ad habitandum in ea, ego dicor locator, tu verò qui sic vteris, seu ad vsum recipis, conductor nuncuparis, vt in c. j. de loca. & condu.

Locati actio, require suprà actio locati.

Locus est non fundus, sed portio aliqua fundi, fundus autem integrum aliquid est quod suos habet fines. l. locus. de verb. sig.

Loci adiectio significat diuersimodè disponi, verbi gratia, testator dicit Titio lego centum quæ sibi volo solui de pecunia quam habeo in tali loco, puta tali castro, tali arca. Et si in illo loco nihil est, tūc nihil debetur, si minus est, nihilominus tota pecunia debetur. l. quidā testamento. ff. de leg. j. l. Lucius. ff. de ali. & cib. leg. Ratio, quia locus hic apponitur ad demonstrationem, vnde solutio fieri possit, & non ad taxationem seu restrictionem legati, quare legatum non restringitur, etiam quia legatum fuit factum in genere, & sic remanet in genere, & adiectio loci refertur ad designationem fiendæ solutionis. Et quod de legato dicitur, idem in contractu intelligitur, paritate rationis, vt si dicatur, Promitto tibi centum soluēda de pecunia quam habeo in tali loco. Et ibi, lego vel promitto decem, quæ habeo in arca, si nihil est, nihil debetur, si minus est, illud tantum debetur. l. si seruus. §. qui quinque. ff. de legat. j. quia locus adiicitur summæ immediatæ, & per hoc significatur quòd illa summa quæ ibi est debebatur, & non alia. Vnde testator vel promissor se refert ad illud corpus pecuniæ quod ibi est, & ideo si nihil est nihil debetur, vel quatenus est eatenus tantum debetur. Et finaliter loci adiectio operatur, quod ratio dictat, vel lege disponitur, vel prout voluntas disponentis dictat, quam quoduis medium

Universidad de Deusto Biblioteca

medium probabile declarat,vt l.cum certus.ff. de vino, tri. & oleo lega.l.si debitor. §.j.ff. de contrah.empt.& ven.l.cum qui calendis.ff.de verbo.oblig.l.legatum.§.vini. ff.de annu.legat. l.ex eo.ff.de vino tritic. & oleo leg.cum similibus.

Locus insignis secundum Ioann. Andr.in capit. statutum. de rescript.libr.vj.est ciuitas,licet ibi non sint periti.Et de hoc dat ibi rationem. Sed secundum Innocen.Hostiens.Abb. non sufficit esse ciuitatem, nisi sit ibi copia peritorum. Compost.dicit, sufficit si de vicino loco possunt haberi periti.Pau.de Leaza. in clemen. vnica, de foro compe. dicit insignem locum, in quo potest copia haberi necessariorum pro episcopo, familia, & equitibus suis, licet non sit copia peritorum.

Locus religiosus, require infrà, Religio.

Locus sanctus dicitur qui firmus est, & virtutibus munitus, de quo instit. de rerum diui.§.sanctæ quoque res.

Loca vicina, quæ dicantur, vide Panor.in cap.super specula.in fi. de priuileg.

Loculus est bursa vel marsupium. c.j.depos.

Locuplex est qui satis & idonee habet pro magnitudine rei,quę petitur.l.quos.de verb.sig.

Locupletem hereditatem esse Acciar.ali, quæ opes affert incommodis annexas. l.si quis mihi. §.ij. de acquiren.hered.Azo verò in rub.C.de bo.lib.§.petitur. locupletem hereditatē diffinit quæ maior sit centum aureis.

Logista, dicitur is qui reddendis rationibus præest,nam logos inter cæteras significationes interpretatur computatio, & logistice est ipsa ars computatoria, quam vulgus algorismum vocat. Iustinianus in titulo, de modo mulctarum. l. curator. Curator, inquit, reipublic. qui Græco vocabulo logista nuncupatur, mulctandi ius nō habet. Ant.Nebr.

Logistæ, qui & rationales nuncupantur,sunt qui reddendis rationibus præsunt.

Logographus potest interpretari rationum scriptor, quo vocabulo vtitur Iustinianus lib.x.tit.de tabulariis, scribis, & logographis. Ant.Nebr.

Logographus,id est scriptor publicæ rationis, & dicitur à logos sermo vel ratio, & graphos scriptura,secundum Accurs.in rub. C.de tabul.scri.& logogr. libro decimo.

Lolium herbę genus,alio nomine zizania dicitur,vt etiam declarat gl.in clem.dudum. de sepul.

Longa consuetudo est, quæ x. vel xx.annis inducta fuit, & multo magis longiori tempore, vt si xxx.vel xl.annis perdurat.

Longum tempus, longissimum & longæuum, vide Azon.in Sum. quæ sit longa consuetudo.§.j. & dicitur longum tempus inter præsentes decennium,& inter absentes viceniium.l.fi.C. de præscrip.long.temp.& §.j.in fin.de vsucap.

Loricatio est tectorium parietis, in modum loricæ super inductum, idem fere quod incrustatio. Vitruuius libro vj.Duplicem, inquit, præbent contignationi loricationem.Plin. libr. 8.Ichneumone cum aspide pugnaturo, Mergit,inquit, se limo sæpius siccatque sole, mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. Paul.de verb. significat.l.impensæ.in fine.Incrustationes,inquit, loricationes & picturæ. N.

Loricæ genera sunt armorum, vt in auth.de armis.§. penult.

## De L ante V.

Lucifacere,id est acquirere.

Lucrum refertur ad omnia prouenientia ex prosperitate fortunæ qualicunque sint,quęstus tamen comprehendit solum lucrum prouenies ex industria personæ,vt est tex.& gloss.in l. sed & si.ff.pro socio.not. Abb. in capi. sedes.numer.13.de rescript. Quæ autem sint honesta lucra,vide Specul.in titu.de cleric.coniugatis. versicu. sed quam dices.

Luctus tempus alij vsque ad trigesimum diem, alij vsque ad quadragesimum obseruabant. xiij.q.ij.& fœmina si nubat intra tempus luctus infamis est secundumleges ciuiles.vt C.de secund.nup.l.j.& ij.

Lucubrare,id est vigilare, & nocti proprie atribuitur.instit. de leg.§ nostra.

Luere,id est liberare,vnde dicitur pignus luitur,id est liberatur. Alio modo accipitur pro puniri,vnde dicitur, Luo pœnas,id est punior.De primo significato, vide instit.de leg.§. sed & si remor.

Luminum seruitute cōstituta,qd videatur concessum,& quo differat à seruitute, ne luminibus officiatur,tradit Iurisconsul. in l.iij.de seruitut.vrba.præd.quid verò interfit inter lumē & prospectum pulcherrimè explicat Initer.& seq.eod.tit.

Lupinum est genus leguminis nō minus terrā appetēs quàm lupus pecudes, & inde nomen sumpsit:tellurem mirum in modum amat,vt quamuis fructeto solo coniectum inter folia vepréque ad terram tamen radice perueniat,& inter fruges enumeratur à Iuliano in l.frugem.ff.de verb.signific.

Lustrum est spatium quinque annorum.

Ludicrus, a, um, non ludicer,is, quod Priscianus putauit, dicitur quod ad ludum pertinet. Virgil.12.Aeneid.Neque enim leuia aut ludicra petuntur.Ho

ratius secundo epistol. Valeat res ludicra si me Palma negata macrum.de accusationibus. l. qui iudicio. Qui artem, inquit, ludicram fecerit, hoc est scenicam siue theatralem aut circensem, vbi ludi fiunt. N.

Lugdunensis colonia, quæ Lugdunum cognominatur, ciuitas est nobilissima Heduorum in Gallia Lugdunensi ab ipsa cognominata. Meminit illius Iurisconsultus libr. 50. Digesto. in tit. de censibus. N.

Ludus literarius pro schola accipitur vbi literæ docentur: magister quoque ludi is dicitur qui literas docet. Marti. Quid tibi nobiscum est ludi sceleratæ magister? & per translationem Teren. in Eyra: In eodē mihi omnes videntur ludo dctæ ad malitiam, & ei ludo si vlus est ludus, magistram hanc esse satis certo scio. Vlpianus lib. xlj. tit. de var. & extra. cog. l. j. §. ludi. ludi literarij magistri.

Luscus is dicitur qui altero oculo caret, qui græcè monophthalmus appellatur, hoc est vnoculus. Hier. de viris illustribus: Acacius, inquit, quem quia luscus erat, monophthalmum appellant. Martia. Thaida Quintus amat, quam Thaida? Thaida luscam. Vnum oculū Thais non habet, ille duos. Modesti. in titu. de verb. significa. l. interstuprum. Vitium, inquit, est perpetuum impedimentum, veluti si luscus sit. inde fit verbum elusc are, de quo in suo loco diximus. Neque est, vt Accursius & si qui sunt alij qui id dicant, qui lumine adhibito nihil videt, sed vt diximus qui est orbatus altero oculo. Nebriss.

Lustramentum, ti, est purgatio facta per veneficium aut sacrificium, aut incantationem, dictum ab eo quod est lustro, as, Virgil. 6. Aeneid. Lustrauitque viros, dixítque nouissima verba. Ouid. 10. Meta. Magico lustrabere ritu. Marcellus lib. 48. ad leg. Corne. de sicariis, & veneficis. l. eiusdem. Si quis, inquit lustramenti causa dederit canthatidas. N.

Lustramētum purgatio facta per venencium, sacrificium, aut incantationem. l. eiusdem, ad leg. Corn. de sicar.

Luxuria, not. Archidiaconus de consuetud. cap. final. libro vj. sumitur aliquando pro profusa impensa, vt docuit Budæus in annotationib.

## De M ante A.

MAcellare est mactare vel trucidare, inde dicuntur macellarij qui pecora vel quadrupedia mactant, vt est gl. v. in cle. j. de vita & hone. cleric.

Maceria, paries sine calce aliáve compactione formatus.

Machinarius mensor, in l. vltim. ff. si men. fal. mo. dix. dicitur ad differētiam decempedatoris, vt admonet ibi Budæus.

Machinatio, vide suprà dolus, & est quasi astutum ingenium.

Magi sunt qui vulgò malefici, ob facinorum magnitudinē nuncupātur. Hi sunt qui permissu Dei maleficiis elementa conturbant, turbant mentes hominum minus confidentium, &c. xxvj. q. v. nec mirū. Et ibi qui sunt necromantici, hydromantici, & de augurijs & auruspiciis, sī omnia ibi reprobantur.

Magidem in l. seruus. de condict. indeb. Bud. accipit pro genere lacis orbicularæ, idq; ex Plin.

Magister nomen dignitatis est, & magistratus siue magisterium, ipsa magistri dignitas. Vnde magister equitum, qui à Dictatore præficiebatur equitibus: & magister populi, qui pecuniæ diuidundæ per populum præpositus erat: & magister militum, qui militibus præest: & magister scrinij, id est qui libros principis adseruat, & magister pecoris, qui pastoribus reliquis præfectus est.

Magister dicitur qui præ cæteris alicuius rei siue negorij curā gerit. Et interpretatur syllabaliter, quasi in maiori statu existens, sed literaliter sic quasi manum acrem gerens inter scholares, tenens eos rigidè, secundum gloss. verò can. j. de magist. dicitur à monēdo siue à monstrando. ff. de verborum signific. l. quibus.

Magister nauis, Requirit suprà, Actio exercitoria. & C. eod. tit. l. vnica. lib. xij.

Magistri scriniorum dicebantur qui scriniis sacri Imperij præpositi erant, vel sunt pragmaticarij, sic dicti, quia pragmaticas sanctiones, illas, si quas principes faciebant, & statuebant consilio procerum suorum scribebant, & earū exempla in scriniis reposita ad memoriam custodiebant.

Magistratus, prætores vel consules dicti sunt, eo quod maiores sunt reliquis officiis, & illi sunt tanquā capitis principis membra. C. ad l. Iu. maiestatis, quisquis. Et horū alij sunt maiores, alij minores, alij medij. Maiores, vt illustres, qualis est præfectus prætorio orientis, item Illyrici, itē Africæ, item vrbis Romæ. Minores sunt clarissimi, puta præsides prouinciarum. Medij sunt spectabiles, vt procōsul, prætectus ægypti qui dicitur augustalis, vt ff. de offic. præf. augusta. l. vnic. excellentiores præfecti sunt præfectus prætorio orientis & Illyrici.

Magnanimitas est ornatus omnium virtutum, secūdum Philosophum. v. Ethico. & est magnanimitas in Imperatore. l. j. C. de testa.

Magnificus dicitur quasi magna

faciens, & ideo hoc verbum competit regi ex etymologia vocabuli. Abb. in cap. nouit. de offic. deleg.

Maior dicitur ille qui xxv. annorum impleuit ætatem. de quo not. Instit. de cu. per totum, & per doct. de restit. in integ. c. j.

Maiores propriè appellantur ascendentes qui sunt vltra tritauū. l. Iurisconsl. §. parentes. ff. de grādib.

Maior pars attenditur quo ad numerum, & sanior quo ad zelū iudicum. Vel potest dici maior pars qui maiori innititur rationi: vt ix. dist. sana. & xvij. distinct. cap. multis.

Maioritas est multiplex, alia ordinis, alia dignitatis, alia senectutis, alia prælationis; de quibus vide per Abb. in cap. statuimus. in prin. de ma. & obe. vel die quod quis dicitur maior altero quatuor modis, nobilitate, diuitiis, potētia, & honore, secundū Abb. in c. super eo, de testi. in vers. not. quatuor qualitates. & Fel. cod. cap. vers. no. ij. ibi, superior.

Maiuma est ludus qui vigebat in mense Maio: & dicitur à maio, vel maiuma, græcè, latinè ingressus, scilicet, æstatis, quādo herbæ frondesque virentes lætificāt. Inde venit maiūs. C. de maiuma, in rubri. lib. xj.

Maiuma erat quidam ludus qui fiebat in mense maij, no. C. de maiuma. lib. xj. in rub.

Maledictus est qui obloquitur de homine; detrahendo ei, & eum obloquiis deprimendo, vt c. j. de cleri. maledi.

Maléfici speciali vocabulo, incantatores huiusmodique diuinatores appellantur.

Malæfidei possessor est qui scit se alienum occupasse. §. quod autem. instit. de vsuca.

Malleatus, dicitur liber qui iam est legatus, punicatusque. Sed quia libri malleabantur antequam conficerentur, id quod videmus nostro tempore fieri, malleati dicebantur, pro eo quod sequitur. Vlpia. tit. de legatis iij. l. librorum. § sed nec. Libri, inquit, nōdum malleati & perornati continebuntur, Anton. Nebr.

Malleatores adulterinæ monetæ sunt qui falsā monetā malleāt.

Malobathrum, arbor est odorata ex Syria, quæ nomine speciali folium appellatur, vnde fiunt vnguenta quæ dicuntur foliata. Horat. in 2. Carm. Nitentes malobathro Syrio capillos. De folio malobathri meminerunt sæpe Galenus & Apitius. Martianus lib. xxxix. tit. de publicanis. l. interdum. Malobathrum, aroma Indicū. non malabastrum. A. Nebr.

Manceps dicit' qui à populo vel fisco aliquid emit vel cōducit, vtitur hoc verbo Iurisconsl. in l. qui fideiussor. locati.

Mancipium est seruus vel ancilla, & est neutri generis in voce, sed communis generis in significatione, & dicitur quasi manu captum, & dicitur mancipium omne quod manu capi pōt sicut homo, equus, & hoc generaliter, sed specialiter tantum significat homines, quia tales erant serui capientium eos in bello iusto.

Mācus est defectuosus, vt cui manus abscissa est, vel is qui exim becillitate dexteræ faciliùs vtitur sinistra. ff. de ædilit. edict. l. qui clauum. §. penul.

Mandatum secundum Azon. est officium ab eo qui gratuitò susceptit exhibendum. Et dicitur mandatum quasi manu datum. Quod enim aliquis per se facturus erat, alij gerendum committit, contrahitur solo consensu. Et differunt mandatum, iussio, & præceptum, quod iussio importat necessitatem, nec finitur morte iubentis, quia successor id facere tenetur. Mandatum verò importat liberam obsequendi voluntatem, & finitur morte. Vnde, Præceptum non præcipitat mors præcipientis, Mandatum mandatore cadente cadit, vt not. de rescript. eam te, & c. in his. de verborum significatio. Quidam tamen dicunt, quòd tam præceptum quàm mandatum finitur morte, si nominibus expressis scribantur, secundum Ioan. Andr. xiij. quæstio. j. quod præcipitur.

Mandator dicitur ille qui aliquid mandat alicui, vt sibi vel alij aliquid faciat. Require suprà Fideiussor.

Mandatarius est qui mandatum suscipit adimplendum. Et inter istos oriūtur actiones hinc inde, quia ille qui sic mandat alteri, contra illum qui mandatum suscipit adimplendum, cùm prius cogi non posset, quòd reciperet mandatum competit actio mandati directa inquantum eius interfuit factum fuisse quod mandabatur. Rursus ipsi mandatario qui mandatum suscipit, competit actio mandati contraria, si quas expensas fecit, vel impensas ratione mandati susceptī, inquantum non excessit fines mandati. Si verò mandatum excessit in expensis factis, ipsas non repetet per actionem mandati contrarium. Sed inquantum vtiliter expendit, per actionem negotiorum gestoruum repetet.

Mandragora herba est nota, cuius duo sunt genera: alterum nigrum, quæ fœmina existimatur, alterum candidum, qui est masculus. Habet vim, soporiferam, atq; prouocandi somni gratia dari cōsueuit, quia frigida est, ac propè venenum. Columella in horto. Quamuis semihominis vesano gramine fœta Mandragoræ pariat flo-

res, mœstámque cicuta. Marcellus libro xlviij. dig. ad leg. Corn. de sic. & veneficiis. l. eiusdem, mandragoram inter venena ponit. Ex quo fit, vt mirandũ sit quid per mandragoram interpres sacrarum literarum intellexit in Genesi, capite 30. Et Cant. vij. Ant. Nebr.

Mango, onis, est non modo seruorum venditor, sed aliarum etiã rerum, quæ vt carius vendantur, solent à venditoribus adornari. Vnde est mangonizare agros & equos, pro eo quod est colere. Et Plini. libro xxxvij. politores gemmarum, mangones appellat. Marti. Millia pro puero centum me magno poposcit. Seneca in Epist. Mangones, quicquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Aphricanus de ver. sig. l. mercis appellatione, quo distent à venaliciario mõstrat. Anton. Neb.

Manet, id est tenet vel astringit. c. cum laicis. de rebus eccles. nõ alie.

Mangones sunt qui in seruis emẽdis vel vendẽdis mercationem exercent.

Manichei sunt qui Christum dicunt nõ esse verum hominem, vt dicit glos. j. in l. Manicheos. C. de hæret. & Mani. Extiterũt à quodam Persa, qui vocatus est Manes, qui duas naturas & duas substantias introduxit, id est bonum & malam, & animas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit. Testamentum vetus respuunt, nouũ ex parte recipiunt, ita dicit tex. xxiiij. q. iij. ca. quidam.

Manifestum est publica vel famosa proclamatio ex certa scientia & certis autoribus proueniens. Et potest manifestum probari per multos testes vel autores, non tamen per tot quòd fiat notorium, vide gloss. in cap. institutionem. de verborum signific. libr. vj. & vj. quæst. ij. placuit. Specu. titul. de notorio. crimine. §. sequitur de manifesto. circa princip. vbi dicitur, manifestum est quod patet plũribus, sed non omnibus, sed notorium omnibus patet: & not. in l. ciues. C. de appell. per Bal. & Butrigarium.

Manifestum illud dicitur quod ex coniecturis apparet. capit. j. & ibi Abb. in ij. notab. de cleri. nõ resi.

Manifestè vel palam testari dicitur qui non in publicum hereditem nominat, sed coram testibus qui ad solennitatem sufficiunt testatur.

Manipula est quoddam ornamentum quod Imperator Constantinus Cardinalibus concessit. Alij dicunt manipulum esse minutam episcopalem. vide Spec. in rationali diuinorum. libro iij. sub rubri. de manipu. & videbis pulcherrima.

Manser est filius illegitimus proprie de scorto natus secundum Host. quasi vulgò quæsitus, vnde secundum Abb. Manseribus scortum sed mœcha notis dedit ortũ. Vt seges à spica, sic spurius est ab amica. Dant naturales quæ nobis sunt speciales. c. nisi cùm pridem de renun. in §. personæ. in fi. vbi gloss.

Mansus secundum vulgare Italorum dicitur quantitas terræ, quæ duobus bobus sufficit in anno ad laborandum.

Manualis obedientia. not. de maioritate & obedien. his qui. de restitu. spol. olim. causam. ad quam subditi tenentur prælatis suis sine scriptura & iuramẽto, vt not. in c. legebatur. de mãio. & obedien.

Manumittere, vide Emancipare.

Manumissio est datio libertatis. insti. de liber. in princ. Et manumissus dicitur qui est liberatus à manu & potestate domini. Nam quandiu in seruitute est, sub manu & potestate domini sui est, sed postquã manumissus est ab illo liberatur, ergo dicitur quasi extra manum, id est potestatem domini sui missus, & talis dicitur libertus domini sui, & dominus patronus eius.

Manumissio testamentaria dici potest quod ex causa testamenti præstatur, vel propter testamentum contingit.

Manus, pro potestate. insti. de liber. §. j. aliquando ponitur pro artificio. l. mulieris. de ver. sig.

Mappa, mensę stragulũ est, quem admodum & mantile, siue toral. Eránt q; duo genera, alterum rasum alterum villosum, hoc est in tapetis similitudinẽ contextum, quod & gausape dicitur. Martial. in distícho cuius index est, Mappa villosa: Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum. De mantili quoque villoso Virgilius in primo Aenei. dixit: Tonsíque ferunt mantilia villis. quod Seruius pro minutis exponit. Ouidius quoque in quarto Fast. Duxerat ad dextram villis mantile solutis. Florentinus lib. xxxiij. de supellectili legata. lege supellectili. Toralia, inquit, & mappa villosa. Pro quo mendose legitur. & oralia in panahosa, nihil verba. A. Nebr.

Mappa est ornamẽtũ equi, & sunt linteamina alba quibus coopẽriũtur equi Cardinaliũ cùm faciũt processionẽ. no. in auth. de consul. §. quantumcunque. Aliter capitur in l. iij. de sup. leg. vbi secundum Neb. significat stragulum mensæ.

Mariti appellatione non veniunt sponsi de præsenti in materia odiosa, secùs in fauorabili, qa tunc veniunt spõsi de futuro, vt dicemus infrà, in verbo vxoris appellatione.

Marmoris appellatione quid veniat, docet Iurisconsul. in l. quæsitum. de leg. iij.

Marte suo, abest suis viribus, & nō aliunde nisi ex sua adminiculis. l. j. C. nelic. poten. &

Masculinum concipit fœmininū, sed non econtra. Panorm. in ca. superinnotata. in j. col. versicu. nec statutū. de præben. de quo articulo diffusissimè Dec. in l. ij. de regiur. vide.

Massaritia est idem quod supellex, videlicet omne vtensile domus, cuius appellatione vestis non continetur, vt l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j.

Masticonium est domus vbi lepro si congregantur.

Mastigophori qui agonathetas comitantur in certaminibus. l. vlt. de mun. & hono. vbi Bud.

Materfamilias dicitur quæ est nō tæ auctoritatis & honestæ vitæ in domo sua: vnde nec nuptiæ nec natales faciunt matremfamilias, sed boni mores.

Materia, propriè dicitur circa quam versatur faber tignarius siue lignarius. In communiori tamē significatu dicitur de subiecta cuiusque artis materia. Paul. libro xviij. titūl. de periculo, & commo. l. quod si. Neque materia empta si furto periisset. Nebris.

Materia est vnde quid conficitur, vt in sypho metallum, in contractu consensus, quapropter sic propriè appellantur ligna, quæ ædificiorum alteriúsve operis causa habentur. l. ligni. de leg. iij.

Matertera est matris soror, vt instituit. de gradi. cogna. in ver. matertera.

Matertera magna est auiæ soror, sicut proauatertera proauiæ sororis.

Mathematici sunt qui dicunt se scire aliquam artem diuinādi.

Matricula est chartula in qua scribitur aliquid, & præcipuè liber vniuersitatis in quo nomina suppositorum conscribuntur & immatriculantur, & est diminutiuum à matre. l. matriculam. C. de agen. in reb. libro xij.

Matricularius dicitur haabens officiū pulsandi cāpanas, vel qui habet matriculare studentes.

Matricuria dicitur habens curam ecclesiæ. textus & gloss. in cap. mulieres. xxxij. distin.

Matrix ecclesia ponitur pro maiori bāptismali quæ generat baptismum sicuti mater: vt gloss. in verbo, matricem: in clemen. j. de sent. excom.

Matrimonium idem sonat quod nuptiæ, est & legitima maris & fœminæ coniunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens. xxvij. quæstio. ij. §. j. & subaudi. quo, scilicet ad propositum in quo debent esse tempore quo nubunt vel matrimonium contrahunt. institu. de patria potest. in princip. Et matrimonium est duplex, scilicet verum, & præsumptum. Verum quod contrahitur



tur inter personas legitimas per verba apta, nullo impedimento subexistente, præsumptum dicitur quando inter personas legitimas interuenit tractatus de contrahendo, vel verba apta, in euentum tamen conditionis vel arbitrij alieni & succedit copula carnalis, vt inquit Goffredus. Et non dicitur patrimonium (licet à digniori debeat fieri dominato, & tantum votum habeat vir in liberos, sicut mater. l. liberorum. ff. de verborum significatione,) ideo quia mater maius exercitium vel officium exercet circa liberos quàm pater cap. fina. de conuer. coniug. quia ante partum onerosa, in partu dolorosa, & post partum laboriosa. Igitur ad honorem eius dicitur matrimonium, vt etiam de conuer. in fine. capit. ex literis. Et notatur quod matrimonij tria sunt substantialia quæ dicuntur bona eius, vt de condi. appo. cap. vlti. & xxvij. quæstione ij. omne itaque, scilicet fides, proles, & sacramentum. Et nota quando contrahatur matrimonium, & quando sponsalia de futuro, declaratur ex significato verborum prolatorum, & actuum sequentium. Vnde verba formalia matrimonij sunt illa quando vir dicit. Accipio te in meam mulierem, & mulier, Accipio te in meum virum. c. licet. de sponsa. duo. & ca. si inter. de sponsa. Similiter est matrimoniū si quis iuraret, quòd aliquā ab hoc tempore pro coniuge teneret, & ei sicut vxori fidem seruaret, & ipsa eidem iuraret se illum pro marito habituram, ei sibi tanquam viro proprio seruituram, vt in c. ex parte. de sponsal. Nam licet ibi non exprimantur verba formalia, tamen idem est si vnum de æqui pollētibus fiat. vt l. certū. ff. si certum pet. Dicunt etiam quidam Docto. quòd verbum habituru, hic significat præteritum non futurum. Similiter dicēdo. Promitto tibi quòd nunquam habebo aliam vxorem nisi te, vel volo te, & non aliam in vxorē, vel consentio in te sicut in meā vxorem, vel promitto quòd volo te habere in vxorem, vel placet mihi te habere in vxorem, vel promitto quòd tibi seruabo fidem sicut vxori meæ, vel volo quòd ab hac hora in antea sis mea vxor, vel iuro quòd habebo te pro legitima vxore, de hoc vide xxij. quæst. iiij. §. vltimo. versic. est etiam. Item si dixerit, iuro vel promitto tibi tanquam vxori dummodo verba mulieris sequantur contrahitur matrimonium per quemlibet prædictorum modorum, vt not. ibi Spec. eodem tit. §. j. Item ibi, si dicat vir, iuro quòd tu es vxor mea, & mulier econtra,

iuro quod tu es vir meus: dicunt quidam quòd non sit matrimonium de præsenti, sed sponsalia de futuro capiendo es pro eris.ff. de verborum significat.l.verbum erit. Nam & si sint verba præsentis temporis,non tamen ad matrimoniũ apta, ergo alij dicunt quod nec sponsalia contrahantur. Sed ibi promitto, quòd te ducam in vxorem, & decetero te nebo te in vxorem, sunt sponsalia,quia sensus est, ego te ducam,& ex quo te duxero,decætero te tenebo.argu.c.ex literis. ij.de spon. Secus si non addito verbo ducam, dicat, promitto quod tenebo decætero in vxorem,etiam dimisso hoc verbo decætero, tunc est matrimonium vt ca.ex parte, de sponsa. præallega. De origine autem matrimonij, quòd sit à triplici iure,videlicet à naturali, gentium,& ciuili:vide in glo. insti. de iure natu.gent.&ciui.in princip. super ver. matrimonium, & quot modis potest impediri: vide institu.de nup. in gloss.super ver.enumerari: vbi ponuntur quatuordecim.

Matrona dicitur quæ iam nupsit quasi quæ in matrimonio conuenit.

Matrueles,sunt filij & filiæ materteræ.l.j.ad l.Pom.de parri.

Matula genus vasis ad vrinam & aquam tenendam, proinde modo muliebri continetur,vt scripsit Vlpian. in l. argumento. §. mundus.ff.de au.& arg. leg. Alio nomine matella & matellio dicitur. Plaut.in Amphi. Ne tu postulas matellum vnam tibi aquæ infundi caput?

Maturare quandoque significat festinare, quandoque est per solem digerere, vt fructus maturantur.

Maturus quis tripliciter ostenditur,vultu,gestu,voce. Speculi.in tit.de aduo. §. v. versicul. cùm autem.

Maximè quandoque dicitur comparatiuè. Aliquando pro tantũ. de fil.presby.c. ad abolendam. Aliqui legunt maximè pro magis, & sic tenetur propriè, secundum Bar.ibidẽ. Item maxime supponit idem in alio casu, sed maiorem esse rationem in expresso. C.vnde libe. l. fin. Aliquando subauditur, vt l.verum in princ.ff.pro socio. Ad primum facit.ff. de proba.l.eũ dein de in prin.& ibi maxime. de pœni.& re.cap. officij. in fin. de spon.c.sponsam.vide de hoc not.cap. præal. ad abolẽdam in addi.glos.j.& per Io.And.super ea etiam not.de hoc in ca. cùm contingat.de foro comp. in gl. j.de elect.cùm inter. & c. quoniam frequenter.§. porro. vt lite non conte.& propriè implicat idem in contrario sensu.

## De Mante E.

Mœchia potest dici omnis fornicatio



catio.xxij.q.iiij.omnismœchia, & ibi ple.

Medianum idem quod medium, verbum est architectonicum, quo frequenter vtitur Vitru. habetur hoc verbum & in l.si vero. ff. de iis qui deie. vel effud.

Mediastinus,quemadmodòm Priscianus in quinto carmine scribit à medio videtur componi, quia medias partes balnei tenet, hoc est, qui in medio luantium stat. Horatius in primo epist. Tu mediastinus tacita prece rura petebas.Acron. in media vrbe viuens interpretatur. Porphyrion in media vrbe sine balneo exponit. Vlpianus libro xlvij. titulo de iniuriis.l.item apud. Multum interest qualis seruus sit,bonæ frugi,an mediastinus. Neb.

Mediastinus seruus est ex abiectioribus, ita dictus, quia domestica quæque vilissima ministeria obire in domo cogebatur, vt ligna congerere,domum purgare, & alia huiusmodi. Hoc autem nomine inde vtitur, quia in media domus parte ad omnium aliorũ iussus præsto esse debet,de quo meminit Iurisconsultus in l.ité apud labeonem. §. prætor ait. ff.de iniu.& in l.j.ff.nau. caupo. stabula.

Medici qui dicantur docet Iurisconsul.in l.j.de var. & extraor.cogni.

Medium dicitur hæc vita. xxiij. q. iiij. hæc autem vita. & not. Io.And.in proœm.clem.

Medogrammatæi.in l. fina. C. de tabu. scrin. & logogra. libro x. sunt quos scribæ consulebant. Demogrammatei legẽdum ex libro Ton.Basil.

Melinum, de quo in l.quæsitum. de leg.iij. species est coloris.

Meloproximus, vna dictio est,& est nomen dignitatis, vt nota. in l.peculiari. C.de proxim. sacro.scrin.libro xij.

Membrana species chartæ, in qua describuntur instrumenta & alia quæ conseruatione indigent, & ideo dicitur quia de membris animalium eripitur, vt institut.de rerum diuis. in gl. §.literæ.

Mendacium, Require suprà, dolus.vnde Augustinus dicit mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi, quod sic debet intelligi cum intentione fallendi, quæ tunc ibi est,vel postea aduenit.Quãdoque enim aliquis aliquid promittit, non tamen voluntatem fallendi actum habet, sed postea acquirit.

Mendicãtes dicuntur quos in publicum quæstum intuta mendicitas vocauit, & illi reficiebantur publicis annonis. Validi autem & robusti non debent mendicare, ne miseris & debilibus panem auferant. C. de mendican. vali.l. vnic.libro xj.

xj.& in auth. de quæsto.

Mœnia dicuntur propriè ædificia murorum ciuitatis, sic dicta, quia muniunt ciuitatem. Et interdum dicuntur mœnia abusiuè omnia ædificia.

Mœniana, vt ait Festus Pompon. ædificia erãt à Menio ciue Romano sic appellata, non à mœnibus sic dictum, vt putauit somniculosus Accurs. Is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora. Hic est ille Menius qui post bona patris absumpta locum sibi seruauit vnde ludos spectaret, de quo Horatius in primo epistо. Menius vt rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis, vrbanus cœpit haberi, &c. Locus autem ille fuit Menianum, quod vltra ædificia protendebatur, in viã publicam propendens. Vitruuius libro quinto. Meniana, inquit, superioribus coassationibus collocentur. Suetonius in Caligula: Cum apparatu circi perspicientem, pauci ex proximis Menianis postulassent. Valerius de moribus non vulgaribus: C. Licinius, Macer vir prætorius, Calui pater, dum sententiæ dicerentur, in Menianum conscendit. Iabolenus de verb. signif. l. malum nauis. Qualia, inquit, Meniana, & suggrundaria essent. Vlpianus in tit. ne quid in loc. pub. l. prætor ait. Cùm quidam, inquit, velum in Meniano immissum haberet. Neb.

Mœniana dicta sunt podia & eiusmodi exterius porrecta ædificia, originem huius dictionis pulcherrimè exponit Alciat. in l. malum. de verb. sign.

Mœnium vel mœniarium idem est quod vestibulum à mœnibus septũ. Et dicitur ideo quia mœnibus adhæret, secundum Hugonem. Alij ponunt manerium.

Mensa sæpe in iure accipitur pro tabula, qua vtuntur argentarij. Inde mensarij & mensularij dicti.

Mensor est qui metitur agros, columnas, vel signa, vel homines, vel frumentum, vel mœnia iuxta castrum, vel hospitia, vel etiam qui omnia officia assignat, secundum Accur. C. de mensi. in rub. lib. xij.

Mera donatio. Require suprà, Donatio.

Mercatores, qui verè & propriè appellandi sint, vide Alciat. in l. mercis. de verborum sig.

Mercis nomen ad mobilia tantum pertinet. ff. de verb. signif. l. mercis.

Mereo, meres, merui, est militare, siue stipendium in militia facere. Lucanus in sexto: Castrorum in plebe merebat. Iuuenalis: Castrorumque æra merentem. Suetonius in Iulio: Meruit & sub Seruilio Isaurico. lib. xlix. Digestorum, tit. de re milita. pro eo quod in libris antiquis legitur merere, in recentioribus scriptum est militare. Nebris.

Meretrix dicitur quæ multorum libidini paret. xxxiiij. distin. vidua. vel cuius turpitudo publicè vænalis est. xxij. q. iij. meretrices. & in glo. ij. cap. inter operа. de sponsal.

Meritorium siue meritoria taberna, est stabulum siue caupona in quam viatores diuertunt: dictum meritorium à mercede quam soluunt. Iuuenalis: Nam quæ meritoria somnos admittunt. Valerius de duobus Arcadibus. Quorum alter, inquit, ad hospitem se contulit, alter in taberniam meritoriam diuertit. Vlpianus in tit. de iniuriis. l. lex Cornelia. Ad meritoria, inquit, vel stabula non pertinebit. Accurs. nescio quas nugas somniat, neque id mirum, cùm vigilans quid esset meritorium nescierit. Nebr.

Meritoria dicuntur diuersoria.

Merum imperium est habere gladij potestatem, ad puniendum facinorosos. Vnde merum imperium dicitur quædam summa potestas, per quam ea quæ sunt iurisdictionis maximè explicantur. Et merum dicitur, quia separatum à cognitione pecuniaria, eo quod inde nullum sequitur commodum pecuniarium, vt institu. de publi. iudi. in princ. Hæc autem sunt



meri imperij, facinorosos punire, delinquentes incarcerare, membra mutilare, pœnam capitalem imponere, & hæc pœna est triplex, vt dicit Host. de iureiu. cap. veniens, scilicet mors, exilium, & relegatio. ff. de pub. iudic. l. ij. Alia de mero imperio, vide in verb. mixtum imperium.

Mesonauta est infimæ conditionis seruus in naui, sicut mediastinus domi, de quo suprà, nam mesonauta ex eo dictus videtur quod in media naui residens omnibus prẽsto sit.

Metalla, dicuntur venæ vnde eruitur argentum, æs, & cætera quæ vulgus indoctum appellat metalla, dicta sunt autem metalla à metello, quod est scrutor siue inquiro: aut dicuntur metalla, quòd alia vena post aliam inueniatur, quod videtur Plinius libr. 34. significare, vbi scribit, quod vbicunque vna vena est inuenta, non procul alia inueniatur. Hinc metallarij & metallici dicuntur, qui sunt damnari ad metalla, hoc est effodiendam terram ex metallis. Aliquando simpliciter accipiuntur pro effossoribus metallorum, vt in libro Digestorum, titulo de pœnis, & libro xj. Codicis, titulo de metallariis. Nebr.

Metallum & æs, sunt nomina generalia mineras significantia. Et differunt metallum & opus

metal

metalli, vnde ille damnatur in metallum,qui ligatur cum ferro & onere & labore grauatur vt non liceat ei facile abire. Sed ille damnatur in opus metallicum,qui ibidem liberas habet habenas,& aliis metallum fodientibus ministrat, & illius leuior est pœna,alterius autem grauior,de quo gloss. no.instit. quib.mod.ius patr.pote.solui.§. pœnæ seruus.

Metallarij sunt qui affluentiam exercitij metallorum habent, vt C. de metal. & metallar. & procu.meta. secundum Accur. super rubr.lib.xj.

Metallarij verius dicuntur, qui metalla è terræ visceribus effodiunt.

Metallicus,idem qui metallarius.

Metassi, aliàs dicuntur metharij purpurei.C. quæ res vendi non possunt.l. prima. Vel est colòr quidam.

Metator, siue metatus, siue mensor,dicitur, qui iussu atque auctoritate principis milites in domibus incolarum collocat, siue in castris, qua parte debeat quisque tentoria figere, ostendit. Vnde dictum est castrametari.Lucanus in primo: Hesperios veniam metator in agros.In Codice Iustiniano, ti. de metatis.l.j. Si quis, inquit, metatorum nostrorum manû qua deputatur singulis quibusque domus, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitauerint,ad instar falsi criminis constituti teneantur. Nebris.

Metatores, vt ex Vegetio tradit Bud. sunt qui demetiuntur loca vbi milites figant tentoria, vel qui in hospitia in ciuitatibus præstant. Hos Italice forerios appellamus.

Metaxa,est congeries illa pensorum ex lino aut lana,quam Hispani paucis literis immutatis vocant madexa, vt in libr.xj. Codicis Iustiniani. ti. de murilegu.l.lotas in posterum serica & metaxæ. Vitruuius libro 6. De palludibus, inquit, tenues colligantur metaxæ. Nebr.

Metaxa,sericum,vnde metaxarij, negotiatores qui sericum emunt vendúntve.

Metœci,latinè incolæ dicuntur. l. pupillus.de verb.sig.

Metreta,genus mensuræ tres vrnas continens.

Metrocomia, interpretatur villa matrix,dicta à matir, quod est mater,non quod Accurs. hallucinatur,à metros,quod est mẽsura,& come villa, accipiendo villam, vt nunc vulgus loquitur.Iustinia. libr. xj. Codicis,in titu. non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneam conferre. Nebr.

Metrocomia est villæ mensura, quæ datur translatis iussu principis,vt C.de iur.fis. l. certa. vnde metros græcè, mensura latinè dicitur, & come villa,inde metrocomia,quasi mensura villæ,secundum Accurs. C.non li. habita.metro. loca sua ad extr. confer.super rubr.libr.xj.Etiam metrocomiæ sunt parochię vel diœceses.

Metropolis, interpretatur ciuitas matrix:neque dicitur à metros quod est mensura, vt imperiti existimant,sed quod de metromia diximus,à meter, quod est mater, vnde alia complura deriuantur, quæ in suo genere significant præcipuum & excellens, vt ortygometra, tetrigometra, echinometra, accentu in penultima, pro duce cothurnicum, cicadarum, & echinorum. Modestinus lib.xvij. Dig. de excusat. l.si duas. Decet autem maximo numero vti metropoles gentium.

Metropolitani à mensura ciuitatum dicuntur, quia decem vel vndecim debent sub se habere ciuitates. vj.q.iij.cano.j. Vel dicitur à meter, id est mater, quia metropolis est mater aliarum ecclesiarum, secundum glos.ibidem. Etiam metropolitani singulis prouinciis præeminent, quarum autoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt,sine quibus reliquis episcopis nihil agere licet de his quæ spectant ad totam prouinciam,secundum gl.xxj. dist. cleros.§.metropolitani.

Metus est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio,



vt ff.eod.titu.l.j.Et not. quòd licet non sit necessarium periculum esse præsens, tamen exigitur metum esse præsentem, saltem pro futuro periculo. ff. eodem tit.l.metum.ij.nam per metum non quemlibet timorem accipimus,sed maioris mali, vt in l.metum.prælleg.Et dicitur metus, quia mentem tenet vel terret seu impedit. Qui enim timet,non semper gerit in corde quod habet in ore, de hoc vide glos.ij.cap.ad audientiam. de his quæ vi met. caus. fi. Inde meticulosus,metu plenus, scilicet, qui metuit timenda & non timenda. Et distingue metus, quia alius est probabilis, qui cadit in constantem virum & animosum, & hic excusat, vt est metus pœnæ mortis,& cruciatus corporis, metus stupri & seruitutis. Alius est nõ probabilis, scilicet, qui non cadit nisi in hominem pusillanimum & formidolosum,& hic non excusat,vt in capitu. cùm dilecti.eodem titulo.

Meum est quod vendicari potest. l. Quintus. de auro & argento lega. quinetiam actiones meorum verbo continentur. l.meorum.de verb.significe.

## De M ante I.

Miles est qui iurat se non cuitaturum mortem propter reipublicæ salutem, vel qui iurauit à signis non recedere. ff. quib ex cau-

ex cau.maior.l.pen. & scriptus in matricula, vbi alij milites scripti sunt.ff. eod.titu.l.j. per totum. Etiam dicitur à malo quod sustinet pro alijs, vel à mille, quia ex numero mille hominum eligitur,vt ff. de mi. test.l.j.§.miles.Vnde secundum Azonem, miles dicitur à militia, id est duritia, vel à mille, quia de mille fortè solum vnus eligebatur in militem,& sic dicitur quasi millesimus. Et not. ad hoc quòd quis dicatur verus miles, sex sunt necessaria. Primò, vt non sit negotiator. C.ne milit.negot.l.j.libr.xij. Secundò, vt examinetur. C. qui milit.non poss.l.j.lib.xij. Tertiò, quòd ei ensis cingatur. ff.de testam.milit.l.iij. Quartò, stigma, id est nota publica, debet suo brachio inscribi vel imponi. C.de fabricen.l.iij.libr.xj. Quintò, in numero aliorum debet poni & scribi.ff.de testa.milit.l. ex eo. Sextò, quòd talis habeat priuilegium legis concessæ militibus:vnde,

Stigma, mucro, scriptum, genus, examen,sacramentum:

Hæc sex quæ dici possunt in milite quæri.

vt not.institut.de testa.milita.in princ.circa glos.

Miliarium vas erat ad coquendũ milium accõmodatum, quemadmodum pultarium ad coquẽdum pultem. Cato de re rustic. Inter orbem & miliariũ vnum digitum interesse oportet. Palladius lib.v.de re rustica: Vas, inquit,æneum, miliario simile. Pomponius lib.xxxiij. titu. de aur.& arg.leg.l.& si.Certè si cacabos argenteos habeat,vel miliarium,pro quo t,litera expuncta,lege tu miliarium. Nebr.

Miliarium simplici l, vas est quo panicium de milio coquitur,vt scribit Accurs.in l. etsi. de auro & arg.leg.milliariũ verò duplici l,dicuntur mille passus.

Mimi sunt ioculatores & alienæ personæ imitatores effectoréque,veluti histriones,& alij id genus gesticulatorum.

Miniculator, is dicitur qui literas maiusculas y hoc est initiales siue capitales ex minio libris ex atramento iam scriptis, adhibet. Vlpianus libr. xxxviij. tit.de ope.lib. l.vt iurisiurandi. Si forte,inquit,vel librarius vel miniculator, sic enim in libris antiquioribus legitur, & magis cohæret ei quod suprà dixerat librarius, & ei quod sequitur, vel calculator.

Miniculatoris nomine vsus est Vlpian. in l. vt iurisiurandi. de ope. liber. pro eo qui capitales literas manuscriptis codicibus minio aut rubrica præfigit.

Minima causa, est causa duorum aureorum, qui pro ea non datur actio de dolo, vel decem aureorum, aliàs decem solidorum,vel quæ ad sumptus iudiciales non sufficit, ij. quæst.vj. ante



anteriorum.§.illud.de hoc est glos.vnica in c.de appellation. tit.de appel.

Ministeriarij(aliàs ministeriani) dicebantur fortè à ministrando,qui præerant castris principum.C.de castrens.& minister. lib.xij.

Ministerium aliquando significat ministrum.l.in eadẽ.ff.ex quib. cau.ma.l.ij.de ser.fugit.

Minor est qui nondum impleuit vicesimumquintum annum,aliàs minor sumitur generaliter pro quolibet inferiori.

Minus,hæc dictiõ quandoq; vim non habet comparatiui, vnde minus soluisse intelligitur, & qui nihil soluit.l.minus.de ver. signif.Interdum refertur ad tẽpus quo fit, vt minus soluere dicamus qui serius quàm debebat soluit.l.si cui.de verb.sig.

Miopes latinè sonat quasi minus videntes dicas, teste Alciat.in l.inter stuprum.de verb sig.

Miraculum dicitur propriè illud quod contingit contra naturã: nam si naturaliter aliquid posset contingere,non esset miraculum:& quot sint necessaria ad esse miraculi,vide glo.Spec. circa finem.in cap.j. de religi. & vene.sanc.libr.vj. & qualiter probetur,vide Gemin.in cap.j. nume.2.& ibi in apostil.in verbo directa probatione.de confes.libr.vj.Baldus in l.solam.C. de testibus.& hæc in capitulo venerabili.eod.titu.Alexander consil.iij.volum.iiij.

Myrobrecharij,qui vnguenta vẽdunt, hoc nomine tamen propriè appellantur qui delibatos capillos gerunt. Alciat.in tres posteriores libros Cod.titu. de excus.arti.l.j.

Miserabiles dicuntur omnes illi quibus nos ex natura mouemus ad miserandum propter fortium iniuriam, puta senes decrepiti, debiles diuturno morbo fatigati, etiã si sic sunt diuites,viduæ: Etiam religiosi inter personas miserabiles,cõputantur.not.per Azo.in sum. quando Imperator inter pupi. & viduas.in fin.& vide latè Alberic.in suo dictona.in verbo miserabiles personæ.

Miscere & confundere differunt, vt not.gl.institut.de rer.diuisi.§. quòd si frumentum.

Missa solennis est illa quæ dicitur etiam non pulsatis campanis,nec alta voce,Abbas in capit. permittimus. de sententia excommunica.quod est intelligendum nisi communis vsus loquendi aliter sẽ hãberet,secundum Felin.in d. capit. permittimus.

Missilia(aliàs missalia) dicuntur donaria vel quædam præstationes,quas nouus prętor creatus mittebat in vulgus, vt quòd quisq; apprehenderet,eius fieret,& in coronatione Papæ vel Imperatoris fieri solet, vt per hoc pressura minuatur.de quo

glo.in §.hoc amplius.instit.de rerum diuis.

Missionum,id est dimissionum in re militari multa sunt genera,quæ clarè explicat Iurisconsl.in l.ij.de iis qui not.infa,

Mysterium dicitur illud quod secretam & reconditam habet dispensationem,hoc est occultam & inuisibilẽ virtutem & gratiam à Deo dispensatam & collatam.j.q.j.multi.§.heu.vbi datur differentia inter mysterium, sacrum, & sacramentũ.

Mitras enumerat Vlpia.inter vestimenta quibus mulieres tegendi capitis causa vtuntur.l. vestis.de auro & arg.leg.

Mittere in possessionem est possessorem facere,aut in possessionem ducere, vt rem custodiat:verbi gratia, contendisti mecum fundum castellanum esse tuũ,& probasti,iudex per executorem mitit te in possessionem,id est facit te possessorem.Item volui agere cum Titio, qui citatus noluit venire ad iudiciũ, iudex me mittere debet in possessionem fundi quem petebam, non vt possideam, sed vt custodiam rem, & maneam in fundo vt ipse Titius tandem tædio affectus veniat & litem suscipiat, donec probauerò illã rem esse meam, vide glo.fin.in cap.contingit. de dol.& contu.quid operatur missio in possessionẽ in actione reali & personali ex primo & secundo decreto.

Mittere in possessionem nomine ventris,est mittere in possessionem nomine eius qui est in ventre, vt cùm mulier prægnans mittitur in possessionem nomine filij vel filiæ heredis quem vel quam habet in vtero ex marito præmortuo.

Mixtum imperium est potestas media per quam ea quæ sunt in iurisdictione media explicantur.Et dicitur mixtũ,quasi ex iurisditione & mero imperio, eo quod habet cõmodum pecuniarium, & pertinet ad ipsum bonorum possessionem dare,in possessionem mittere, iubere cauere,pupillis tutores dare,& omnes aliæ pœnæ graues præter pœnam capitalem & mutilationem, vt est relegatio,fustigatio vel grauis correctio.ff.de iurisdict.omn.iudic. l.j.in gloss. & in textu.Aliter distinguitur prout recitari solet circa capitul.quod sedem, in gloss.j.de offic.ordin. Merum imperium est quædam summa potestas & alta ex publico inducta, vt gladij potestas ad animaduertendum in facinorosos,& est apud principes principaliter,scilicet, Papam & Imperatorem.Et in spiritualibus merum imperium est,vt depositio, translatio sedium episcopalium,& diuisio duarum ecclesiarum cathedralium,vel diuisio vnius in duas vt



vt in c.quod translationem,de offic.leg.vbi vide plura in glo. Sed in secularibus merum imperium est pœna capitis, (vt suprà)quæ principaliter est apud principes seculares,scilicet reges, duces, marchiones, comites, &c. Et etiam apud archiepiscopos, patriarchas & episcopos,tanquam apud missos,vt in cap.solitæ. §. subditi. de maior. & obedient. cum suis concordan. Mistum verò imperium est quædam bassa vel media potestas ex publico inducta partem capiens ex mero imperio,& partem à iurisdictione,vt est in spiritualibus dedicare ecclesias, vel altaria consecrare,& virgines velare. Et talia possunt committi non habenti iurisdictionem, vt in gloss. prælegata. & ea quæ sunt meri imperij expediuntur iudicis officio nobili, & principaliter tendunt ad bonum publicum.

Misti imperij quæ sunt,etiam expediunt iudices ex officio nobili,sed principaliter tendunt ad bonum priuatum. Sed ea quæ sunt simplicis iurisdictionis, expediuntur iudicis officio mercenario,& tendunt etiam ad bonum commune. Venit ergo ab imperio imperiolum, id est paruum imperium, quod habent iudices inferiores. de hoc notatur in capitulo si diligenti. de foro competenti.

## De Mante O.

Mobilia,licet hoc verbum passiuam respiciat significationem,& verbum mouentia actiuam,tamen pro eodem accipiuntur, nisi aliter de mente ea proferentis constet. l.mouentium.de verborum signifi. vbi Alciatus.

Moderatio importat deminutionem. Et sic not. pro statutis quæ dicunt de moderatione pœnæ ad arbitrium potestatis, quia moderatio importat deminutionem, ita Felinus in c. ex literis. versi. fallit secundò, & versicul.tertia declaratio. de constitut.

Modus,& modulus, plerunque pro mensura accipitur,vt Horatius in secundo Sermonum: Hoc erat in notis modus agri non ita magnus.Frontinus de aquæduct. Aquarum, inquit, moduli aut ad digitorum, aut ad vnciarum mensuram instituendi sunt.in libr.Digesto.xj. titul.est,si mensor falsum modum dixerit, & ibidem sæpè. Paul.libr.xxxix.titu.de damno infecto. l. damni. Eum inquit, qui modulorum aut riui faciẽ di causa.

Mulsum,potio est quæ ex vino & melle conficiuntur.Horatius primo Sermonum: Leui præcordia mulso Proueris melius. Martialis in disticho cu-

ius lemma est, Mulsum: Attica nectareum turbatius mella falernum. Vlpia. lib. xxxiij. titulo de tritico & vino legato, l. si quis. Si mulsum, inquit, sit factum, vini appellatione non continebitur. Vlpia. libr. sexto, tit. de rei vendic. l. idem. Si ex melle meo & vino tuo mulsum factum sit. N.

Modica summa, in iure variè intelligitur, de quo vide Alcia. in l. hæc adiectio. de verb. sig.

Modius est mensura sexdecim sextariorum: continet autem sextarius vncias quinas denas sic dictus q̃ sexta sit pars congij. Alcia. in l. vinatia. de ver. si.

Modiolus poculi genus. l. Seiæ, de au. & arg. leg.

Modus est moderamen dispositionis per appositionem oneris tanquam causæ finalis, vt patet ex legibus de ipso loquentibus. Et dicitur moderatio ad differẽtiam cõditionis, quæ est nõ moderatio, sed suspensio. Dicitur tãquam causæ finalis, verbi gratia, promitto vel lego vt illud facias: nam si dico promitto & illud facias, tunc non esset illud per modũ causæ, sed alterius dispositionis, & hoc capiendo modũ specialiter, sed generaliter est omnis dispositio vel qualitas adiecta dispositioni. l. obligationũ. §. modus. ff. de actio. & obliga. Fit autem modus per illas dictiones vt dũmodò, ne, id est vt non, &c. Sed quia facit causam, etsi conditionẽ, vt suprà de condi. Nam modus significatur per omnẽ dictionem vel orationem ex suo proprio significato, vel aliàs moderationem importantem, verbi gratia, dono vel lego equum, vt des illi equũ. C. de his quæ sub mo. lega. relin. l. ij. & l. cùm ab eo. ff. de contrah. empt. ibi, veluti si emptor hoc modo, vbi dicitur q̃ si emendo fundum pignori oblatum à te hoc modo dicam vt liberes, tunc liberare teneris. Et sic modus fit per dictionem vt. Etiam in dictione dummodò, eadem est significatio, vt d. l. cùm ab eo. Item in aduerbio ne, vt dicendo, Titium heredem instituo, ne fidei cõmissa ex testamẽto Sempronij retineat, quia dictio ne, exponitur pro vt non, & sensus est vt non retineat. l. cùm pater. §. Titio. ver. plane. ff. de leg. ij. Idem in præpositione ad, vt dicendo, Lego illi mille ad monumẽtum meum ædificãdum, quia sensus est vt ædificet monumentum. l. quibus diebus. §. fin. ff. de condi. & demon. Idem in dictione pro, vt lego decem pro cura corporis mei sustinenda. l. Lucius. §. final. ff. de leg. ij. Idem in præpositione in, vt dicendo, in cura corporis mei, in monumento faciẽdo, &c. Sed si diceretur lego vxori meæ in tempus liberorum



berorum, tunc faceret conditionem. Idem in dictione nomine, vt dicendo, nomine dotis puellarum pauperum, vel redemptionis captiuorum lego, &c. Vbi non significatur conditio sed modus. l. nulli. C. de episco. & cleric. Ratio, quia captiui semper sunt capti, & puellæ semper sunt pauperes: Secus si relinqueretur nomine dotis certæ personæ, vel redemptionis certæ personę, quia tũc faceret conditionem. Et idem dic in omni alia parte orationis, quæ ad hoc significatum potest adaptari ex se vel subiecta materia.

Moduli dicuntur quædam formulæ & mensuræ cemẽtariorum, per quas modi & quantitates lapidum comprehenduntur.

Molæ non supellectilis, sed instrumenti appellatione continentur. l. dolia. de fun. instru.

Moles videtur accepisse Vlpia. in l. de impen. in reb. dot. fa. pro structuris ad arcendum aquas paratis.

Molior, moliris, est moles ad ædificium aliquod coaptare. Virgilius primo Aeneid. moliriq̃ que aream & manibus subuoluere saxa. Vlpia. lib. xxxix. l. j. de noui operis nun. Qui forte in publico vel in priuato quid molitur. Inde molitio, onis, pro ipso apparatu ædificandi. vt ff. eodem titul. l. stipulatio.

Molitio, inquit, non impeditur. Demoliri verò & demolitio opponitur ei quòd est moliri, & molitio, pro eo quod est diruere & dirutio, vt in eod. tit. sępe. Ant. Nebr.

Moliri est conari. cap. quia ex eo. de pac. libr. vj. aliquando ponitur pro facere, vnde demoliri pro destruere. l. j. §. nuntiatio. ij. de oper. no. nuncia.

Mola manuaria, siue manualis, siue trusatilis, dicitur quæ ad frumenti molitura manu circũagitur, quæ, vt ait Virg. in More. Rotat assiduis gyris, & concitat orbẽ. Mola quoq; iumentaria, & ex Euangelio, mola asinaria est, quã iumenta versant. Iabo. Pris. libr. xxxiij. Dig. de fun. inst. l. dolia. Molas, inquit, manuarias supellectilis, iumentarias aũt instrumenti esse Offilius ait, Molas verò aquarias, hoc est aqua versatiles, ante Iustiniani tempora fuisse nondũ legi. Is enim in titu. de aquæd. l. j. decernimus. molæ aquariæ meminit, quam sermonis Latini ignari molendinum appellant. Nam quod legit asina molendinaria in titu. de fun. inst. l. cum delanionis, non à molendino, sed à molendo deductum est. A. Nebr.

Momentanea possessio quę & cur dicta, vide suprà in ver. interdictũ momentaneæ possessionis.

Monachi, inde dicti sunt quasi solitarij. Eugenius verò Papa videtur deducere, à voce græca

monos,quæ vnum significat,& achos,id est tristis,quia monachus debeat stare solus & tristis, vt xvj.q.cap: placuit.ij.& qui proprie appellentur monachi,& qnomodo differant à fratribus,docet Abb. in cap.causam quæ.de iudic.

Monazonium,locus in eremo,in quo monachi congregantur, monazontes verò dicuntur solitariè viuentes.l.quidam ignauiæ.C.de decur.

Moneta adulterina.i.falsa. C. de fals.mone.l.j.sicut & scientia non vera dicitur adulterina,vt in prœmio Digestorum. §. hæc autem.

Monetales triumuiri dicti sunt æris,argenti atque auri flatores. l.ij.de orig.iur.

Monetarij,qui monetam cudunt. Alias secundum Alcia.in rubr. C.de gynecia.pro quodam textrini officio accipiuntur.

Monialis est quæ professa est se velle viuere secundū regulā beati Benedicti, Basilij,vel Augustini.c.pernicioſam. xviij.q.ij.

Monogamus est vir vnius vxoris. sicut bigamus duarum vxorū.

Monomachia. Require suprà Duellum.

Monopoliū est alicuius negotiationis,aut officij superioris vnica exercitatio cū prærogatiua & singulari inito pacto, verbi gratia causa negotiationis aliqui inter se pascicuntur,ne possessio aliqua pretio minori venderetur quàm ipsi inter se constituerūt,vel vēditores panis vel cuiuscūque negotiationis inter se pacti sunt vt rē aliquā venalē vtilē & necessariam reipublicæ nō dent pro minori pretio quàm conuenerūt vendere, velne aliquos instruant in arte sua,nisi filios vel nepotes,vt ipsi solū cōmodum auris vel negotiationis faciāt & habeant. Isti enim dicuntur monopoliū exercere,& grauissimè puniendi sunt,quia directè huiusmodi cōuēctiones sunt contra principē.Et dicitur secūdū Azonē à monos quod est vnum,& polis.i.ciuitas,quasi vna negotiatio in ciuitate,vel societas vna ex pacto. Et inde dicitur monopolia pluraliter, & monopolus,& est qui vult esse solus in ciuitate venditor.s.is qui impetrat quod sibi soli liceat in ciuitate aliqua specialia vendere,emere,vel facere. Vel monopolæ sunt qui impetrant q̄ ipsis solis liceat huiusmodi facere,& in vendendis rebus certū pretiū statuere,contra quod nemini liceat vendere.Vel dicitur monopoliū a monos & poleo.i.vēdo, quasi vno modo faciēda venditio,& talia cōmercia sunt ,phibita. C. de monopol.l.vnic.& illi.conuē.negot.l. vnica. Eodē modo binopoliū dicit̄ à binopolis,& binopola quasi bino modo faciēda emp.

Mons dicitur à mouendo per contrarium quia nō mouetur ex figura antiphrasi, sicut bellū lucus,& similia,secūdū Bar.in tractatu Tyberiadis. versic. est autem mons.

Monstrum appellatur quod est contra naturā, vt Minotaurus:

Monumentū est illud repositoriū in quo mortui reponuntur.s. sepulchrum sine corpore.Et dicitur à moneo, quia extat ad memoriā defuncti.l.monumētum. ff.de reli.& sumpt.fune.

Mora fieri,quando dicatur,tractat diffusissimè Iurisconsul. in l.mora fieri. de vsur.

Moratoria cautio,dicitur quę data ad hoc vt quis differat & expectet.

Morbus est habitus cuiuscunque corporis contra naturam, qui vsum eius ad illud facit deteriorem,cuius causa nobis natura sanitatē dedit,siue in toto corpore,vt febris,siue in parte,vt cæcitas.ff.de ædi.edic.l.j. §.sed sciendum.

Morbus sonticus est qui cuique rei nocet.ff.de verbo.signif.l. morbus.& dicit gl.ibi ,cuique rei agendæ,vt ff.de ædi.edic.l. final.§.finali.ff.de re iudicata. l.quæsitum.

Mores dicuntur frequētes actus hominum secūdum Io.Thep. in princip.Decre.in gloss.& j. distinct.mos.

Mors ciuilis,æquiparatur naturali in casibus à iure expressis. glo.mag.in cap.susceptum.de rescript.in vj.& gloss.in c. placuit.xvj.q.j. Vide tamen an & quando æquiparantur per Bar. in l.ex ea parte.§.in insulam.ff. de verb.oblig.Inn.& Anton.de Butr.in.c.licet. de offic.delegat. & Feli.ibidem & Pa.in ca.cum sis.de conuer.coniug.

Morte tenus.i.ad mortem.xxxiij. q.v.notificasti te morte tenus infirmatum.

Mortis causa capitur, quod propter mortē alicuius nobis obuenit,dummodo talis acquisitio speciale nomē non habeat. l.qui pretio.& l.mortis causa capitur.de dona.cau.mor.

Mortis causa donatio.Require suprà donatio.

Mortis tēpore fuisse videtur qui in vtero relictus est.l.intelligēdus.de verb.sign.

Mortuarium dicitur quod quis reliquit in morte:vt not.in.c.cō querente.de offi.ordina.

Mortuus est rebus humanis exēptus.de offic.deleg.quamuis.& capit.fin.delegatus,eo.titu.lib. vj. Dicitur autē quis mortuus sex modis.Primo spiritualiter: & sic dupliciter, scilicet, bene & male. Bene dupliciter. Per baptismum & pœnitentiam, de consec.dist.iiij.vt ostendere tur.de pœni.distin.j.multiplex. Male tripliciter. Primo baptizatus,ab ecclesiæ tamen vnitate diuisus.de.cōse.dist.ij.Christus.Secundo baptizatus in ecclesiæ vnitate cōsistens, tamen

criminosus.iij.q.iiij.hi qui. ca. canonica.ead.cau.q.v. Tertio baptizatus & aternaliter damnatus.de consecrat.distinc.iiij. filius.Secundo ciuiliter, vt ab hostibus captus, seruus effectus,libertus in seruitutem ob ingratitudinem reuocatus. Et dicitur econtrario viuere, qui immaniter occisus est propter fidem Christi,quare mors sanctorum frequenter dicitur ab ecclesia natalis eorum, quasi tunc ad vitam nati sint. Tertio secularitèr, vt monachus. xvj. quæst.j.placuit.j. Quarto affectualiter, vt Paulus mortuus fuit, vt ait,mihi mundus crucifixus est,& ego mũdo. xxvij. quæst.j.quæ Christo. Quinto carnaliter,& sexto corporaliter,qui duo modi poni possunt pro eodem.& sic Lazarus mortuus erat.xxiiij. quæst.j.si quẽ forte.Et differunt mortuus & occisus.l. proinde.ff.ad l. Aqui. nã quilibet mortuus nõ est occisus,sed econuerso.& ita hæc duo se habent vt genus & species, vt creditum & mutuũ.l. ij.§.appellata.ff.si cer.pe.Et qui mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur. l.ij. C.de posthu.hered.instit.

Mos est longæua consuetudo,de moribus tantũ modo tractat. i c.mosaũt.dist.j.vel secũdũ Isid. mos est consuetudo vetustate præscripta. & de hac dictione not.in l.pen.& in auth.& consequenter.C.de senten.& interlo.omn.iud.

Mos secundũ Festũ de ver.sig. est institutũ patrium,pertinens ad religiones cerimoniásque maiorum.Ex quibus verbis apparet morem obseruationẽ quandam esse non lege,sed iudicio & opinione cõfirmatã,vide Budæum in annot.ad pandectas. ff.de iust.& iur.in l.ius ciuile.

Motu proprio gratia fieri censetur,quando hoc expresse cautum est in eadem, nec sufficit si probatur,quòd Papa motu proprio fecerit, nisi contineatur in literis.c.si motu proprio. de præben.lib.vj.& ibi concor. in gloss.fin.

Mouentia,vide mobilia.

Moueri controuersia dicitur non solum agendo,sed etiam resistendo.l.non solum.§. si status. & ibidem gloss.ff.de procur.& per Dyn. in §. omnium. instit. de actio.

Mox qualiter capiatur,est glo. in c.quia propter. de elect. super verbo mox.& in l.j.ff.si certum petatur.

## De Mante V.

Mucor est vitium panis,vnde dicitur,Panis mucescit,vel mucidus fit.

Mucro est ensis.de hoc vide Archi.in c.fin.de except.lib.vj. Et sumitur quandoque pro excõmunicatione,vt xvj.q. ca.visis. xxiiij.q.iij.corripiantur.

Mulcere id est lenire, placare vel blandiri.

Mulcta est animaduersio vel pœna pecuniaria arbitrio iudicis inflicta ad correctionem malorum morum. Pœna autẽ est certa imposita à lege, quam quisque euitare potest, vt not. in l. quicunque. in gloss. super verbo, vel tertio. C. de seruis fugiti.in l. mulcta. ff. de condi. & demonstra. Dicitur autem mulcta illa pœna, quæ non est à lege statuta vel expressa: nam iudices in pluribus casibus legibus non scriptis sic mulctare possunt litigantes. Ex hoc patet differentia inter mulctam & pœnam. Nam pœna generaliter sumitur tam pro pœna pecuniaria, quàm pro pœna corporali seu capitali, sed mulcta pro pœna pecuniaria & per sententiam à iudice irrogata, vnde bene appellatur à mulcta, non autem à pœna.l.si qua pœna.ff. de verbo. signifi. Item mulcta non in dicitur nisi à maioribus magistratibus, sed pœna à quolibet iudice.

Mulctare est punire in pecunia,& aliquando ponitur pro abreuiare.C.de modo mulc.l.j.

Mulier dicitur à mollitie mentis, & ideo varium & mutabile testimonium profert.facit glo.in c.forus.extra de verb.sig.

Mulieris appellatio licet propriè referatur ad corruptam. l. alioquin. de contrahen. emptio. & l.quæritur. de ædil. edict. non impropriè tamen quis appellauerit mulierem etiam virginẽ viripotentem. l. mulieris. de verborum significatio. & latiore significatione mulieres dicuntur omnes quæ fœminei sexus sunt.l.argumento.§.mulierbri.de aur.& arg.leg.

Mulio est custos mulorum. Vnde mulio agit mulos, sed agaso ducit asellos. lege idem iuris. ff.ad legem Aquil.

Mulsum potio quædam ex vino & melle.§.si duorum.Institu.de rerum.diuis.

Multi dicuntur duo aut tres. cap. iteratur. de consec. dist.ij. & l. multis.C.de libe.cau. Aliquando multi dicuntur vigintiquatuor millia. disciplina. xlv.distinct.Quandoque quadraginta.cap.latores.extra de cler.excom.Aliquando decem, vt in auth.de trien.& semis.in princ. Et quot faciant multitudinem, vel dicantur multi: vide latè per Bart.in l.prætor. ff.vi bono. rap. Et an duo dicantur multi, vide Abb.in cap.ad nostram.de reb.eccle.non alien. Et qui dicantur pauci, vide c. latores.de cler.excom.mini.

Multifariam,id est multis modis. ff.de incẽ.rui.& nauf.l.nequid. sic plurifariam, id est pluribus modis.ff.de in integr. restit.l.j. Item trifariam & omnifariam, vt ff.de mune.& hono.l. fina.§.

hæc omnia. & de cont. & com. stip. l. optimam.

Multiplicatio est quando dispositio iteratur seu multiplicatur, verbi gratia, testator pluribus heredibus institutis legat ab vno decem Titio, & ab alio decẽ, & sic de aliis à quolibet herede decem insolidum debeatur. l. si pluribus. §. j. ff. de leg. ij. quia significatum sumitur ex multiplicatione dispositionis, iuncto quòd qualitas est multiplicabilis, ideo ex qualibet dispositione debetur quælibet qualitas adiecta. Item ibi, testator ab herede instituto legat decem Titio, & si heres non erit, substituit Seium, & ab eodem legat decem eidem Titio, institutus non est heres, & substitutus tenebitur tantum ad decem ab ipso relicta vel ab instituto, quod idem est, argu. l. licet. ff. de leg. j. & l. seruo. §. si quis apud. eod. titu. Ratio, quia substitutio significat substitutum esse appositum loco instituti. Item si testator legat decem Titio in testamento, & eidem Titio legat decem in codicillis, singula debẽtur, quia multiplicatio significatur. l. quinquaginta. ff. de probat. Sed ibi testator legat decem Titio in testamẽto, post in eodẽ testamento legat Titio decem, semel tantum debẽtur, vt l. plane. §. sed si non. ff. de leg. j. quia ex eodem testamento & eadem quantitate concluditur testatorem quantitatem nonvoluisse multiplicare, nisi euidenter probaretur contrarium. Sed ibi testator legat decem Titio, postea in eodem testamento legat Titio xv. vtraque quantitas debetur. l. planè. præalleg. & à contrario sensu, cùm dicit eadem, & est ratio ex diuersitate quantitatis. Secus, si diceret, Titio cui legaui decem, volo præstari quidecim, tunc enim quindecim tantum debẽtur. Idem dic in contractibus, prout quodlibet probabile medium concludit. Item multiplicatio deberi significatur, verbi gratia, numeraui tibi decem, & incontinenti stipulor xx. illa debentur. l. si ita. ff. de noua. & delega. quia significatum sumitur ex stipulatione facta incontinenti post numerationem. Item ibi promitto tibi decem, tibi promitto x. bis teneretur, quia si intelligeretur de eisdem, promissio secunda esset frustratoria, quòd non est dicendum. argum. l. si quando. ff. de legat. j.

Multoties & toties. not. Archi. ix. quæst. iij. non est.

Mundus muliebris, vt inquit Varro, dictus est à mundicia. Idẽ & ornatus, quasi ab ore naturæ Græcis cosmos dicitur. Vnde multi fuerunt autores, quos Galenus citat, qui cosmetica, id est de ornatu scripserunt. Vlp. ff. de aur. & arg. leg. l. argumento. Mundus, inquit, muliebris est quo mulier mundior fit, & subdit quæ numerantur in mundo muliebri, de quo etiã est ti. N.

Mundus (inquit Accur.) vocatur instrumentum, in quo post factam rogationem omnia comprehenduntur: à munditia, eo quòd sine vituperatione esse debet l. cõtractus. C. de fi. instr.

Mundus muliebris est quo mulier mundior fit. l. argumento. §. mundus de aur. & arg. leg. & ibi vide quæ contineantur mũdi appellatione.

Munera patrimonialia & mixta. vide Spec. tit. de cẽsi. & exac. in prac. libellorũ. §. nunc autẽ dicẽdum, ver. quę autem sunt munera. Item munerum alia sunt sordida, vt arenæ fodiendæ, calcis coquendæ, quæ in dignitatibus constituti non consueuerunt subire. Alia sunt sordida contrario modo se habentia.

Municipium est oppidum in Italia vel in prouincia aliqua constitutũ, in quo pacis obseruandæ causa milites cõstituti erãt. Si aut in municipio nati sunt: non minus dicuntur municipales, vt l. municipes. ff. de verborum signifi.

Municipium est ciuitas, & municipes cuiuscunque ciuitatis ciues appellantur. ff. ad l. Iul. de amb. lege j.

Municipes dicuntur qui cuiuscunque municipij, maneriei, loci



ue tenent custodiam. Et dicitur à munere & capio, non obstante quod munus non capiatur. Et tamen municipes dicuntur qui in eodem municipio nati sunt, vt l. municipes, præal. Vel dicuntur qui in municipio faciunt munera, sed abusiuè.

Municipalis honor est administratio reipub. cum gradu dignitatis, siue cum sumptu, siue sine erogatione contingens. ff. de mune. & hono. l. honor.

Municipalis magister dicitur ille, qui præest municipibus.

Municeps originarius dicitur ab origine patris, non sua causa: vt in l. filios. C. de mu. & oneri. libro x.

Municipalia iura sunt quæ statuta vulgo appellamus, hoc est peculiares vniuscuiusque ciuitatis leges.

Munifices milites dicebãtur, qui munera militaria subibant, de quibus vide Alciat. in l. munus. de verb. sign.

Munificus est ille cui aliquod officium est impositum, & res munifica dicitur quasi munus faciens. l. j. C. de prædiis & omnibus nauicula. lib. xj.

Munimenta dicuntur probationes & instrumẽta, quæ causam muniunt. vide de ele. c. quãuis, in gl. fin. lib. vj. aliàs monimẽta dicuntur eo q; monent & informãt iudices quid facere debẽt.

Monimentum differt à monumẽto siue mouimento, quòd monum

numentum est sepulchrũ quod erigitur in defuncti memoriã, siue illud sit inane, siue cadauer complectatur. Munimentum verò est in ædificio illud quod ab inferendo damno defendit, dictum à muniendo. Marcellus libro vndecimo, titulo de religiosis & sumptibus funerum.l.funeris sumptus. Munimentum sepulchri id esse diuus Hadrianus scripsit, quod muniendi eius loci causa factum sit. Nebr.

Munimentum est omne quo quis instruitur & munitur.cap. eum qui.de proba. & per Archid.in c.quamuis.circa fin. de elect.in vj.& c.pia.de excep.in vj.idem dic de documentis.

Munus est duplex, aliud publicũ aliud priuatum. Publicum est quod in administranda republica cum sumptu sine dignitatis titulo subministratur, vt ff.de mu.& hono.l.j.in prin. Et differunt munus & donũ, quia munus est cùm aliquid datur causa præcedente, donum verò sine causa, vt ff.de verb. sign. l.inter donum. Et inquit Paulus in l.munus.ff.de verb. sign. munus tribus modis dicitur. Vno modo donum, Altero modo onus, inde immunitas appellatur. Tertio officium, vnde munera militaria. Inde municeps qui munera ciuilia capit. Vnde dicitur,

Dat meritum munus, sed confert gratia donum.

Munus cum causa datur, donum sine causa. De hoc etiam per Ioan.Andr.in glo.in ca.accusatus.de here.lib.vj.

Murex est quoddam genus piscis, inde murilegulus, quasi legens murices. Sunt autem murices pisces ex quorum sanguine fit attramentum imperiale in quo purpura tingebantur, secũdum Accur.in l.j.C.quæ res ven.non poss. Etiam conchilium est animal simile.

Murileguli, dicuntur qui murices, hoc est cõchilia colligunt, ex quibus purpuraceus color inducitur: nam purpurarum genera complura sunt, buccinũ, ianthinum, murex, de quibus in titulo de lega.tertio.l. Si cui lana. Igitur murileguli sunt purpurarum conquisitores, de quibus Iustinia.libro xj. Codi.titu. de moneta,& muril. Nebr.

Murileguli secundum Accur. dicuntur qui capiunt pisces, qui dicuntur murices vt suprà.

Murgiso dicitur ille qui iners est & desidiosus,& hoc intellexit Vlpia.in l. iij.§. idem Pomponius.ff.de ædil.edic. licet in incorrectis codicibus legatur morionem.

Muria salsamentum siue salsugo exudans ex piscibus salitis, qua antiquiores vtebantur ad ciborum condituras. Aliquando muria ex sale tantum & aqua macerata constabat, quæ muria dura cognominabatur: quomodo autem fiat. Plin.& Columela ostendunt. Vlpian.in titu. de pœnu leg. l.qui penum. escu-



lenta. Lacertas, inquit, cum muria tum contineri Labeo ait.

Muriam interpretantur aliqui salsuginem quæ exudat ex piscibus salitis. l. qui penum.de penu lega.

Murrha, & vasa murrhina dicebantur, quæ ex murra lapide precioso tornabantur. Lucanus: Non auro murrháque bibunt. Martial. Si calidum potas ardenti murrha falerno Conuenit. De murrha lapide Plin. libro 37. plura. Sed huius lapidis vas vnum tantum nostro seculo monstratur Venetiis in ærario diui Marci, Agatham ipsi vocant. De vasis murrhinis Martial. Surentina bibis, nec murrhina sume, nec aurũ. Et Iuuenal. Grandia tolluntur crystalla, maxima rursus murrhina. Fiorentinus in titulo de supellect. legata. l. supellectili. De murrhinis, inquit,& crystallinis dubitari potest: atque ibidem, murrhina & crystallina ex eadem materia esse. Item Pompo. titu. de auro & arg.leg. l.& si non. murrhina, inquit, vasa in gemmis non esse Cassius scribit. Nebr.

Murrhina vasa, ex murrha lapide facta.

Muscularij, aquæductus ex musculis delabentes. l. decernimus.C. de aquæduct. erant autem muscuri tubi instar muscu lorum, quibus vtebantur in bel lo ad aquandas fossas. Alciat.

Musio, id est fatuus.

Musiuarij, de quibus in l. prima, C.de excu. artifi. sunt artifices operis musiui, quod hodie quo que, licet corrupto vocabulo, vulgariter mosaicũ appellam⁹.

Mutatio capitur pro variatione.

Muratoria dicuntur vulgò diuersoria vel fullonica, quasi secreta ædificia,& ponitur etiam pro vestimentis pluribus mutationem habentibus.

Mutiana cautio, vide Cautio mutiana.

Mutilare est aliquod membrum amputare, vel aliquod integrũ detruncare, vt homini manũ, vel pedem, vel aliquod membrum auferre.

Mutus est qui propriè loqui non potest. §. item surdus. institut. quib.non est permis. facere testamentum.

Mutuum est quod alicui præstatur, vt tempore suo reddat. Et dicitur quasi de meo tuum: vnde est nomen compositum ex corrupto & integro, quia quod meum fuerat, mutuando tuum facio. Vnde res quæ ponderantur, vt argẽtum,& similia, quæ numerantur vt pecunia,& quæ mensurantur, vt frumentum, mutuari possunt. l. ij. ff. si cert. pet. §. mutui datio. instit. quib. mod.contrah.oblig. in princip.

Et mutuum tripliciter potest reconciliari, vt not. glos. institu. quib. alie. licet. §. nunc autem: & ibidem quib. mod. re. cont. obl. §. item is. in gloss. & differt mutuum à commodato, quia commodatum est de eadem re præcisè, mutuum autem est de cõsimili restitutio, vt not. gloss. ibidem, & vide ibi aliam differẽtiam notatam, & mutuum etiam dicitur esse triplex, naturale tantum, scilicet quando fit numeratio sine stipulatione de soluendo, ciuile tantum quando stipulatio interuenit de soluẽdo sine numeratione, ciuile & naturale, quando numeratio & stipulatio interuenit.

## De N ante A.

NAnciſci est aliquid acquirere, consequi, vel adipisci. Vnde nactus sum illã, id est, adeptꝰ sum vel acquisiui eã.

Nardistachys, nardi spica, l. vltim. de publica.

Natales in numero multitudinis sunt ipsa nascendi conditio, siue illa sit obscura siue clara. Plinius libro 18. Rufus infima natalium nobilitate. Cornel. Tacitus: Euscus ingens ætate, claris natalibus. Iuuenalis: Palmam inter dominas virtus natalibus æquat. Apud Iurisconsultos libro xliiij. Digest. titul. est de natal. restituen, quasi natales de natalibus claris tantùm restituantur. Nebr.

Natale dicitur scriptura cum annis Domini, & præconizata, quæ dicebat Lucium esse natum ingenuum, & sic in Legendis Sanctorum intitulatur, natalis sancti Ioannis quãdo moritur, quasi tunc nascatur nunquam moritũrus, vel dicitur prima natiuitas, quæ est de iure naturali, & omnem hominem dicit liberum: vnde constitutum est non officere manumissionem natalibus, id est, ingenuitati, instit. de ingen. in fine. Item dicimus, seruus iste restituitur natalibus, id est, libertati quam habet ex iure naturali. ff. de nata. resti. l. ij.

Natiuitas est triplex, naturæ, gratiæ, & gloriæ. Naturæ prima est in vtero, iuxta illud, Quod in ea natum est, & cap. firmissimè. de consec. distinct. iiij. Natiuitas gratiæ est secũda, quando quis renascitur per baptismum, iuxta illud, Nisi quis renatus fuerit denuò, & ca. qui in maternis, eadem distinct. Natiuitas gloriæ est quando deposita vetustate pœnæ, homo nascitur ad gloriam. c. post baptismum: eadem distin. sicut mors sanctorum natalis dicitur. cap. sanè. xxiiij. q. ij.

Natorum appellatio pertinet etiam ad nepotes. l. natorum. de verborum significi.

Natura sumitur multis modis. Primò est ius insitum rei, similia de similibus procreatis. Secundò est quidam instinctus naturæ ex sensualitate proueniens, ad appetendũ, procreandum & educandum. Tertiò est instinctus naturæ ex ratione proueniens. Quartò ius naturale, id est, præcepta naturalia. in princip. decret. §. ius autem. ibi not. Aliquando natura, id est consuetudo. l. j. ff. ad Macedon. & ibi gloss. in verbo, natura. Aliquando idem est, quod possibilitas naturæ. l. si quis posthumos. ff. de liber. & posthum. Aliquando pro diuina scientia. l. ad & si. §. si paterfamil. ff. de iudic. Aliquando pro naturali ratione insita à natura. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condictione indebi.

Naturalis dicitur filius ex concubina quæ in domo propria tenetur vnica, quasi loco vxoris.

Naturalis obligatio quæ sit, vide infrà, ver. obligatio.

Naturalis possessio quæ, vide infrà, ver. possidere.

Natus viuus dicitur qui vocem emittit, vel aliter discernitur esse viuus, & habet formam hominis, secundum Bartol. in l. quod dicitur. ff. de lib. & posthu.

Nauarchus, nauis præfectus: nam Græci vocant nauarchos, qui in classe singulis nauibus præsunt.

Naufragium est naue fracta submersio rerum siue corporum, & dicitur quasi nauis fragium, id est fractura. C. de naufrag. libro vndecimo.



Nauicularij seu naucleri sunt qui transportant publicas species, secundum Accursi. C. de naut. pub. spec. transpor. lib. vndecimo. in rubrica. Et dicuntur etiam illi qui annonarias species à susceptoribus in prouincia accipere, & Romani vel in castra vbi erant milites, deferre debebant.

Nauigium quandoque significat nauigationem, interdum & nauem ipsam, imò & rates nauigij appellatione continentur. l. prima. §. ait. de flumi. & ne quid in flumine publi.

Naulum est vectura siue pretium quod præstatur pro eadem, facta conuentione intervectores, id est, vehendos pro mercede nauigationis, cum illis qui nauigium exercent vel ducunt.

Nauſocomium est domus in qua iuuenes educuntur.

Nauta est qui ministrat in naui, vel ducit nauem eã gubernans, & ea quæ ad vsum eius pertinent, faciens. ff. nau. cau. stab. l. j. §. i j. ff. fur. aduer. nau. l. vnica.

Nautæpibatæ, in l. debet. ff. nautæ caup. stab. dicuntur qui nauem ascendunt, pro naulo, ipsi nautarum officio funguntur.

Nautica pecunia est quæ periculo creditoris in nauigio suscepto datur traiicienda. Sed quasi nautica est, cùm periculum mutuatæ pecuniæ in me recipio, si aliq

si aliqua conditio non existat, puta si piscator non capiat pisces & huiusmodi: vide glos.C. de naut.fœn.in rubr.

Nauticum fœnus est quod propter nauticam pecuniam, vel quasi nauticam exigitur. ff. de naut.fœn. per totum. & C. eod. l.cùm proponas.

Nauticus Tiberinus est qui nauigat in flumine Romæ, vehendo in Romam, vel extra vehendo ad castra, vt C.de nau.Tybe. libro xj.

## De N ante E.

Ne,pro vt, quandoque capitur. ff. de acq.pos. l. qui absenti. §.j. de hac dictione, vide C. de indic. vid.tol.in auth.cui relictum.

Nec,implicat sensum contrarium expresè, vt not.in l.iuris ignorantia.C.qui admitt.ad bo.poss. possint. aliquando ponitur pro non,vt in l.nec.ff.de fur.

Necare videtur (ait l. necare. de liber.agnos.) non tantum is qui partum præfocat, sed & is qui abiicit, & qui alimoniam denegat.

Necessariæ impensæ, vide in ver. impensæ.

Necessarij,id est,consanguinei.

Necessarij heredes,require inver. heres necessarius.

Necessitudo est parentela vel cognatio. l. non est singulis. ff. de reg.iur.vbi glos.sic exponit.

Negatiua multiplex est, scilicet facti, dicti, iuris, qualitatis, & quædam pura. Vnde negatiua facti duplex est, scilicet pura, quæ habet determinationem temporis, loci, vel alterius rei, puta quia est coarctata ad certas personas, de qua est casus in cap. tertio loco. de probatio. vbi coarctatur ad personas capituli. Et illa probari potest indirectè, verbi gratia, si instrumentum exhibeatur continens stipulationem factam tali die vel loco:argu.cap.ex tenore. de testib. Aut non habet aliquam talem determinationem, & tunc probari non potest directè vel indirectè: vnde onus probandi transfertur in aduersarium, & hoc ideo quia negatio num non sunt causæ nec circunstantiæ, quæ sunt necessariæ in probatione, vt si quis dicit se nunquam cõtraxisse cum Berta, vel non cognouisse Bertam, quæ dicitur negatiua explicita,de frigid.& malef. cap.j. Vel dicitur negatiua positio. Est enim positio negatiua implicita, vt pono q; in electione tantum quatuor canonici præsentes fuerunt, vt in cap. cùm ecclesia.de cau. posses.& propt. Quas positiones negatiuas iuris rigor repellit, sed æquitas admittit, si iudici videbitur, vt cap.j.de confess.lib.vj. Etiã ibi, si aliquis dicat se esse non citatum. Et negatiua facti mixta dicitur, quæ cùm affirmatiua implicita miscetur, vt illa, quæ habet affirmatiuam implicitè dicendo, Ego non renunciaui sponte, quasi dicat, renuntiaui coactus vel inuitus. Et hæc debet probari ab eo qui negat.c.super hoc.de renunt. Sed negatiua iuris probari potest, vt si dicat quis alicui. Non potest esse testis, debet hoc probare. Similiter si negetur emancipatio ritè facta, negans iustè factam, debet hoc probare quòd non sit facta de iure, sed contra ius, in l.ab ea parte. §.j. ff. de probat. Negatiua verò qualitatis duplex est, scilicet qualitatis intrinsecæ, aut qualitatis extrinsecę. De qualitate extrinseca, vt cũ homo nascitur, & tunc præsumitur negatiua, nisi probetur affirmatiua. Vnde si negetur scientia, probãdum est hoc examinatione iudicis. de præb. c.cùm secundum Apostolum. Si ętas per aspectum corporis. Si illegitimitas, aut is cui illegitimitas opponitur, est de hoc infamatus, & tunc cogitur se purgare. c. bonæ. præalleg. Dicendo ergo: Ille non est idoneus, nõ est legitimus, non est soluendo, &c. probari debet ab eo qui dicit: quia quilibet præsumitur idoneus, bonus, &c. nisi contrarium probetur. de præsumpt. dudum. de scru. in or.fa. c. vnico. & nisi ius præsumat in contrarium. ff. de dona. inter vir. & vxo l. quintus. ff. de proba. l. si pactum. & l. si chirographum. Etiam iudex qui habet ex officio suo cuncta rimari. cap. iudicantem. xxx. q. v. potest & debet, si viderit expedire, interrogare super negatiua. arg. est, ff. de interro. actio. l. vbicunq; & c. cùm Ioannes. de fide instru. vbi iudex facit interrogationem, quam etiam pars facere non poterat cùm esset in causa concluſum, faciunt not. per Hostien. & Inno. in c. super his. de acc. maximè super negatiua vbi agitur de salute vel periculo animæ. argumen. de re iudic. capit. lator. ad finem. Ex prædictis elicitur quòd quis in iudicio excusatur respondendo positioni negatiuæ, ideo quia qui negat, non ponit, sed remouet, siue sit negatiua implicitè, siue explicitè, quam faciunt hę dictiones, tantùm, solùm, &c. Specul. in titu. de positio. §. viij. sic probat neutram prædictarum poni posse. Nam positiones succedunt in locum probationum, vt in authen. de his qui ingrediun. ad ap. §. fina. vnde id solùm veniet in positione, quod in probatione. Sed negatiuè, (vt prædicitur) nulla est directa probatio, ergo nec positio. Et dat Baldus rationem, quia responsio ad positionem fit ad releuandum ab onere probandi. Sed positiones negatiuas non habet ne-

ceſſe probare, ergo non eſt ei reſpondendum. & ita dicit ſentire gloſſ. in l. ij. in §. quod obſeruari. C de iurament. calum. Si verò haberet neceſſe probare, tunc deberet reſponderi, vt in capit. j. de confeſſ. libro vj. Idem dicit negatiuam poſitionem eſſe in qua ponitur dictio abſque, vt not. Cyn. in l. actor. C. de probationibus. in tertia quæſt. Hoc verum quando iſta dictio aſque, venit ad excluſionem alicuius affirmatiuæ, & ita ex ſe non implicat affirmationem, ſecus, ſi implicaret illam, verbi gratia, pono quòd res fuit abſque eo quòd Titiũ tali die percuterem, quia tota die fui abſens alibi: nam talis poſitio non dicitur merè negatiua, quia oritur ex affirmatiua: ſcilicet, fui alibi. Et hoc tenet Speculator in titulo de poſſ. §. videndum. verſiculo octauo. fa. no. inſtitut. de iniur. ſtipula. §. item verborum. Item quia ponens illud quod ponit, ſi negatur, neceſſe habet probare. l. actor. præallegata. quæ eſt canonizata vj. quæſtione vltim. accuſator. Et ſicut præpoſitio negatiua (vt prædictum eſt) ſic etiam poſitio negatiua eſt triplex, ſcilicet facti iuris, & qualitatis. Et facti duplex, ſcilicet ſimplex & pura, quæ non habet determinationem loci temporis, vel rei conſimilis, vt illa, pono me non cognouiſſe Bertham. cap. primo. de frigid. & maleficia. &c. De tali etiam in cap. cùm eccleſia. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Et alia impura vel mixta, videlicet, quæ eſt certo loco coarctata, vt in c. propoſuiſti. de probatio. vbi per corporis inſpectionem probatur non cognita, & habet in ſe ſenſum affirmatiuum implicitum, vt non cognita, id eſt virgo. Et dicit Bartol. in l. quicunque præalleg. ſe ſemper defendiſſe, quòd qui proponit negatiuam, debet eam probare, etiam ſi non ſit coarctata loco vel tẽpore, quia intelligitur coarctata perſona proponẽtis. per c. plerũq; ij. q. v. j. Et hoc ipſe idem concludit. C. de ſer. fugi. l. quicunq; præalle. Ponat actor quicquid velit affirmatiuè vel negatiuè pro intentione ſua fundanda, hoc probare debet. Nota quòd antiqui doctores negatiuam probari non poſſe intellexere per teſtes. Sed hodie poteſt iudex admittere poſitiones negatiuas quæ nõ poſſunt probari niſi per confeſſionem aduerſarij, ſi ſaltem hoc videatur ei ęquum & expediens. De hoc de tempo. ordi. c. dilectus. de æta. & qualit. capit. vltim. & glo. antepenul. in capitulo j. de confeſſi. lib. vj.

Negligens dicitur quaſi nec legens, ſecundum Iſidor. libr. x. Ety. & vide Ioan. And. in cap. cupientes. §. q; ſi per xx. de elec. libr. vj. vbi ponit differentiam inter negligere, & cõtemnere.

Negligentia eſt eius quod fieri debet vel poteſt omiſſio.

Negligẽtia magna, lata culpa eſt. l. magna. de ver. ſig. vbi Alciat.

Negotiatio eſt in commerciis; ſicut negotium in diſpenſatione, vnde tam negotiatio quàm negotium aliquando ſignificant actionem alicuius rei, cuius contrarium eſt otium. Aliquando actionem cauſæ, quod eſt iurgiũ litis: & dicitur quaſi negans otium. cap. forus. §. negotium. de verb. ſig.

Negociũ facere, ſiue negociũ exhibere, quod apud Iuriſcõſultos frequẽter legitur, ſignificat moleſtiam alicui facere, & ſic eſt illud: In eũ qui calũniæ cauſa negotiũ faceret. & illud, Qui pecuniã acceperit vt faceret negotiũ vel nõ faceret, pro eo quod eſt moleſtiam.

Negotiũ eſt triplex, ſcilicet commune, publicum & priuatum. Cõmune eſt quod pertinet ad diſpoſitionẽ alicuius regionis. Publicum quod pertinet ad regimẽ alicuius ciuitatis, ſed priuatum quod pertinet ad priuatam perſonam. Et iſtis tribus negotiis correſpondet triplex diſpenſatio. f. politica, quæ conſiſtit in prouiſione pluriũ ſeu totius communitatis, & hæc docẽtur in octo libris politicorum Ariſt. Oeconomica quæ conſiſtit in diſpoſitione familiæ, & habetur in duobus libris œconomicorum Ariſt. Et monaſtica vel ethica quæ conſiſtit in regimine ſuiipſius tantùm, & illa tractatur in decem libris Ethicorum eiuſdem.

Negotiorum geſtor dicitur qui negotia ſine mandato gerit. inſtitũ. de obli. ex quaſi con. §. j.

Negotiatores in titu. negotiãtes mili. C. libr. x. intelligendi ſunt omnes quæ officinæ aut tabernæ præſunt. Marcell. autem in l. legatis. de leg. iij. ait negotiatores ſeruos dici qui præpoſiti negotij exercẽdi cauſa, vel iuri ad emendum, locandum, conducendum. Cubiculariosverò vel obſonatores, & his ſimiles non rectè negotiatores appellari.

Nemaſericum, in l. vlt. de public. §. ſpecies. capitur pro filo quod apud Seras conficitur.

Neophytus dicitur nouus in fide. xviij. diſtin. quoniã à neos, quod eſt nouũ, & phyros, quod eſt fides. Item dicitur nouus in religione. ea. diſt.

Imò verò neophytus dicitur à neos, quod eſt nouus, & phyton planta ſeu germen, quaſi dicas nouam plantam, ſeu nouum germen.

Nepos eſt filius filij vel filiæ, ſed neptis filia eorumdem. Etiam nepos capitur pro filio fratris, c. ij. de arb. & c. fundamenta. de electio. lib. vj.

Nepos posthumus est qui post mortem aui natus est superstite suo patre.

Nequam & frugi contrariam habent inter se significationem.

Nescire & ignorare differunt, vt dictum est in ver. ignorare.

## De N ante I.

Nihil quandoque est aduerbium negandi, id est non. ff. ad leg. Aquil. l. qui foueas. & C. de contrahen. emp. l. cùm ipse. Quandoque, id est non omne. ff. de acquir. possess. l. naturaliter. §. nihil. & C. de nat. libe. l. fina. Ali quando nihil, id est nullum. in sti. de suc. lib. in princip. Aliquã do, id est partũ. C. de cast. pec. l. cùm allegas. lib. xij.

Nihilominus & nihilomagis differunt, quia primum includit affirmationem, secundum negationem, vt insti. qui. non est permis. fa. test. §. j. in gloss.

Nisi quot modis capiat, vide per Dy. in regula peccati. de reg. iur. lib. vj. & l. actione. C. de trãs. Nã quando dictio nisi, sequitur negationem, tũc stat inclusiuè, & sic ponitur respectu excipiẽdi, vt in c. postulasti. & in c. sedes. de reser. c. Romana. ver. ij. de app. li. vj. Si verò præcedit affirmatio, & hoc respectu excipiẽdi, tũc priuat. c. j. de app. c. si verò. de sen. excom. cum similibus. Itẽ & si adiicitur orationi affirmatiuæ, priuat. de testib. c. de testib. in fi. Quandoque nec ponit nec priuat. ij. q. j. Hæc est ratio, nã oratio præcedens non cõplectebatur illũ casum. Interdum ponitur pro sed. xxviij. dist. de Siracusanæ. Quandoq; pro si non, vt ca. præterea ij. de appel. & c. quicunque. de sent. excom. lib. vj. Vnde quando ponitur nisi in sententiis & vltimis voluntatibus videtur induc ere cõditionem, secus in contractibus. De hoc vide per dominum Dy. vbi suprà. Et dictio nisi, componitur ex ni, id est non, & si, quasi si non. Et sumitur tripliciter Primò conditionaliter. Secundò exceptiuè. Tertiò his modis simul. Item conditionaliter tripliciter, vel quo ad resolutionem, vel quo ad dispositionem, vel quo ad ademptionem. Quo ad resolutionem ibi, vendo tibi fundum pro decem, nisi alius infra mensem attulerit meliorẽ conditionem. Nam venditio est pura, solutio conditionalis, quia resoluitur vel rescinditur si alius infra mensem attulerit maius pretium, sed non stabit venditio. l. ij. §. si in diem. ff. pro emp. Item ibi, lego decem nisi nauis ex Asia venerit intra mensem: dispositio est conditionalis, quia sensus est, si non venerit, legatum valeat & perficiatur. Similiter ibi lego nisi noluerit, dispositio conditionalis est, & legatum conditionale, & est sensus, lego si heres non contradixerit seu reprobauerit, sicut apposita conditione: si capitolium non ascenderit. l. fi. ff. de cond. insti. Item ibi, lego decem, & adimo nisi nauis ex Asia venerit: ademptio conditionalis est, & sic est sensus, adimo legatum, & nolo tenere ipsum si nauis venerit, & quia ademptio est sub conditione, videtur datum sub cõtraria conditione. l. quibus diebus. §. qui Titio. ff. de cond. & demonst. Significatut etiam exceptiuè quando eximit seu tollit aliquid quod est in oratione præcedenti, vt non sit idem ius vel idem effectus. Et hoc dupliciter, vt præmissum est, scilicet, affirmatiuè post orationem negatiuam, & negatiuè post orationem affirmatiuam, vt nullus homo currit nisi Socrates, omnis homo mouetur nisi Plato. facit l. j. C. de transactio. & l. si cum in fine. ff. si quis cautio. cum ibi notatis. Item in prædictis, vbi refertur ad resolutionem & ademptionem facit conditionem. Et significat etiam aliqualiter exceptiuè, & sic conditionaliter significat & exceptiuè simul.

Niuarium colum, vide Colum niuarium.

Nyctalopes latinè luscioſi vocantur autore Festo, horum duplex species, vt tradit Alcia. in Liber stuprum, de verb. signi. alij interdiu vident, noctu nihil: alij contrà, parum interdiu vident, vespere verò aut noctu acie acutiore sunt.

Nympheum cuius mentio in l. si quis per diuinam. C. de aquæ duct. Alc. ait fuisse locum, vbi mulieres lauabantur.

## De N ante O.

Nobilitas secundum Bart. in tractatu de nobilitate, quem composuit circa l. si vt proponitis. C. de dignit. libr. xij. ponit quatuor opiniones de nobilitate, quas reprobat. Nobilitas est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostenditur. Primò dicitur qualitas, quia potest adesse vel abesse propter subiecti corruptionem. Nam mulier plebeia nubens nobili, nobilis efficitur. l. mulieres. C. de dignitatibus. l. fœminæ. ff. de senatorib. & hi quibus Imperator de nouo concedit dignitatem, vt in eodem titulo prælegato. Ita mulier nobilis nubens plebeio efficitur ignobilis, sicut ille qui propter delictum perdit dignitatem. l. quoties. & l. iudices. C. eodem titulo. Et sic in aliquo tempore quis est nobilis, in alio ignobilis, imò in vno loco & non in alio, vt saracenus nobilis, captus à Christiano est ignobilis & seruus, & è conuerso. Dicitur illata,

quia nullus à seipso potest habere dignitatem vel nobilitatem, sed oportet quod per alterum conferatur, imò qui sua auctoritate assumeret, in crimen falsi incideret, vel in legẽ Iu. maiestatis, vt l. iij. §. fina. ad legem Iuliam maiest. & de fal. l. j. in fine. & de reg. iur. capitul. j. libro vj. Dicitur per principatum terrarum, sed principatum omnium rerum Deus, qui quandoque nobilitates & dignitates temporales immodi te instituit, quandoque aliis princeps dum recognoscens superiorem in temporalibus. Dicitur qua, quis vitra honestos plebeios, dequia plebeiorum quidam sunt honesti, qui dam viles. l. mulier. C. eodem titulo. l. licet ergo honestâ plebei sint, magis accepti, non tamen sunt nobiles, quia nobilis est acceptus vltra honestos plebeios. Et dicitur acceptus, quia nobilitas consistit in hoc quod princeps facit quem gratum, & acceptum, licet in ciuitatibus, quæ reguntur per populum, nobiles sunt interdum minus accepti, & plus puniantur in pœnarum impositione. Dicitur vltimo in diminutione, offenditur, quia si quis per mille annos & ampliùs cum omnibus virtutibus, & princeps cum lumine diligeret & acceptum haberet, tamen plebeius remanet, donec in eum collatio nobilitatis per principem, qua ostendatur acceptus vltra plebeios. Et potest ostẽsio fieri verbis expressis, hoc continentibus. l. ille autem. §. cùm in verbis. ff. de leg. ij. Quandoque etiam non exprimitur verbis, & tunc debet fieri aliquo actu hoc quasi de necessitate importante. l. pro herede. §. Papinianus. ff. de acquirend. here. vt si conceditur alicui officium quod habet dignitatem vel nobilitatem annexam, vt comitatum, ducatum, &c. Certem de nobilitate vide. in tract. Bart. de nobil. & A. Tyraque. de nobil.

Nocere proprie dicit qui nocet personæ, nõ rebus. ff. de is qui dicit, vel effu. l. j. §. hæc autem.

Nocet exponitur, id est non prodest. in auth. de appel. in princ. quandoque, id est nocere potest. ff. de sta. lib. l. Labeo in principio.

Nolle & non velle differunt, quia nolo importat præcisè resistentiam, contemptum & quandoque contradictionem, vel repudiationem, & nõ solum absentiam voluntatis sed non nolo, tantum aliqualem & nõ omnimodam importat contradictionem, vt not. Ioan. And. de offic. deleg. cap. prudentia. §. j. super verbo non velit. Et quandoque capitur nolo, vt etiam non importet præcisè resistentiam, pro non volo, vt in cap. finem litibus. de dolo & contu. ibi, nolit aut nequeat secundũ Ioan. And. & sequitur Vinc. Similiter dormiens non vult legere tunc, & tamen expresse se legere non negat, vt not. extra de spon. c. ij. Et dictio nolle cõponitur de non & vel le. Alij tamen ponunt differẽtiam dicentes ꝙ non velle significat priuat iuè, id est non esse voluntatẽ seu motũ voluntatis. Sed nolle significat positiuè, id est, esse motum, non fieri, vel non obtinere illud de quo quæritur. Et per hoc dicũt doct. quod si heres deliberando de adeundo dicit se non velle adire, hæc verba nõ significãt repudiationẽ, quia nõ vel le adire est nõ habere motum animi adeũdi, nõ autẽ per hoc sequitur ꝙ repudiet. Secus si dicat, nolo adire, quia sensus est ꝙ habet motũ animi ad nõ habendã hereditatẽ, & ideo significat repudiationẽ, facit l. hlij. §. j. ff. ad Tert. propter hoc dicit lex ꝙ inter velle & nolle est mediũ. l. nõ velle, & nõ nol le. l. j. §. sciẽtiã. ff. de tribu. act. & hoc de proprio significato verbi, sed ex circunstantiis possunt recipi alia significata.

Nomẽ pro debitore, maximè in re fœneratoria apud Iurisconsultos sæpissimè inuenitur. Seneca de vita beata. Nũquã magis nomina facio quàm cum dono. Alphius fœnerator apud Colu mellam: Optima, inquit, nomina nõ appellãdo fieri mala. Horat. Cautus nominibus certos expẽdere nũmos. Iuue. Quivenit ad dubium grãdi cũ codice nomen. Hinc apud Iurisconsultos pecuniæ in nominibus dicuntur quæ datæ sunt fœnori. In hac quoque significatione accipitur nomen ab Vlp. lib. xlviij. dig. in tit. de fur. l. si quis vxori. Si quis, inquit, seruo meo ꝑsuaserit, vt nomẽ suũ ex instrumẽto tolleret. N. Nomẽ quandoq; idẽ est quod ius debitoris, vt ff. de re iud. l. à divo pio. vbi dicitur ꝙ primò debẽt venire. i. vẽdi mobilia, secũdò immobilia, tertiò nomina. i. iura debitorũ condẽnatorũ, & specialiter in §. sic quoq;. & seq. Itẽ quãdoque nomẽ idẽ est qđ fama, vt dicendo, Melius est habere nomẽ bonũ, quàm vnguenta pretiosa. Eccles. 7. Etiã quãdoque capitur pro nomine rei proprio vel appellatiuo, & sic dicitur, Nomen cõsonans, debet esse rei. instit. de do. §. est & aliud genus.

Nomeꝝ etiam aliquando significat agnationem, vt cum prohibemus fundũ de nomine nostro exire. l. is qui. de leg. iij.

Nominator. i. electo, officialiũ, vt C. de petic. no. l. j. & ij. lib. xj.

Non, significat negatiuè comuniter, quia est aduerbiũ negandi. Quãdoque tamẽ etiã significat affirmatiuè, vt ibi, Promit

tis mihi x.&respondes,cur nō? l.j.§.j.ff.de verb.obli.Nam sensus est q̄ promittis & cōsentis, significato sumptoex dictione quare,iuncta dictioni nō,quasi diceres,non est ratio negādi.i. assentio.Et idē ibi, si interrogatus an velim adire hereditatē mihi delatam,respondeam cur nō? videor adire hereditatem: Secus si dicerem,hæc hæreditas non displicet.Nam tūc non videor adire: quia non sequitur,non displicet,ergo placet, quia est medium inter displicere & placere,scilicet non placere.sic est medium inter nolle & velle, scilicet non velle. Etiam quandoque duplicatur dictio non,& tunc significat affirmatiue.l.duobus. ff.de verb. sign. Nam duæ negationes faciunt vnam affirmatiuam,quia negatio destruit negationem nisi probabili medio proferentis inferatur voluntas: vt l.j.C. de ser.fugit.& C.de off.præfec. vrb.l.quod promulgatis.de iureiu.c.& si Christus. in princ.

Non, particula negatiua turbat sensum adiecta,in tit.de offic. proconſ.Legatus,inquit, mandata sibi iurisdictione iudicis dādi ius nō habet.Cæterum in Pandectis non,particula nō habetur.Notauit primus hūc errorem Angelus Politianus in quadam obſeruatione eius cēturiæ, quam vnicam nobis videre contigit. Ant. Nebriſ.

Non admitti ad partem, capitur pro ipso quod est non admitti facta distributione à parte,quādo pars cui facta est non admititur, vel ideo quia in rerū natura non est,vel quia alias admitti non potest, verbi gratia, legatum relictum est mihi & posthumo. Posthumus existēs in vtero, licet non admittitur ad partē,significatur tamē mihi tantum admittendū ad partē.l. si duobus.in princ.ff.de lega.j. Ratio,quia mihi pars tantū relicta est.Et si dicatur,deficit cōiūctus,quia non admittitur, ergo pars eius mihi accrescit ex dispositione legantis: vt pater in materia coniunctionū,& sic admittar ego ad totū. Respondetur q̄ non deficit cōiūctis in casu præmisso,quia est spes eū nasci & atque ita admitti. Sed vbi legatur mihi & illi qui non est in rerū natura nec esse speratur,admittor ego ad totū.l.si duobus.præalleg.§.fin. Ratio, q̄a pars cōiuncti omnino deficit.Idem ergo in omni casu in quo pars totaliter deficit, vel quia coniunctus moritur ante testatorē,vel relictū est posthumo qui nascitur abortiuus, vel si cōiunctus repudiat,quia tūc pars cōiuncti omnino deficit, & ideo propter coniunctionē alteri parti accrescit. Significat ergo non admitti ad partē ipsum coniunctū,ad partē tantum,vel ad totū admittēdum, prout



prout hoc quodlibet medium probabile declarat.

Nosocomion, interpretatur infirmorū siue ægrotantiū villa: nānosos interpretatur morbus, & come villa.Hiero. ad Oceanum de epitaphio Fabiolæ: Primo omniū nosocomion, id est languentū villam instituit.Iustinianus in Codice. tit. de sacrosan. eccle. Nosocomia, inquit, vel brephotrophia. Item coll. j.de nō alienando nosocomion vel brephotrophium. Nosocomos verò appellatur qui præsidet nosocomio, vt collat. ij.de non alienandis,&c.

Nosocomion locus est cōstitutus propter pauperes ægrotantes & languētes in quo infirmisalimenta submini strantur, de eo meminit Imperator, in l.illud. §.j.& in l.pen. C. de sacrosanct. eccles.& in authen. de alien.& emphyt.§. emphyteusis.

Nota est idem quod infamia.l.j. ff.de is,qui notan.infamia.

Notabilis; id est notatus vel infamis.c.ex parte A.de testib.

Notæ sunt signa scripta quib⁹ aliquid significat, nō tamen sunt literæ.l.sed cum patrono.§.fi.ff. de bo.poss.& ibi Alex.& lxxvij. dist.c.monachus.& ibi glo.Notæ etiam cicatrices dicuntur.l. ij.de ser.fug.

Notare quandoque est reprehēdere.c.ij.de sortile. Quādoque infamare.c. accedēs.de purg. canō.Quandoque considerare.c. cum olim.ij.de offic.deleg.

Notarius, non est qui vulgo putatur,hoc est tabellio, sed qui excipiens verba dictantis per notas & compendia scribit. Talis describitur à Martiale in distichō cuius index est,Notarius: Currant verba licet, manus est velocior illis: Nondum lingua suum, dextra peregit opus.Paulus libro xxix.digesto. titulo de militari testamen.l.Lucius Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictauit, & antequā literis perscriberetur, vita defunctus est. Ergo per notas intelligendum est, per literarum compendia, hoc est breuiaturas. Ant.Nebriſ.

Notarius est publica persona,quia eius officium ad publicā vtilitatem inuentū est,& dicitur à notando,quod est negotia hominis publicè & authēticè in publicam & authenticā formam redigere. Et idem dicitur scriba à scribendo, & tabellio seu tabellarius, à tabula. Require suprà locis suis.

Nothus dicitur illegitimus,& prius de adulterio natus,sicut dicitur notha febris,quæ affligit, vt quartana: vt not.glo.in §.personæ verò.in fin.c. nisi cum pridem.de renun. Etiam dicitur à nota, id est infamia, quia talis infamiam incurrit.

Notionis verbum generale est, & non solum ad eos pertinet

qui iurisdictionem habent,sed & qui simplicem cognoscendi facultatem.l.notionem.de verbo.sign.vbi Alciat.

Notitia nostra triplex est, quædam per auditum:quia scire dicimur quod ab aliis audiuimus,alia per visum,quando negotio interfuimus. can.hoc videtur.xxij.quæst. v. aliam habemus ab hominibus fide dignis per literas authenticas, quos non est verisimile mentiri: argum.cap. j. §. ij. extra de postu. Est & alia iudicialis: vt per testes & similia: vt not. per Garsiam in capit.cupientes.in prin. de electio.in vj.

Notorium est triplex. Quoddam est notorium præsumptionis, scilicet quod est euidentia iuris vehementis præsumptum, vt paternitas, filiatio: vbi non requiritur alia probatio. capit. quoniam.de fil.presbyte. Nam hoc quod quis sit alicuius filius non potest vere probari. l. Lucius. ff. de condition. & demonstra. Vnde filius est quem nuptiæ demonstrant. ff. de in ius vocan.l.quia semper.in fin. Nam si vir &, vxor aliquem infantem nutriuit, & dicunt eum filium eorum esse, tunc præsumitur eorum filius. Est ergo notorium præsumptionis, euidentia rei euidenter à iure præsumpta. Aliud est notorium iuris:& est clara iudicialis confessio, inconuincibilis probatio, & irretractabilis definitio, de quo,scilicet notorio quis damnatus est, vel in iure confessus. Et sic illud est duplex, videlicet per confessionē factam in iure, & per sententiam iudicis, vt in capit. vestra. de cohab.cler.& mul. Tertium est notoriū facti, scilicet quod commissum vel factum nō dubitatur à populo, vel maiori populi parte, & per euidentiam rei nulla potest tergiuersatione celari, nec oportet q̄ omnes circunstantiæ facti sint notæ, vt cap. vltimo. de cohab. cleri. & mu. cap. cum dilectus. de purga. cano.in fin. ij.qu.j.de manifesta.& can.sequen. Et illud notorium est triplex, scilicet secundum triplicem distinctionem facti, quoddā est facti permanentis. & continuati vt quod Deus solis stat in palatio Papiensi continuē.cap.dilecto.de appella. & illud non indiget probatione. Aliud est facti transeuntis:vt quod quidam in publico palatio occiditur coram populo. Tertium est notorium facti interpellati: vt quia vsurarius vna die tenet mensuram paratam, alia non. Et illud sic describitur, est quoddā intellectuale & notū, sic quòd non potest aliqua tergiuersatione celari: vt quod presbyter cognoscat concubinam, cum qua habet animalia gradientia circa focum panem



nem poscentia. De hoc plenius not.per doctor. in capit. vestra. prælleg. vbi tractatur materia notorij, quæ est adeo intricata:quod dicit Ioan. de Lign. & Antonins de Butrio, quòd multi loquuntur de notorio,& quid sit notorium ignorant.Et in concilio Basiliensi, in sessione xx.additus est quartus, modus vltra tres communes notorietates,scilicet quando sacerdos mulierem de incontinentia suspectam & infamatam tenet,& per suum superiorem ad monitus ipsam cum affectu nō dimittit,vt in decre.quod incipit,Quicunque clericus.Et nota quod moderni ponunt nouem genera probationum quę in iure formaliter differunt: vt sunt argumentum, præsumptio, iudicium, fama, rumor, pone occultum,occultū,omnino, manifestum, & notorium. Vnde argumētum est ratio rei dubiæ faciens fidem,de hæret. cum ex iniuncto,de verborum significatione, capitulo fotus. præsumptio est quoddam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circunstantiis insurgens.de præsum.ex studiis. De illa quæ est iuris tantum,& quæ est iuris & de iure, notatur in c. is qui fidem.de spon. vbi glossa no.de quintuplici præsumptione. Indicium est medium intellectuale ex aliqua singulari circunstantia insurgens.C.& ff.de rei vendicatione. lege indicia. Fama est illæsæ dignitatis status, vita & moribus comprobatus.Hoc verum de fama hominis,sicut infamia est læsæ dignitatis status vita & motibus reprobatus. Sed fama de aliquo negotio est medium veritatis eliciendi, & communis clamorosa insinuatio insurgēs apud totam vel maiorem partem populi: ex incerto autore proueniens. Rumor est particularis insinuatio clamorosa, ab incerto auctore consurgēs. Penè occultum est quod probari potest,sed difficulter. Occultū omnino est quod nullatenus probari potest, & subiicitur iuri diuino. de sumo. capitulo sicut. sexta quæstione prima si omnia.Manifestū dicitur quod de facili probari potest. Et notorium suprà descriptum est: de quo etiam datur exemplum de statua & percussione: vt no. in c. super eo.de test. cogen.& in l.ciues.C. de appel.

Notoria apud iurisconsultos veteres sunt nunciationes quas ad hoc publice constituti irenarchæ præsidibus faciebant de delictis quæ committebantur.l.ab accusatione.ad senatul consul.Turpil.

Nouale est terra præscisa.l. sylua. §.noualis. de verborum signif. pro scissa quæ per annū cessat. Alij dicunt q̄ est sylua quæ arboribus extirpatis ad cultum redig

redigitur, & fieri nouale dicitur,& vtraq; illarum interpretationum colligitur ex legibus ciuilibus. Sed apud notarios Romani põtificis nouus vsus obtinuit q̃ nouale etiam dicitur ager de nouo ad agriculturam redactus,de quo non extat memoria quod aliquando cultus fuisset,vt in c. quid per nouale. de verb.sign.vbi de hoc.

Nouatio est prioris debiti ac prioris obligationis partibus hoc volentibus expresse in aliam obligationem transfusio vel trãslatio: verbi gratia, debui tibi centum aureos sub cõditione si nauis veniret ex Asia,placuit inter nos nouare obligationẽ: vt illud quod dedi tibi sub cõditione, purè & sine cõditione debeam. Hoc est nouatio, ita quòd prior obligatio conditionalis transit in posteriorẽ p̃ nouationem.Eodem modo pone exempla in similibus, vt ff. de noua.& C.eo. tit. per totum.

Nouellarũ liber authẽtic⁹ est, de eo fit mentio extra,de testi.c.ij.

Nouellarum, vinea nouellis vitibus consita. l. veluti. de impen. in reb.dot.fa.

Nouerca dicitur quasi nocens arcus, vel quia est noua arca sine fructu.institu.de nup. §. foctũ. Et dicitur vxor patris naturalis vel adoptiui.C.ad legem Falcidiam.l.licet.

Nouitius dicitur aliquando habito respectu ætatis. l. præcipiunt.ff.de ædil.edic. quandoque ex qualitate seruiendi. l. final. eod.tit. quandoque qui minus vno anno seruiuit. l.fin. §. quoties.ff.de publi.

Nouum dicitur quod non est vetus.l.vetus.ff.de vin. tri. & oleo leg.puta quod est ante annũ. l. fin.§.quoties.ff.de publi. quandoque dicitur quod est ante biennium.l.qui agros. C. de omni agro deser.lib.xj.Aliquando dicitur nouum,quando extat memoria,& eius cõtrarium dicitur vetus.l.j. §. finali. ff. de aqua plu.arcen. Aliquando dicitur nouum , licet sit aliquid de veteri.arg.l.prætor.§. finali. ff.de dam.in ec.& §. sed si eadẽ. insti.qui.mo. tol. obli. Nouum aliquando,id est vltimũ. c.cum marthæ. de celebra. missa. non quod ab initio est statutum. cap. cum venerabilis. extra de cens. Item dicitur noua hereditas quantumcunque lege, statuto, vel Senatusconsulto deferatur, excepta lege xij.tabularũ, quæ dicitur vetus.l.j. ij.& iij. §. nouo.ff.de petit.hered.& l.j. §. capitis.ff.ad Tertyl. & institu. ad Orfi.§.sciendum.

Nouus homo dicitur seruus manumissus postea in seruitutem redactus l.si seruus.in fin. ff.de admen.leg.Dicebantur & homines noui,teste Budæo in annotationibus ad Pandectas, in lege secunda. ff. de origine iuris, qui ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant terræ filij, & velut à sese orti.

Nouum opus facit, qui aut ædificando, aut destruendo,aut foueam faciendo, pristinam faciem operis immutat. Secus si vetus reficiat , vel incrementũ imponat,quia tunc non videtur nouum opus facere. ff.eod. titul.l.j.§.nouum. & §.si quis ædificium.

Noui operis nuntiatio,secundum Host. est illi qui de nouo ædificat , in præiudicium alterius, legaliter facta prohibitio. l. j. ff.de no.oper. nun. Et pertinet ad ea tantũ quæ sunt solo coniuncta: vt in l. j. præallega. Fit autem tripliciter. Primo solo verbo, dicendo , Nuncio nouũ opus, & hoc in loco ædificij ipsi domino noui operis.Secundo per iactum lapidis vel lapilli. Tertiò per iudicis prohibitionem. Primo modo nuntians perdit possessionem , & facit aduersarium possessorem , verbi gratia,voluisti domum ædificare in fundo meo,& nuntiaui tibi quòd non faceres,dicendo,Nouum opus nuntio, id est prohibeo.Nuncians verò secundo & tertio modo retinet possessionem , secundum Bern. in c.ex parte. de verb. sign.

Nouum opus nunciare est prohibere ne ædificiũ fiat, vt quando nuntio tibi ne ædifices in fundo meo, vel per iactum lapilli,præsentibus testibus. Hæc nuntiatio habet talẽ effectum, quòd si ædifices ibi spreta nuntiatione mea,absque hoc quòd caueas de opere demoliendo, seu destruendo, si te apparuerit iniustè ædificare, quicquid postea ædificaueris , siue iustè, siue iniustè, totum debebit destrui: vt l.j.præallega. §.opus nouum. & §. nuntiamus. Et si aliquid in publico fiat, omnes ciues opus nouum nuntiare possunt. Nam reipublicæ interest quàm plurimos ad defendendum causam suam admittere. l.iij.in fine.ff.de noui ope. nuntiat.Et dicitur in §.opus, præallega. quòd hoc edictum non complectitur omnia opera: vt suprà,de interd.

Noxa dicitur quod nocet vel nocuit,vt ceruus aut aliud animal nocens.vt ff.de noxa. act.in rubri. Item adde quòd noxa aliquando pro peccato, aliquãdo pro pœna. extra de rescrip. cap. statutum.lib.vj.

Noxales actiones quæ, vide suprà,in ver.Actio noxalis.

Noxia dicitur ipsum delictum, maleficium vel damnum datum. Vnde,Noxia delictum, delinquens noxa vocatur, vt inst. de noxa.act.in glos.



## De N ante V.

Nudum potest dici quod non est vestitum.rei traditione. l. traditionibus. C. de pac. vel quod non

non est vestitum pignore vel fideiussore.l.sancimus.C.de verbor.significat. Item dicitur nudum quod est fictitium,&simulatum, vt venditio nuda.l. nuda.ff.de contrah. empt.& quod est sine fructu,vt nudus vsus.l. prima.ff. de vsu & habit. & qui non tegitur aliquo tegmine. c. felicis. & ibi glos.in ver.nu.de pœ.in vj.

Nudum pactum, vide infrà: ver. pactum.

Nullatenus,vide in clem. vnic. de sequestr.possess.& fruct.in glos. in verb.nullatenus.

Nullitatis sententiæ sunt multi modi,vt not.Ioann. Andr.de re iudic.c.j. vbi remittit ad Specu. de sent.prolat.§. iuxta. Et sententia nulla non meretur habere nomen sententiæ, de re iudi. cap.fin.lib.vj.ff.eod.titu.l. iiij.§. condemnatum,& est glo.fin.in clemen.vnica. de sequestratio. præallega.

Numerata pecunia duobus modis dicitur. Vno modo respectu creditoris, qui propriè dicitur numerare pecunias debitori,vt sibi reddantur.Alio modo respectu debitoris, qui propriè dicitur soluere creditori, & impropriè dicitur numerare cùm soluit quod debet. Datur autem exceptio non numeratæ pecuniæ à creditore principali debitori vel fideiussori. Sed numeratio pecuniæ largè ponitur hic pro omni re quam quis numerauit vel soluit.

Numerus pro ordine,& turma,vt de numeri militum.l.j. de bon. poss.ex testa.milit.

Numerus pluralis an & quando verificetur in vno vel duobus: Dyn.in cap. pluralis. de regulis iuris in vj.& an & quando resoluitur vel restringitur in singularem, vide per Bartol. in l. penultima.C.de impub.& aliis substi. Item numerus pluralis quando geminat vel inducit plures singularitates. Bartol.in l.falsa.§.fina.ff.de condit.& demonstr.cum aliis iuribus.

Numisma secundum quosdam est idem quod moneta currens & specialis, vel est idem quod nummus. Sed olim numisma & aureus & solidus auri idem erant. vt C. de vete. numis.por. l.j.lib. xj.& C. de spor. l. ij. & in Euangelio Matthæi. Et dicit Philosophus lib.v.Et hic, quòd numisma factum est non ex natura rei,sed ex lege.

Nomisma passim legas per o, in prima syllaba, non per u, ita enim Græci efferũt. Cæterùm qualiter institutum sit, vide Bud.in annot. ad Pandect. in l. ius ciuile.ff.de iusti.& iure.&ff. de contrah.empt.ad l.j.

Nummularius est nummorum numerator vel mallearor, quoniam & ipse accipit pecuniam & erogat sicut campsor, & inde facit scripturam, ad quam frequenter recurritur in dubio



bio,vt per eam data & accepta probentur. Hic etiam argentarius dicitur,vt suprà, in litera A, vbi de differentia numularij & argentarij ex Alciato.

Nummus id est denarius, de quo dicit Philosophus v.Ethi. quòd est mensura omnium rerum: quia est fideiussor nobis in omni necessitate, pro qualibet re qua indigemus.

Nunc,not.Archi.lxiij.distinc.ego. & glos.xxiij.q.v. si audieris.& similiter de offic.deleg. ca.prudentia.§.sexta.

Nuntius est qui vicem gerit epistolæ,& qui sine mandato literis mittitur, qui est velut pica & organum,& vox domini mittentis ipsum ,& largè quilibet nuntius potest dici procurator,sed non econuerso.

Nuncupare est palam nominare vel vocare & confirmare, secundum Isidor.libr.v. Require infrà, Testamentum nuncupatiuum.

Nuncupatio est quam in cereis tabulis recitat testator,dicens, quòd hoc vult in his cereis tabulis quę scriptę sunt ita dico, ita lego, ita quòd vos ciues mihi testimonium perhibeatis.

Nundinæ,sunt generale forũ, ad quod vndique homines confluunt & concurrunt.C.de nundi.l.vnic.& l.clam.§.qui ad nundinas.ff.de acq.poss.Aliquando etiam nundinæ dicuntur epulæ, l.cùm societas.ff. pro socio.

Nunquam quandoque idem est quod raro.j.q.j.nunquam.

Nuptiæ sunt matrimonium , vel viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitę consuetudinem retinens, diuini & humani iuris cõmunicatio. xxx.q. v. nullam. Et dicuntur nuptiæ ex eo, quòd nubentium capita in solenni benedictione velabantur,& quasi nube cooperiebantur,ea.quæstio. nostrates. & ca. fœminæ. Et illud indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, tantum valet,sicut consortium omnis vitæ , & hoc quãtum ad propositum , quia hanc intentionem habere debent, vt perpetuò simul manere debeant.

Nuptiæ incestæ dicuntur inter collaterales & affines, nefariæ verò inter ascendentes & descendentes , licet lex quandoque his dictionibus promiscuè vtatur,vt not. glo.in authen.de incest.nupt.circa princip.

Nuptiæ secundę dicuntur omnes quæ sequuntur primas, licet sint tertiæ, quartæ,vel quintæ, &c.vt quando aliquis nubit alicui post primas nuptias. C. eodem tit.l.si quis.§.tale.

Nurus est vxor filij,& eius appellatione pronurus, & deinceps continetur.ff.de verb. signific. nurus.& etiã sponsa. ff. de gra. cognat. l. Labeo. & l. Seruius. contrarium videtur institut.de nupt.§.affinitatis.

Nutriri est paruulorum, alimaiorum,

iorum.glo.in l.penul. de iis qui sunt sui vel alieni iur.

Nutricium dicitur quod datur nutricibus pro mercede.

Nutus est voluntas signis declarata,veluti oculis,capite,manibus.l.nutu.de leg.iij.

## De O ante B.

OB, id est propter. ff. rem rat. habe.l.si sine.§.qui patris. quãdoque subauditur. ff. quod met. cau. l.non est verisimile.§.primo.

Obaudire, est quasi de mente deducere, secundum Ioan. Andr. de electio. libro vj. cap. fundamenta.

Obex,pro oppositione.l.adulterij accusatione.C.de adult.

Obiter,id est statim.ff.de rescind. venditio.l.prima.in fin.aliàs significat incidenter.

Obligatio est iuris vinculum,quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ, secundum nostræ ciuitatis iura,institu. de oblig.in princip. Et est duplex, scilicet ciuilis & prætoria. Ciuilis est,quæ aut legibus constituta , aut certo iure ciuili comprobata est. Sed prætoria est , quam prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honoraria vocatur , differt autem ab actione , & contractu: quia contractus est verborum conceptio vel consensus , obligatio autem est quæ inde nascitur: at actio est quod postea inde surgit,& sic nullum est alterum,vt not.glos.instit. de obligat.§.vltimo.

Obligatio naturalis est quæ ex iure gentium per consensum oritur. Est autem multiplex, vt docet Bartol. in l. ex hoc. de iustitia & iure.

Obligatus dicitur, qui exceptione tueri se non potest.l.vel obligatus.§.j.ff.de lib.causa.

Obolus,ponderis genus est,quod sex siliquas continet,de eo meminit tex.in c.iudices.j.q.j.

Obrepere,est quasi latenter subintrare.lxj.distinct.nullus inuitus.de celebra.missa.cum creatura.& c.ne in agro.in princ. de statu monac.

Obreptio, id est mendacium. l. sinautem.§.j.ff.de nego. gest.& est mendacium fraudulosum. l.sed & si patronum. ff. de in ius vocand. & propriè consistit in facti narratione , non iuris. l.cùm verò.§.subuentum. ff.de fideicom.liber.

Obreptitium rescriptum,& obreptio.Require infrà rescriptum.

Obriziati dicuntur solidi de bono auro multipliciter excocto. l.vniuersos.C.de vete. numism. pot.lib.xj.& l.j. C.de vet.oloueris,libr.xij. licet in vtroque loco mendosè legatur. Et ideo aurum obrizum refert Suet. Neronem exegisse.

Obscuritas est illa quæ fit in dictione , sed ambiguitas quæ fit in oratione,vt not. glos. iij. in l. veteribus.ff.de pactis.



Obscurus quandoq; ponitur pro vili,vnde obscuro loco natus dicitur ignobilis,vt in authẽ. de defen.ciui.in prin.&l.pen.ff. de concub.

Obses vocatur ille qui iurat q̃ nõ recedet de certo loco quousque fuerit satisfactum.

Obsidianus lapis ab Obsidio quodam inuentus dicitur, de quo Plin.libr.36.In genere vitri & obsidiana numerantur ad similitudinem lapidis,quẽ in Aethiopia inuenit Obsidius nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu atque in speculis reddente prõ imagine vmbras. Idem libro 37.Inueniuntur & gemmæ eodem nomine ac colore , non solùm in Aethiopia & India sed etiam in Samo & in litoribus Hispanienſis Oceani.Meminit eiusdem Sueton.in Augusto. Pomponius lib.xxxiiij. dig.tit.de au.& arg.lega.l.etsi. §.perueniam⁹. Gẽmæ, inquit, sunt perlucidæ materiæ,velut smaragdi: Lapilli contrariæ superioribus naturæ,vt obsidiani,non abasiani,vt in codicibus recentibus legitur.

Obsidianus lapillus dictus ab Obsidio inuentore.l.etsi.§.perueniimus.de aur.& arg.leg.§.vlt.

Obsonatores, dicuntur qui obsonia emunt,hoc est cibos recentes ex macello,foro boario,foro olitorio , aut eiusmodi locis. Seneca libr.6.epist. Adiice obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est. Martial.in districho, cuius lemma est,Obsonator: Die quotus es, quanti cupias cœnare,nec vnum addideris verbum,cœna parata tibi est.Marcell. titu.de legatis iij.l.legatis seruis.Cubicularios, inquit, obsonatores,Accursius,vt est in excogitandis ineptiis diligentissimus, obsonatores dupliciter exponit,aut qui domino præstant silentium dum dormit, quasi à somno dictos , aut qui canunt dum cœnat dominus, quasi à sono vocis. N.

Obsonium dicitur quicquid extra panem & vinum in cibo apponitur:vnde obsonator qui obsoniis cõparandis præpositus est.l.legatis seruis.de leg.iij.

Obstinatus est qui post inspiratio nem , & reuelationem sibi factam,in eo quod errauerat,perseuerat.viij. distinc. consuetudo.in fine.

Obstruere luminibus,idem quod luminibus officere.Budæus in Pand.l. æquissimum. de vsufr.

Obtemperare est obsequi vel obedire.ff. si quis ius di.non obtemp.in rubro & nigro.

Obuentiones & redditus pro eodem accepisse videtur Vlpia. in l.j.de exercito. Accurs.verò distinguit vt ibi in §.exercitorem,aiũt redditus certiores esse, obuentiones plerunque

contingere.

## De O ante C & E.

Occasio differt à causa, vt in c. solitæ. de maio. & obed.

Occidisse dicitur & qui mortis causam præbuit. l. ita ad l. Aquiliam.

Occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, quod & ipsum multifariam fit, vt in l. qua actione. ad l. Aquil. & l. j. §. occisorii. ad senatusc. Sylla. odio, in mente & corde: detractione in ore. c. homicidiorum de pœn. dist. j. & panis subtractione. c. pasce. lxxxvj. dist. & nō corrigendo delinquentes: quia cùm pastor non corrigit delinquentes, tacendo occidit. cap. ephesiis. xliij. dist. in.

Occultum omnino (vt præmissum est) dicitur, quia nulla ratione probari potest. & tale vocatur secretum vel latens. vide infrà probatio.

Occultum penè est quod per paucos probari potest, & quod paucis sciunt, vtputa quinque. de pœni. dist. j. §. è contra. aliàs incipit, hæc autem secreta. circa finem. vide suprà notorium. in generibus probationum.

Occupare capitur quandoque in mala, & quādoq; in bona significatione. Et propriè mobilia occupantur, & immobilia inuaduntur, vt in glos. super hoc verbo. in c. generali. de elec. li. vj. vbi concord.

Ocium philosophicū est studium, quia philosophus ociatur quando studet. Sed ocium vulgare est quando vacatur ab opere seruili. Et nota q̄ ocium est triplex, s. destitutorium, quod est ribaldorum, qui apud Athenas suspendebantur, ex lege Draconis apud Plutarc. in Solo. Et de hoc dicitur q̄ ociositas & voluptas arma sunt hostis apud qui ad miseras animas capiendas. de renuntia. nisi cùm pridem. §. verùm si propter. Ergo dicit Hyero. ad Rusticū monachū. c. nunquā. de cōsec. dist. v. Semper aliquid operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Secundum est restitutorium, quādo quis cessauit à labore, & iterum accedit ad opus. Tertium retributorium, quod datur emeritis, & senibus.

Octonarij, exactores vectigaliū, quorum nomine octaua pars inuectorū & euectorū pēditur.

Oculus est quadruplex, vt notat Archi. xxxij. q. v. nec solo.

Odyssea, opus est Homeri poētę, in quo Vlysis errores prosequitur, quoniam Vlysses a Grecis dicitur Odysseus, citatur à Marcello in titu. de legatis iij. l. legatis. Sic denique in Odyssea Homerus ait, & subdit carmen Græcum. N.

Oeconomus latinè dicitur administrator rei domesticę de quo vide etiam in verb. iconomus. & in litera y.



Oenomeli Græcis dicitur, quod sit Latinis mulsum, ab œnos quod est vinum, & meli, mel: quoniam ex vino & melle confectum est, quēadmodum in verb. mulsum diximus. Apud Galenum exteróſq; medicos crebra fit mentio œnomeli. Vlpt. in ti. de tritic. & vin. legato. l. si quis vinum Oenomeli planè id est vinum dulcissimum continebitur. pro quo mendosè legitur cœnomeli. Nebriss.

Oenomeli Græcis, mulsum est latinis. Sed Vlpian. vti diuersa posuit in l. si quis vinum. in princ. de vino leg. qui mulsum non contineri vini appellatione ait, cuius contrarium subiicit in œnomeli, interpretatúrque pro vino dulcissimo.

## De O ante F.

Offensam esse quicquid alium ad turbationem iniustè adducit. Bar. definit in l. quidem. de hered. inst. quæ autem dicatur offensa in personam docet idē Bar. in l. licitatio. §. quod illicitè. de publican.

Offerre se litī dicitur, qui sine mādato iudicium subit pro reo. l. si se. de iudic.

Officium dicitur multis modis, Primò, ministerium. Secundò obsequium. Tertiò actus personæ corrigentis. xxvj. q. j. monachus. Quartò plebania. de statu monach. quod Dei. Item aliquando sumitur pro dignitate vel personatu, de præben. ad hæc. de cleric. non resi. quia. de concess. præben. c. ij. §. j. Aliquando pro litigio. xvj. q. j. de præsentium in fi. vbi litigantes dicuntur officium exercere.

Item is cui cōmissa est dispensatio habet officium. Item qui habet potestatem secularem in tabellionatum. Item dicitur præpositura. Sed propriè est aliud à dignitate & à personatu. Et dicitur simplex officium, quando quis habet administrationem aliquarum rerum aliqua prærogatiua in chōro vel capitulo vltra alios sui ordinis ratione huius officij. Et sic habet onus annexum sine honore vel prærogatiua honoris: vt syndici, procuratores, gastaldi. j. q. iij. saluator. versic. in nomine. Item vicedominus qui habet episcopatum disponere dicitur habere officium. xc. dist. officiū. j. q. j. si quis episcopus. j. responso. Hoc & plura vide per Archi. de consuetu. c. j. in gl. Et hoc erat contra iura, vbi tractat de dignitate personali & officio, vt hic dictum est. Item officium secūdum Car. est potestas existens in iudice exercendi omnia ea quę pertinēt ad eius iurisdictionē, & capitur hic iurisdictio generaliter, vt includat oīa pertinētia ad merū & mixtū imperiū. Et loquit̄ de officio iudicis cui⁹ iurisdictio mater est, sicut

obligatio actionis. Nec est vera opinio Petri de bella.pert.q officium iudicis sit exercitium vel executio iudicij, quia magis stat in habitu, quã in actu. Nec secundum opi.Martin.appellari debet actio, cùm differant surrogatum & cui surrogetur.institut.de actio.in princ.in glo.iiij. Item officium propriè dicitur, quod homo debet homini ex natura: vt in cap. cùm in officiis. de testam.

Officiũ & artificiũ quomodo differãt.no.in l.legatis.de leg.iij.

Officium iudicis secundum Gof. est potestas iudicis à iure sumpta, & habet locum tam in his quæ ante iudicium fiunt,quàm in his quæ in iudicio occurrũt facienda. Et imploratur loco principalis actionis, cùm alia ordinaria actio deficit, vt in ca. fin.de offi.iudic.

Officium iudicis est duplex,scilicet,nobile &mercenarium.Nobile ideò appellatur: quia à seipso interponitur, nec iure actionis siue obligationis, vt puta, si minor petit se restitui in integrum,hoc non competit iure obligationis, quia iudex non fuit obligatus, nec iure actionis, sed iudicis officium misericorditer implorat, &c. Mercenarium iudicis officium est,seu sic appellatur, quia deseruit actioni intentatæ, puta peto à te viginti actione mutui, iudicis officium deseruit mihi in hac actione, quia condemnat te, vt restituas mihi viginti.

Officiales iudices, require suprà, Assessor.

Officialis foraneus appellat, qui in certa parte diœcesis ad tempus vices gerit episcopi.glos.in clem.ij.de rescrip.

Officiales operæ, sunt quæ respiciunt personam patroni, vt illum comitari,cantu & saltatione oblectare,& similes.

Officiosa dicuntur quæ cõtinent pietatem,quæ nulli obsunt, & alicui prosunt:sicut à contrario testamentum dicitur inofficiosum, quod est contra officium pietatis.distin.ix.si ad scripturas.in glo.j.

Officina est quasi tugurium vel tegmen, quando videlicet, paleæ, id est stramina ponuntur super arbores, vt pastores subtus existentes,ab imbribus protegantur. Sed propriè dicitur, vbi opera fiunt, sicut taberna dicitur, vbi opera ipsa & merces venduntur.

## De O ante L.

Olfacere, est nasum ad cultũ ponere,ita exponit glos.in ver.olfacit. in l. agaso. ff. si quadrup. pau.fec.di. Aliàs generaliter olfacere,est odorẽ odorare,& olfatus odoratus.Et ab oratorib. ponitur pro scire, vt dicendo, Tanta sunt in me tua beneficia, vt quo pacto correspondeã nec



nec vtique olfacere possim.

Olim aduerbium tẽporis, & propriè respicit tẽpus præteritum. ff.de contrahen.emp. l.nec empti.aliquando exponitur. i. dudum retro.in auth. vt iudi.fine quoq.suf.§.j.de excu.tuto.l.sed. §.quæsitum.Itẽ adde quot tempora significet dictio olim. Bart.in l.j.in princ.vbi Alexan. & alij ff.de no.oper.nunt.

Olitor, est qui vulgò appellatur hortulanus, dictus ab oleribus, hoc est herbis hortensibus. Inde olitanus, a, um, ad hortum siue horti curatorem pertinẽs. Plin. libro 19. Vrceola olitoria ex his factitari prodiderunt. Vlpia.de verbo.signific. l.Vrbana.Horti vinearij fortè olitorij, nec dicitur ab oliuis, sed ab oleribus. Ant. Neb.

Oloberus est vestis totaliter deaurata,& dicitur ab olon, id est totum,& beris, quod est aurũ, & differt à vestibus deauratis, quia hęc de optimo auro,quod in vulgari foliatum, in legibus obrizatum dicitur, sed illa de quolibet auro,vel hæc de optimo auro tota erat vestis, illa deaurata similiter in totum. Est & alia vestis quæ habet aurum tantum in paragandis, vt C. de vestib. olober. & aura. libro xj.in rubr. secundum Accurs. Vide de hoc etiam suprà in ver. holobaræ vestes: nam ita scribendum esse, Græca eius etymologia postulat.

## De O ante M.

Omnia comprehendit singula, Nam si episcopus dicat, Do tibi talem villam, & omnia iura quæ habeo ibi,singula iura cõprehenduntur, sed non intelligit dare decimas, & alia iura quæ sunt merè spiritualia,quia dictio omnia, licet se extendat ad singula, non tamen ad ea quæ sunt penitus naturæ alterius & iuris, quamuis ad ea quæ principaliter transeunt. Sed quãdo datur aliquid, quod habet temporalia & spiritualia iura cum omnibus pertinentiis suis, vt præbenda habens possessiones & decimas, tunc omnia transferuntur simul, secundum Host.in cap.literas.de iure patron.

Omnifariam, id est omnibus modis.C.de arbit.l. ne in arbitris. §.j. de contrahend.& commit. stip.l.optimam.

Omnino tangit Archidia.de præben.cap.si beneficia. libr.vj. & plenius in cap.licet canon. de elec.& glos.in clem.j.de vita & hon.cleric,& etiam glo. in c.& si Christùs.de iureiur.

Omnis, hæc dictio quando stet collectiuè, & quando distributiuè,docet Bartol.in l.hoc articulo.de hered.instit.

Omologare, vel potius homologare, est idem quod confirmare vel ratificare, & sic dicitur, q arbitriũ sit omologatũ.

Alij dicunt omologare idem quod consecrare. hoc tamen verbum omnino aspirationem in principio requirit.

Opera,æ,est labor diurnus,quem admodum à Paulo & Vlpian. definitur,lib.xxxviij.dig.titul. de operis liber.differt autem ab opere,quoniam in vno opere plures operæ consumi possunt.& vna opera plura opera fieri possunt. Ant.Nebr.

Opera est diurnum officium, scilicet quod quis exhibet alicui per diem artificialem ,& non naturalem, sicut dicitur Genesis 1.cap. Vespere & mane dies vnus. Aliquando ponitur pro breui temporis obsequio, vel est idem quod obsequium. Dicitur ergo opera officium tempore limitatum, vt l.j.ff.de operis liber. Limitatio autem stat in disponentium voluntate,quia per contrahentes potest limitari maiori vel minori tempore,puta quòd dies capiatur ad integram vel ad mediam noctem,vel ad vesperam tantum, quia disponant contrahentes,& erit lex. Idem in testatore.Et quando aliud non appatet,de artificiali intelligitur,quia ad hunc communiter fit relatio.Sed impropriè opera accipitur pro reuerentia vel obsequio,vt not. in §.libertus. l.si non sortem.ff. de cond.in de.& sic de aliis.

Operarum aliæ sunt officiales, aliæ artificiales , de quibus require ver.artificiales,& officiales.

Operis appellatione de eo intelligitur, quod formam habet veri & iusti operis, quæ quidem forma non nisi ex cõsummatione & perfectione contingit.l.rei appellatio. vbi Alciat. de verb.sign.

Opilo dicit custos ouiũ.l.cũ quæ rebat.§.fi. & ibi no.ff.de le.iij.

Opinio secundum Spec.est dubia particularis arbitratio, quæ à doctoribus alicuius scientiæ auctoritatẽ habet.Sed secundũ Gof.est probabilis arbitratio docto.non nisi ob instructionẽ studentiũ in scriptis redigẽda.

Opinio cõmunis est aliud quàm fama.Nam opinio communis facit ius.C. de re iud.l.j.Fama verò non facit ius.Item opinio cõmunis probat,fama verò nõ. Item opinio cõmunis differt à notorio,quia opinio cõmunis est de lõge præteritis,quæ probari nõ possunt de facili.l.per testimonium visus,&c.Sed notorium est de præsentibus,vel proximè præteritis quæ de facili probari possunt per testes diuisim.

Opinio cõmunis illa dicitur, quã plures grauioresque amplectũtur,vt dicit Panor.in c. prudentiam.in princ.de offic. del.

Opinatores sunt militaris annonæ exactores.l. missi. C.de exacto.trib. Sed Codex Norembergensis ibi habet optiones, non opinatores.

Opistographa, dicuntur quæ in tergo chartæ scripta sunt, ab opisthen: quod interpretatur retro, & grapho scribo. Eiusmodi est scriptura de qua dixit Iuuenalis : Scriptus & in tergo nec dũ finitus Orestes. Et Martialis: Scribit in auersa Piceus epigrammata charta. Plin. in epist. Reliquit,ait,commentarios opistographos & minutissimis literis scriptos. Iurisconsultus in tit. de bon. poss.sec.tab. chartæ appellatione.Proinde, ait,si in opistographo quis testatus sit,hinc peti bonorũ possessionẽ.vbi Accursius dupliciter peccat, tum in opistographo , id est vbi opes scribũtur, exponẽs: tum in epistographo,id est in epistola.N.

Opistographum , id est tabula linea in qua scriptæ sunt opes.l. chartæ.& ibi glossi.ff. de bonorum poss.secundum tab.Alcia. vero accipit pro tumultuariis tabulis , quæ vulgò memoriales , latine aduersaria dicũtur.

Oportet aliquando dicit necessitatem.iij.q. ix. non oportet.Aliquando honestatem.Itẽ oportebit significat tam præsens quàm futurum. de verborum significa. verbum. & not.gloss. xxv.q.j.& glo.c.j.de præscript. lib.vj.super ver. oportet.

Oppidum dicitur terra muratã non habens episcopum.in l.pupillus.§.oppidum.ff.de verb.significatio.

Opprobrium, idem est quod probrum.l.probrum.de verb.sign.

Optimates sunt quasi meliores & ditiores de populo , ab opibus dicti.

Optio est vnũ genus exactionis. C. de iure fisci.l.penult. super ver. optionem. lib.x.Aliàs capitur pro electione. vt §.optionis.Insti.de leg.Sed in re militari dicitur miles qui ægros antecedit, tanquam eorum vicem si vsus venerit gesturus, vt ex Non.& Vegetio tradit Alciat.in d.l.pen.de iu.fis.

Opulenta hereditas interpretecur.in l. si quis mihi. de acquir. hered.est quæ affert opes sine vexatione.

Opus nouum , Require suprà,Nouum opus.

Opus structile dicitur quod ex lapide quadrato aut lacereulis calcique constructum est.l.in rutis.de verb.sig.vbi Alciat.

## De O ante R.

Ora sine aspiratione significat finem vel extremitatem rerum, præcipuè regionum vel vestiũ, secundum Ioan.Andr.in cle.j. de vita & hone.cleric.

Oraculum , id est responsum, quia precando seu orando impetratur.c.per tuas.de maio.& obedien.

Orbus dicitur qui liberis prinrus est.

Orcinius,ab orco dicitur. Est autem Orcus inferorum atque mortis deus. Virgil.12. Aeneid. Multos Danaum dimittimus orco.Idem in 6. Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus orci. Hinc orcinius libertus,qui sit ipsius testatoris defuncti & in orci familiam adscripti. De pheretro in quo mortui efferuntur dixit Martialis:Orciniana quæ feruntur in sponda. Vlpia.lib.10.titul.de fideicommiss.liber.l.ergo.Qui directam, inquit, libertatē acceperunt, orcinij erūt liberti. Orcinij quoque liberti meminit Iustinianus lib.ij. Institut. Anton.Nebriss.

Orcinus,id est directè manumissus.l.ergo.§.hi qui.ff.de fideicommiss.liber.& §.pen.Institu. de sing.re.per fideicom.reli.Et dicitur ab orco.i. manumissus ab eo qui tēdit ad orcū.i.infernū,vel ab orthos,quod est rectū,quasi directè manumissus.

Ordinarius est qui suo iure vel principis beneficio vniuersali ter iurisdictionem exercere potest vbilibet.Item est is cui vniuersitas causarum commissa est,vnde secundum Specul. Officiales episcoporum ordinarij vocantur.Item secūdum Gof. ordinarius iudex est qui à collegio eligitur & à superiore confirmatur, vt electus in rectorē,qui per cōfirmationē sortitur iurisdictionem,sicut& episcopus, in omnibus præter ea quæ maiorem discussionem exigunt.Item secundum Spec. ordinarius est legatus in prouincia super decretum.Et sunt duplices.Quidam habent administrationem,vt episcopi habentes episcopatus,quos actu regunt,& isti habent restituere in integrum. Alij sunt ordinarij nō habētes administrationem,sed tantū facultatē iudicandi,vt secundū iura ciuilia, qui honorē tantū & dignitatē habent,ratione cuius iudicare possunt si qui in eos consenserint.l.j.ff.de iud.Secundū iura canonica sunt episcopi renuntiantes loco episcopali,non dignitati,retinentes honorē sine administratione. de renuntia. nisi cùm pridem.de ordin.ab episc. qui re. episc. cap.j.Item episcopus cuius episcopatus omnino destructus esset,qui esset episcopus,nullius tamen episcopatus, secundum Gof.in Sum.de in integ.resti.

Ordinarij locorum sunt non tantum episcopi,sed etiam quicūque inferiores qui habent institutionem,& destitutionem. c.cùm ab ecclesiarum.de offic. ordin.& cap.iij.§.in conferendis. eo.tit.lib.vj.

Ordinarius seruus qui, vide in ver.seruus ordinarius.

Ordinaria onera sunt illa,quę ex constitutione vel cōsuetudine præstantur,vt quod quilibet talis fundus vel domus quolibet anno tantū debeat præstare domino suo vel principi. Sed extraordinaria onera sunt, quæ extra cursum & morem ex inopinato euentu vel casu seu necessitate emergēti indicuntur, vt si dominus velit maritare filiam suam, vel guerræ immineant, & ideò à suis subditis exigat aliquid.

Ordo secundum magistrum sententiarum & Thom. in iiij. distinctio.xxiiij.est quoddam signaculum , in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium.in sum. confes. lib. iij. in tit.xxij.

Originarius, require suprà Colonus:Nā originarius colonus & ascriptitius idem sunt in re.s.eiusdem conditionis homo,sed ratione differunt.Nam ascriptitius dicitur, quia sic ascriptus est terris colendis, q̄ non potest à cultura recedere sine voluntate domini sui. Sed colonus, quia tenetur colere terram , & originarius , quia ex origine sua adhæret glebæ , vt suprà.

Oriscalcū, interpretatur æs montanum:nam oros est mons , & chalcos æs : nam quod vulgò aurichalcum dicitur, nulla ratione defendi potest. Tum ex illo principio omnium consensu recepto,non solere fieri compositionem ex Græco & Latino , tum auctoritate & ratione. Ratio autem illa nimirum est,quòd in carmine semper prima breuis reperitur. Virgil.12. Aenei. Albóque orichalco Circundat loricam. Et Horat. in poetria: Tibia non vt nunc orichalco iuncta tubæque Aemula. Aurichalcum verò non posse dici Festus Pomp. est auctor. Aurichalcum , inquit , quidam putauerunt compositum ab ære & auro.Sanè verò orichalcum dicitur,quod in montosis locis inuenitur: mons etenim Græcè oros appellatur. Vlpian. titu.de legatis tertio.l. si quis electrū, inquit, vel aurichalcum contineri. In titulo quoque de actio.empt.& vendit. Quemadmodum, inquit, si quis vas aurichalcum , sed orichalcum legas.

Oriūdus de ciuitate,vel loco , &c. dicitur is, qui vel ibi vel in vico ciuitatis illius ortus est.ff. ad muni.l.qui ex vico.Vel si pater eius inde ducit originem.ff. eod.titul.l. assumptio.§. filius. & C. de munic.& orig.l.j.& l.filios.libro x.Et not. in capitu. vsuratum.de vsur. in ver. alienigenas.lib.vj.

Ornamentorum nomine nec vestis nec annulus signatorius continentur.l. ornamentorum. de au. & arg. leg. & l. signatorius.de verb.sig.

Orphanotrophium , penultima longa,locus est vbi orphani alū

tur, quemadmodū brephotrophium vbi infantes, vt suo loco diximus. In Codice Iustiniani titulus est de orphanotrophiis, quorum etiam meminit frequenter titu. de sacrosanct. eccle. Orphanotrophus, is dicitur qui orphanotrophij curam gerit.

Orphanotrophus est orphanorū & pupillorum tutor, & adolescentium curator, qui eos facultatibus & parentibus quasi destitutos suscipit alendos.

Orphanotrophium est locus, in quo talibus alimenta administrantur. xxiij. q. viij. tributū. §. quamuis. & l. orphanotrophos. C. de episco. & cler.

Orthodoxus id est catholicus, extra de summa trinit. ca. j. libr. vj. & dicitur ab orthos, id est rectum, & doxa, id est gloria, vt C. de summa trinit. & fide catholica. l. ij. in fine. & ibi gl.

Ortus est locus sine reditu, factus ad amœnitatem, & dicitur prædium vrbanum, ita tenet Felin. in cap. Rodulphus. in vers. ortus autem est. de reseri.

Ortus olearius est ortus in quo olus crescit.

## De O ante S.

Osanna, vox Hebræa, id est salua obsecro, Matthe. 21. de consecr. distin. iiij. c. multi. per Archid.

Ossoria, locus in quo reponuntur ossa defunctorum. l. ij. de sepul. viol.

Ostendere, id est monstrare vel probare. ff. de actio. tributo. l. sed & si seruus. & de accusationibus, lege finali.

Ostentum dicitur omne contra naturam cuiusque rei genitum factúmque. Ostentorum duo sunt genera, de quibus in l. ostentum. de verb. sig.

Osus, nomina terminata in osus significant plenitudinem. nota. in cap. quanto. de iureiur.

## De O ante V.

Oues dicuntur animalia minuta. lege oues. & ibi Bartolus. ff. de abigeis. & appellatione ouium non veniunt agni, nisi esset de consuetudine. Bartol. in lege legatis. §. ouibus. ff. de legatis tertio, hinc ouilio ouium custos. lege fundi. de fundo instructo. leg.

## De P ante A.

PActum vel pactio dicitur à verbo paciscor, & sic deseribitur. Est consensus duorum vel plurium in idem placitum, scilicet ad dandum vel faciendum aliquid alteri ab altero eorum. ff. de pactis. lege prima. §. primo. Et dicitur quasi de pace factum, vel pacis actum. Et ponitur ibi, in idem placitum. Nam non fit in eodem vero vel falso, quia si duo vel plures consentiant in hoc vero, Titius est homo, vel in hoc falso, Titius est asinus, non erit pactum quia nō esset obligatorium, talis enim cōsensus neutrū obligat alteri. Itē secūdum quosdam pactum est contractus, quia paciscēdo, diuersas in idem contrahimus voluntates. Et capitur quandoque latè pro eo, quod non transit in contractum nominatum: vt vendico &c. Et sic omne pactum potest dici contractus innominatus, vt transactio do vt des &c. Quādoque strictè pro simplici pacto gratis facto: vt promitto tibi decem, &c. Et à transactione & pollicitatione differt, quia pollicitatio est solius offerentis promissio. Et assignatur differentia inter pactum, quia pactum est de re certa & non litigiosa & gratuita. Transactio vero de re incerta & litigiosa, & non gratuita. Et quid sit pactum habes etiā de verb. sig. c. pactū. vbi dicitur pactum est inter partes ex pace conueniens scriptura: legibus ac moribus comprobata. Nā sæpe ad probationē pacti scriptura interponitur, secundum gl. ibid.

Pactorū diuersa sunt genera. Nā pactum conuentū dicitur quod sub certis verbis & forma factum & expressè redactum est, verbi gratia, clarum est pactum in verbis, quia si verba sunt obligatoria, pactum est obligatorium: si sunt liberatoria, est liberatorium: si exceptionis inductiua, tunc est exceptionis inductiuum.

Pactum tacitum dicitur quod in veritate non est expressè factū, sed ex aliqua lege speciali ac si fieret, haberi iubetur, verbi gratia, conduxi domum à Seio, & res meas intuli, hoc casu res meæ illatæ pro mercede domus, tacitè sunt obligatæ Seio, iure hoc statuente, vel iubente lege pignori ita esse obligatas, ac si specialiter & expressè inter nos concordatum esset & conuentum, dato tamen q̄ non conuenerimus, nec super hoc quid dixerimus. Vnde sic, Pactum tacitum dicitur, quod non est factū expressè: vt cùm conduxi domum non tangendo de prerio dando, tamen secundum leges adhuc venit pretium dandum ac si paciscendo ita fuisset expressum.

Pactum addictionis in diem tale est: vt vendo tibi domum, & si potero habere maius pretium vsque ad mēsem, ego repetam ipsam domum.

Pactum legis commissoriæ est, vt vendo tibi domum, & si non solueris intra mensem, volo quòd sit inempta: vt C. de pact. inter emp. & vend.

Pactum personale est quod non generaliter fit, sed tantum pro vna persona vel duabus. Et dicitur pro vna tantum persona, quia fit personæ soli, sic quod tali & non alteri prodesse possit, vt si paciscor pecuniam à

te mihi debitam non petiturum me à te, sed à tuo herede, tunc illud pactum tantum personam tuam tuetur, & non heredem tuum.

Pactum reale vel in rem est generale, & non continet specialiter vnam, duas vel plures personas, sed generaliter complectitur omnes, ad quas illa res pertinet vel pertinere potest: vt cum debitum meum omnino remitto tam tibi, quàm heredibus tuis, ità vt omnes liberemini tu & heredes & fideiussores, & nullus mihi reseruatur regressus ad pecuniam vel ad rem petendam. Item pactorum aliud nudum aliud vestitum. Et qui plene vellet hoc examinare, traheret magnam causam & cõtrouersiam inter doctor. Hæc tamen cum paucis sufficiant.

Pactum nudum dici potest quod ab omnibus iuris solennitatibus destitutum est, id est tam solennitates verborum quæ solent concipi & attendi in stipulationibus, quàm etiam per conceptionem literarum, scilicet quando chirographum nõ interuenit, nec aliud instrumentum super hoc confectum quo nudum pactum confirmaretur. Et dicitur nudum à causa, quæ sufficere potest ad perfectam obligationem, vt do vt facias, facio vt des, &c. cuiusmodi conuentiones dicuntur contractus innominati. Item dicitur nudum à foro negotij: vt quando negotium non incidit in certum nomen contractus, vt in nomen emptionis, venditionis, locationis, & similium. Itẽ nudũ dicitur à rei interuentu: vt talis non intercedat res quæ possit suo interuentu perfectam reddere causam obligationis, sicut in mutui datione. Item dicitur nudum à cohærentia, quoniam si incontinenti post contractum adiiciatur pactum ex præcedenti obligatione vires contrahit: vt videatur inesse contractui, & causam vestire, vt si pactum semel factum est, & post traditionem intercedit, res sic vestitur interuẽtu rei. Item pluribus aliis modis vestitur, secundum diuersas opinio. docto.

Pactum vestitum dicitur sex modis, secũdum quòd sex modis vestitur, scilicet re, verbis, literis, contractus cohærentia, & rei interuentu: vt secundũ glos. insti. quib. mod. re. con. obl. in prin. Et dicit Goff. quòd pactũ in rem est quando generaliter paciscor ne petam, & in personam, ne à persona petã. ff. eod. tit. l. idem. §. personale. & non minus ex verbis, quàm ex mente contrahentium est æstimandum, an pactum in rem vel in personam sit, plerunque enim in personam pactum inseritur, non vt personale sit pactum, sed



sed sit pactum. ff. eod. tit. l. iuris gentium. §. pactorum.

Pactorum aliud vtile, aliud inutile, scilicet ratione personarum, vt furiosorũ, qui nec tacitè nec expressè consentire possunt, quare matrimoniũ contrahere nõ possunt, nec ad religionẽ se obligare, & hoc de continuo, secus si habent lucida interualla, vt vij. q. j. quamuis. Itẽ pupillus, qui nondum est doli capax, vbi vult obligari, secus si vellet alium obligare, quod potest. Idem in prodigo. Item monachi & regulares professi & conuersi nisi pro contemplatione monasterij paciscantur, cui per tales acquiritur. Item viri & vxores qui sibi donare non possunt, sed vendere. Item ratione potestatis. Item in legatis dum legatione funguntur. Item inter patrem & filium, nisi in Castrensi peculio vel quasi. Item si res in pactum deducta non sit in rerum natura, nisi mora præcesserit. Item si homo res sacras vel religiosas deducat in pactum. Item cessat pactum in collatione rerum spiritualium. j. qu. ij. quàm pio. & in rebus prohibitis, etiam si iuramentum fuerit appositum, vt in animæ detrimentum vergentibus. Item pactum turpe aut rei turpis aut impossibilis de iure vel de facto, nullam obligationem inducit. c. vlt. eodẽ tit. secundum Goffr. in Sum. Dicitur autem pactum à pactione. ff. eod. titu. l. j. pactio verò à pace & actu: nam qui paciscuntur ex diuersis & contrariis motibus animorum, post multa variáque certamina in vnam consonantémque sententiam conuenire dicuntur. ff. eod. titu. l. j. §. conuentionis. Et hoc pactum generale est ad omnia quæ contrahuntur vel agũtur inter partes causa contrahendæ vel tollendæ obligationis, sed nomen conuentionis generalissimum est: nam scholares in scholis, clerici in capitulo, populus in foro conuenire dicuntur: vt in §. præalleg. conuentionis. Vel dicitur pactum à percussione palmarum. Veteres enim cùm se obligabant, palmas percutiebant in signum inuiolandæ fidei: vnde dicitur pactum quasi palmæ ictus.

Pactum per donationem. Require infrà, transactio.

Pacem rumpere non dicitur ille qui facit furtum ei cum quo pax est. Bartol. in l. verum est. ff. de furtis.

Padus est flumen publicum transiens per Lombardiam, de quo fit mentio. inst. de rerum diuis. §. ij. in glos.

Pægma, atis, ludus interpretatur, à pezo quod est ludo. Erat autẽ pægma machina in sublime tẽdens, in qua puerorum cantantium erant nidi. Seneca lib. 13. epist.

epist.his verbis pægma describit:His,inquit,annumeres machinatores, qui pægmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacitè in sublime crescentia,& alias ex inopinato varietates,aut dehiscentibus quæ cohærebant sua sponte coeuntibus, aut iis quæ eminebant paulatim in se residentibus.Iosephus quoque in triumpho Vespasianorum , nonnihil de pægmatis scribit. Iuuena.Et pægma & puetos inde ad velaria raptos. Martialis: Et crescunt media pægmata celsa via. Claudian.Mobile ponderibus descēdat pægma reductis : Vlpianus in titu.de fundo instruct.l.quæsitum. In emptionem, inquit, domus specularia & pægmata cedere. Nebr.

Pægma , cuius meminit.l. quæsitum.§. specularia. de fund. instruc.Nebrissens. interpretatur machinam in sublime tendentem,in qua erant puerorum cātantium nidi.

Paganus,à pago dicitur,quemadmodum à vico vicinus : habet tamen aliquando remotiorem significatum, atque pro eo accipitur qui non est militiæ sacramento addictus,vt nemo sit qui non aut paganus aut miles dicatur.Iuuena. Citius falsum producere testem Contra paganum possis, quàm vera loquentem Contra fortunam armati,id est,contra nullitē. Modestinus in tit.locati & condicti.l.si ignorans, inquit, militi, quasi pagano locauerit. Item multis aliis in locis Digestorū, sed nunquam in alia significatione.Si quando tamen à iunioribus paganus pro infideli accipitur,id per translationem fit, quasi non sit initiatus ad sacra religionis Christi , atque illius militiæ adiuratus. Nebr.

Pagani dicuntur in iure quandoque increduli seu hæretici. Itē quandoque dicūtur priuati homines,vt villani & omnes qui neque milites neque magistri sunt, à pagos Græcē, quod est villa Latinè,vt institut.de milit. testam.§. illis autem temporibus.in fi.vbi glōs.

Paganicum,aduentitium est peculium,quod ex prospera fortuna aduenit veluti ex testam.cognatorum vel etiam agnatorum.

Palam facere dicitur,quod coram pluribus facit.l.palam. de verb. signific. Palam nuncupatus hæres intelligitur , si testes exaudierint.l.heredes.de testam. Palam quæstum facere mulierem dicimus,quæ passim & sine delectu stuprari se sinit. l. palam. de ritu nupt.

Palatini aliter dicuntur vicarij, quia quodammodo gerunt vicem principis , secundum Accurs.in rub.C. de pala. sacr. lat. libro duodecimo.Sed communiter dicuntur omnes habitantes in Palatio.





Palatinus comes dicitur, qui curam gerebat præcipuam,vt missis notariis suis negligentiam iudicum argueret. C. de offic. recto.l.nullum.Require suprà, Comes.

Palla dicitur vestis qua altare cooperitur , videlicet lineus pannus consecratus , qui super altare ponitur, super quem extenditur corporale. Sumitur etiam quandoque pro cortina vel panno serico. Vnde,

Lætitiæ causa cibus est, non serica palla.

Pallium est insigne ornamentum Archiepiscopi , vel Episcopi, quod ex priuilegio sibi conceditur,sumptum de corpore beati Petri , in signum plenitudinis Pontificialis officij , vt de electione. significasti, & de auctoritate,& vsu pallij,præalleg. cap.ij.Vnde ante pallij receptionem ecclesia dicitur viduata, vt dicto cap.quoniam. in Papa verò designat plenitudinem potestatis.

Palmarium præmium,quod victoriæ causa datur.l.j.de var. & extraord.cogn.

Palmati equi,in l. j.C. de gre.do. iidem ferè sunt quos vulgo baios vocamus. Possumus etiam intelligere equos palmatos , quibus vtebantur aurigæ in circo à palma.Hæc Alciat.in præalleg.l.j.

Pancratium est colluctatio cum fustibus, vel locus lignis circundatus, in quo certo ordine stant pugnantes , vt in pugillibus videmus.gloss. est in l. qua actione.§. si quis in colluctatione.ff.ad leg. Aquil. Require suprà,colluctatio.

Pancratium , vt scribit Vitruuius, locus erat in quo athletæ exercebantur. Plin. libr.34. Puerum autoli cum pancratio victorem. Propertius libro tertio. Et patitur duo vulnera pancratio.Vlpianus libro ix.titu.ad legem Aquiliam. l. qua actione.Si quis in colluctatione, inquit , vel in pancratio . Vnde pancratiastes pro athleta qui se in pancratio exercet. Ant. Nebris.

Pancratium genus certaminis est, quod aduocatis omnibus corporis viribus, omniúmque neruorum contentione transigitur. Budæus in l. qua actione. ff.ad legem Aquil.

Pandecta , Require suprà in ver. Digestum.

Pandecta,potest interpretari comprehensorium,hoc est , omnia continens, à pan, quod est omne,& dechomæ comprehendo. Gellius libr. xix. Sunt, inquit, qui Pandectas,id est , omnium receptacula inscripserūt. Idem lib.xij. Quas Græco vocabulo Pandectas,id est, promiscua & omnimoda continenteslibros. Hinc Iustin.lib. 50. Digestorū, Pandectas Græco titulo prætitulauit , non quemadmodum

quidam existimant, pandectas fuisse libros Iurisconsultorum, ex quibus conflatum est ius ciuile, quod Iustinianus Imperator in quinquaginta libros redegit. Nebr.

Pannicularia sunt ea, quæ in custodiam receptus secum contulit, spolia quibus indutus est qui ad supplicium ducitur. l. diuus. de bon. damnat.

Pannicularia bona, quemadmodum Vlpia. in tit. de bon. damn. l. diuus, definit, sunt ea quæ in custodiam receptus secum attulit, non omnia quidem, sed vestem qua is fuerit indutus, & nummos inueterales, & annulos parui precij.

Pantheta numero plurali posuit Vlpian. pro auium captura. l. emptorem. §. vlt. de act. empt. vt ibi interpretatur Bud.

Pantomimi dicebantur omnium imitatores effictoréſq;. Græca est vox, qua vsus est Iurisconſ. in l. ſi libertus. de oper. liber.

Pantomimus, dicitur is qui mimos repræsentat, atque in ea arte tantum pollet, vt omnia possit imitari, à pan, quod est omne, & mimeonmai, quod est imitor. Seneca in 4. Episto. Si clamor & plausus, & pantomimica instrumenta perstrepuerint. Iulius Firmicus libr. 3. matheseon, Si luna, inquit, à Mercurio defluens ad Venerem peruenerit, organoriosaut pantomimos facit. Iauole. libr. xxxviij. Dig. titu. de oper. liber. l. ſi libertus. Si libertus, inquit, artem pantomimi exerceat, & ff. eod. titu. l. patronus. Si quis, inquit, pantomimum vel archimimum libertum habeat.

Papa idem est quod admirabilis. Et dicitur à pape, interiectione admirantis, quia vices Dei gerit in terris. Vel dicitur Papa quasi pater patrum, ſecundum Io. Andr. ſuper verbo Papa. in proœm. clem. Alij deriuãt a voce Græca pappos, quod Latinis est pater, quæ etymologia probabilior videtur.

Papyrus frutex est in paluſtribus Ægypti locis, aut quo Nilus non fluit, brachiali craſſitudine, decem cubitorum altitudine, ex cortice verò ſtragulas Ægyptij faciunt, atque ex eodem chartas, & est alioqui materia combuſtibilis. Vlpianus in tit. de leg. iij. l. ligni appellatione. Harudines, inquit, & papyros comburunt. Nebr.

Parabolani sunt medici, qui ad curandum ægra membra vel corpora debilium deputantur, dicti parabolani à parabola, quia plura promittunt hominibus quàm faciunt, & quia ſæpius parabolis vtuntur, vt C. de epiſc. & cler. l. parabolani.

Parabolani ſecundum Alcia. libr. iiij. capit. ix. diſpunc. erant plebeios quidã & viles homines, famulitio, vel eccleſiarum vel hoſpitalium deputati, & quaſi adſcriptitij glebæ.

Parafidicus componitur à para, vel parum, & fidus, id est fidelis, & icos cuſtos, quaſi parum fidelis, ad cuſtodiendum vel obſeruandũ quæ obſeruare debet, vt colligitur. C. de cur. pub.

Paragaudes, genus veſtimenti vilis vt plurimum linei, quod ſub alia veſte gerebatur. Alci. in l. j. C. de veſti. holouer.

Paragraphus dicitur quaſi diuiſio, à fares, id est diuiſio, & graphia id est ſcriptura, inde paragraphus, id est ſcripturæ diuiſio, per Iſid. not. in princip. Decretorum.

Vide de parahrapho Alciat. libr. diſpunc. iij. c. xvj. delyrat enim hic autor.

Parangaria, hanc vocem transpoſuit auctor explicandam inver. perangaria, vide ibi.

Paranymphus vel paranympha, dicitur parans vel procurans ſponſalia. Require infrà, Proxeneta.

Paranymphi & paranymphæ dicuntur Græcè, qui Latinis sunt pronubi & pronubæ, hoc est, nuptiis præſidentes. Auguſt. 14. de Ciuitate. Nónne omnes famulos atque etiam ipſos paranymphos ante mittit foras, quàm blandiri coniux coniugi incipiat? Hieronymus in Sermo. aſſumpt. Mariam, inquit, angelus Gabriel, ac ſi cœleſtis paranymphus intactam cuſtodiuit. dictus est autẽ paranymphus à para quod est iuxta, & nymphe ſponſa: quaſi aſſidens ſponſæ. Commentator Decretorum paranymphus ſomniat eſſe ancillas: dictas ſic, vt ille putat, à parando lymphas. Ant. Nebriſſenſ.



Parapherna bona sunt quæcunque præter dotem dantur ſponſæ. Vnde paraphernica inſtrumenta dixit Sidonius Apollinaris puellæ tradita: & dicuntur parapherna à para quod est præter, & pherne dos: non vt vulgus loquitur, paraphrena. Vlpia. lib. xxiij. dig. titu. de iure dotium. l. ſi ego. Si res dentur, ea quæ Græci parapherna vocant, quæque Galli peculium appellant. Nebr.

Paraphernalia bona, vel res paraphernales dicuntur res, quas mulieres iuxta dotem inferunt in domum viri, à para, id est iuxta, & pherna, quod est dos, vel donatio, inde paraphernale dicitur quicquid mulier habet vltra dotem vndecunque.

Paratitla Græca dictio est, qua vtitur Iuſtinianus in l. ij. §. penult. C. de vete. iur. enuclean. apud quẽ tamen piratitla mendoſe legitur. Paratitla autem in eo loco Iuſtiniani apud nos ſummæ rerũ interpretati poterunt, quales ſcripſerunt Azo & alij qui titulos & admonitoria quædam, ſiue præludia collegerunt, quod ab impera-

tore ibi permissum est.

Paraueredæ indeclinabile dicitur à para,id est iuxta, & veredæ, equo ducente rhedam, à veho,his,here,& rheda,secundum Hugonem,& sic bubulci & aurigæ paraueredæ dicuntur secundum Accur.C.de cursu pu.l.ij.lib.xij.

Tu dic secundum Bud.in Pand. quòd parauerdi dicebãtur qui veredo vno super numerum diplomate comprehensum vtebantur.

Parentes vulgò dicuntur omnes, qui nobis cognatione sunt iuncti,per cuiuscunque etiã lineã sexus hoc fiat, secundum etiã interpretationem iuris dicuntur omnes ascendentes per paternam siue maternam cognationem, sed propriè dicuntur parentes vsque ad tritauum, & vltrà dicuntur maiores.l.iiij.de in ius voc.vbi gloss.

Pares curiæ dicuntur vasalli qui habent consimilia feuda à domino illius feudi de quo agitur,prout not.in cap. cæterum. de iudic.

Paria fecisse dicitur,qui pecuniã quam acceperat numerauit, & quod debebat reddidit.

Pariter,id est simul,extrà de tempo.ordi.c.j.libr.vj.& de hoc ad uerbio,vide etiam per Bartol. in l.si fundus.§.si duo.ff.de pignor.

Parephippius, est qui equo insidet siue equorum sessor,à para græca præpositione,& ephippium.Iustinianus libr.xij.Cod. titu.de cursu public.l.parephippium. Parephippium, inquit, eum videri, qui vsurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio continebat.Est autem ephippium stragulũ quod equo imponitur.Horatius: Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.Martialis in disticho cuius lemma est, ephippium.Stragula succincta venator sume veredi, Nam solet à nudo surgere ficus equo. N.

Paripus dicitur à parum,& pus puris,quod est custodia, quasi parum custodiens mandata,vt l.paripum.C. eod. titul. & libr. præallegato.

Nescio an parephippium exprimere voluerit: de qua dictione vide Alcia.in libr.C.xij.ad l. parephippium. de cur. public. Nam arippum vox est mihi incognita.

Parochia est locus in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus,secundum Goffredum in sum.eodem titul. Et parochiarum diuisio incœpit à Dionys. xiij.q.j.c.ecclesias. Consistit autem ius parochiale in hoc secundum Goff.in Sum.eo.tit. q. omnes parochiani in diebus Dominicis & festiuis missam audiãt in ecclesiis, in quarum parochiis habitant,vt in c.eod. titul.de consecrat. distinct.j.si quis. etiam consistit in decimis personalibus,quæ ecclesiæ parochiali debentur.xvj.q.j.si quis laicus.& in oblationibus quæ dandæ sunt sacerdoti parochiali,qui pro populo orare debet.x.q.j.quia sacerdotes.

Parricida propriè est qui patrem occidit,& extenditur ad ascendentes &descẽdentes &multas alias personas coniunctas, l.ij. & iij.ff.ad l.Pomp.de parrici.& eo.tit.C.per tot.tit.

Parochus, interpretatur dator siue præbitor,hoc est tributarius.Vnde scribit Aulus Gellius: Ventidium velut parochum victum sibi ægrè quæsisse,& erat parochorum magistratibus præbenda conducere.Horat.1.Sermon. Parochi qui præbent ligna salémque. Idem in 2.Vertere pallor,Tum parochi faciem. Inde est parochia,parochorum communio. Augustin.14.de. ciuitate. Fuit quidam nomine Restitutus in parochia Calamensi eccle.non vt illiterati dicũt,parrochia per dupl.ex r.

Paræcos, est incola siue habitator in loco,& paræcia incolatus siue habitatio,à para quod est iuxta,& œceo habito. Põp. de verb.signific.l. pupillus. Incola,inquit,est qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem Græci Paroicon vocant.

Paropsis, dis, genus est lancis grandioris, de qua in Euange. Qui intingit mecum manum in paropside.pro qua alius Euangelista catinum posuit. Senec.in 5.de beneficiis,Sic paropsidem argenteam & auream dicimus.Iuu.quàm multa magnáque paropside cœnat.Martia.Cui portat gaudens ancilla paropside rubra halecem. Pomponius de auro & argento leg.l.& si veluti paropsidas, tabulas,trullas. N.

Pars & rotum differunt.ff.de cui. l.j.& vide quod no.Archid. distinct. lxxv. quod à partibus. Item adde quid veniat appellatione partis.Bar.in l.si plures. de dam infe.

Pars etiam interdum sumitur pro specie.l.rectè.de verbor. significatione.

Parthiarij in l. negociantes.C. de excu.mun.accipiendi sunt parthicarium pellium negotiatores,vt attestatur ibi Alcia.

Partiarij coloni qui,vide Coloni partiarij.

Participatio cum excommunicato duplex est,quædam inducit maiorem excommunicationẽ, scilicèt quæ fit in crimine. de sent.excom.cap.si concubinæ. & c.nuper. Alia inducit minorem,scilicet quæ fit in locutione,osculo,salutatione, mensa, thoro & similibus, ipso iure. xj.q.iij.ca.cum excommunicato.& cap.qui communicauerit,&à quibus repellãtur hç excommunicationes, habes iij.

q.iiij. Engeltrudam. & de ex cep.c.à nobis.& de cleri. excõmuni.c.si celebrat.Sunt autem quędam personæ exceptę,quę sine hac pœna excommunicato participant,scilicet vxor,filius,seruus,colonus,&c.xj.q.iij.quoniam multos.de sentẽ. excom. quod in dubiis.& c.inter alia. secundum Spe.& Garsiam.mittendo nuntium vel literam excommunicato, incurrit minorem,quia loqui videtur.ff.de consti.pecu.l.& licet. & est glos.in c.statuimus.& c. constitutionem. de sententia excom.lib.vj.

Participium significat prout tempus eius,vt aliud mediũ significare declarat,de quo per Bartol.in l.j.de condi.& dem.& in l.si quis.§.quod ait.ff.quod vi aut clam.

Partus ante quàm edatur,est pars viscerum matris.l.j.§.ex hoc rescripto.ff.de ven.inspi.& continetur appellatione reditus, non autem fructus.l.deducta, §.hereditatem.ff.ad Treb.& l. Paulus.ff.ad leg.Falc.

Pascua loca sunt,vbi bestiæ pascuntur.l.diuortio. ff.sol. matr. & C.de pasc, pub.quasi per totum.ti.lib.xj.

Pascua sylua,vide in ver.Sylua.

Passim,indifferenter.de appellat. cùm sit Romana.& c.pastoralis.de offic.delega.in glo.iij.in cap.in pertractandis.de iuramẽt.calumn.

Passiuum verbum aliquando resoluitur in infinitiuum sui passiui & aliud verbum vt reponatur,id est reponi sinatur.ff. de aqua pluuia arcẽda.l.in summa.§.item Varus.Item passiuum verbum cum ablatiuo quandoque importat actiuam significationem , vt petitur à me,id est aliquis à me petit. ff.de damno infecto.l.à quo fundus.

Passum est vinum illud quod ex vuis passis conficitur. Hispani bastardo appellant.Seruius in illud Virgil.2.Georgi.Et passo pythia vtilior.Passum, inquit ideò dicitur,quod ab igne patitur decoquendo:sed illud quod decoquitur,non passum, sed defrutum aut sapa dicitur. Iuuenal.Passum & municipes Iouis aduexisse lagenas. Vlpi. de triti.& vino legato.l.si quis. Passum, inquit , nisi contraria mens sit,intelligitur. Proculus in eo.tit.l.qui vinum.§.vlt.Cui dulcia legata essent , omnia hæc esse legata,mulsum, passum,defrutũ,& simil.potiones.

Passum vinum,quod ex vuis passis conficitur. Nebris

Pastinare propriè, est pastino, quod ferramentum est bifurcum,fodere. Alcia.in l.impensæ.de verb.signif.

Pater est ille quem nuptiæ demonstrãt,id est præsumunt esse, vt dicit Azo in sum.C.de in ius vocando.



Pater præter notam significationem quam habet in promptu , significat etiã senatorem: nam senatores patres conscripti appellantur:illi propter ætatem, hi propter curam , hoc adnotaui ne quis decipiatur Accursij verbis,in illud Iustiniani libro j.Institutionum, titulo quibus modis ius pat.potest.fol.§. filiusfamil. Quem sibi princeps patrem delegit,id est senatorem. Nebris.

Patris nomine auus quoque continetur.l.iusta.de verb.signi.

Paterfamilias dicitur is , qui est sui iuris & potestatis propriè, cuiuscunque sit ætatis, sed filius familias econuerso.Require loco suo.

Patres etiã dicti sunt quos plebs sibi creauit vt ipsi plebem excederent.

Patres conscripti dicebãtur quorum nomina in tabulis aureis scribebantur.

Patres conscripti dicti sunt senatores , postea quàm primis illis à Romulo creatis qui centum fuerãt , complures alij eũ in ordinem ascripti sunt.

Patria potestas secundum Azonem in summa.C.eodem titulo, est ius quoddam quod habent hi , qui sunt de imperio Romano , in liberos naturales & legitimos,quod ius alij non habent , vt insti.de pat.potest. per totum.

Patricida est qui patrem occidit, aliàs in iure ciuili ponitur parricida.C.de his qui pa.vel lib. occi.l.vnica.

Patricidium, aliàs parricidium, est homicidium nefandum, quod committitur in parentes, in liberos, in proximos, collaterales & affines. Require suprà,ad legem Pompeiam.

Patricij dicuntur ideo quia prætoriæ potestati præsunt secundum Isid.lib.ix.cap.iij.Etymol. Etiam patritius est is quem Imperator sibi elegit in patrẽ: vt institu.quibus mod.ius pat.pot. sol. §. filius familias.& C. de consor.eiusdem lit.l. fina.Item in alia significatione dicti sunt patritij quidam nobiles de ciuitate,& olim dicebantur patres principum,scilicet ad consilia præstanda.

Dicit Isidor.lib.ix. Etymol. c.iij. Patritij inde vocati pro eo q̃ sicut patres filiis,ita prouideãt reipublicæ , vnde dignitas patritiatus dicta est , erat enim patritius quasi principis pater.

Patricij propriè dicti sunt nobiles Romani , qui à primis senatoribus quos, scilicet , Romulus instituerat , originem habuere.

Patrinus vel patrina dicitur filius vel filia spiritualis compatrum vel commatrum matris vel patris , quem vel quam quis de fonte baptismatis leuauit , vel ad sacramentum confirmationis tenuit.

Patronus secundum Canones dicitur ille, qui habet ius præsentandi aliquem ad beneficiū ecclesiasticum. sed secundum leges est qui manumisit seruum suum, sponte, qui seruus dicitur libertus eius à quo fic manumissus est. Etiam patronus quandoque dicitur aduocatus vel econuerso aduocatus patronus causarum, quia patrocinium præstat vel patrocinatur, & in primo significato ista faciunt patronum. Vnde, Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus. Require supra, ius patronatus.

Patrueles dicti sunt quorum patres inter se germani vel fratres fuerunt.

Patrueles sorores sunt duorum fratrum filiæ.

Patruus dicitur frater patris, quasi pater alius.

Patruus magnus est frater auii.

Pauci quot dicantur, vide glos. in c. latores de elec. ex com.

Paulatim habetur in auth. de res. de re. diui. §. præterea.

Paulliana actio. Require actio Fabiana.

Pauper dicitur qui non habet quinquaginta aureos in bonis. Bar. in l. nonnulli. ff. de accus.

Pauperies est damnum siue iniuria facientis ipsum damnum, vt ab animali quod sensu caret factum, vt si equus tuus segetem meam pauit, vel aliter damnū mihi dedit. Non enim potest dici iniuriam fecisse, cùm sensu careat. instit. si quadrupes. fe. dic. §. pauperies. Differunt autem damnum, maleficiū, & pauperies. Nam damnū fit cum animo iniuriandi, vel ab habente animū iniuriandi, licet nō vtatur. Alia patēt in locis suis. De pauperiei actione Require s. Actio de pauperie.

Pax secundum Goffr. est discordiæ finis, vt cap. j. de treuga & pace. in glos. j. Item pax est vinculum charitatis, vt in cap. nouit. §. sed forsan. de iudic. Et sunt sex causæ propter quas non est pax inter homines, de quibus per glo. not. de reiudi. lib. vj. ad apostolicæ.

## De P ante E.

Pecoris appellatione non solùm boues, sed & aliæ quadrupedes gregatim pascentes continentur. l. legatus. de leg. iij. ortis pecorij.

Pecoris ad aquam appulsus, est ius adducendi vel appellendi pecus ad aquam fontis alieni, iure seruitutis.

Pecudis nomen generale est ad animalia quæ gregatim pascūtur, sicuti & nomen pecoris. l. legatis seruis. vbi glos. de leg. iij. & l. ij. ad l. Aquil.

Peculatus, furtum est rerum publicarum, cœptum dici à pecore eo tempore quo Romani, nihil præterquam pecudes possidebant. Sallustius in Iugurtha: Peculatus erarij factus est. hinc apud Iurisconsultos in lib. Dig. titu. est ad leg. Iul. peculatus.

Peculium verbum quoque frequens in iure ciuili, vt ait Seruius in illud Virg. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Est simpliciter patrimonium: ita enim maiores nostri dicebant à pecoribus in quibus eorum constabat vniuersa substantia, sed postea illud tantum appellari cœptū est peculiū, quod seruus in potestate domini, & filius familias in potestate patris cōstitutus possidet.

Peculatus, vide suprà in ver. Lex Iulia peculatus. & in ver. Crimen peculatus.

Peculium est pusilla substantia vel pecunia separata à rebus & ratiociniis patris vel domini, data vel permissa filio vel seruo. ff. de pecul. depositi. §. peculium. Et est multiplex, scilicet, castrēse. vel quasi castrēse, profectitium, aduentitium, paganicum, non paganicum. C. de bo. quæ lib. l. cùm oportet. l. cùm multa. & l. cùm non. Itē peculiū dicitur res paraphernalis ff. de iure dot. l. si ego. §. dotis. Item peculium ponitur pro hereditate vel patrimonio. ff. ad Trebell. l. cogi.

Pecultum capitur etiam pro pecunia, quā quis repositam ad casus repentinos habet. l. si chorus. de leg. iij.

Peculium castrense est quod miles acquirit dum militat in castris, & illud est filij pleno iure tam quo ad proprietatem quàm quo ad vsumfructum.

Peculium palatinorum dicitur etiam castrense, scilicet militum palatij qui principem sequuntur, secundum Accur. C. de castr. pec. lib. xij. in rubr.

Peculium quasi castrense dicitur illud quod aduocatus acquirit præstando clientulis suis patrocinium in causis, vel quod magister grammaticus, logicus, vel rhetoricus in scholis suo luctatur exercitio. in l. fin. C. de inoffic. test.

Peculium aduentitium est quod filio aduenit ad auo paterno vel materno, vel ab altero, vt ex prospera fortuna, & ex testamento agnatorum vel cognatorum, & quod filio aduenit, ipsius est quo ad proprietatem, patris verò quo ad vsumfructum. Et dicitur alio nomine paganicum aduentitium. Item aduentitium si ab Imperatore vel augusto datū fuerit, comparatur castrensi peculio. in l. cùm multa. C. de bo. quæ lib.

Peculium profectitium dicitur illud quod de rebus paternis vel dominicis proficiscitur, & filio vel seruo datur vt in eo negotietur, & illud est patris quo ad proprietatem, sed filij vel serui quo ad vsumfructum. Et etiam aliàs dicitur paganī-

cum profectitium.

Peculium clericorum est patrimonium clericorum. Nam peculium patrimonium appellatur, ff.ad Treb.l.cogi. vnde illud quod à clerico velut proprium possidetur, eius peculium dicitur. Secundo modo tamen & vsualiter peculium dici solet filiorum & seruorum patrimonium, quod eis à domino vel patre datur, vt ff.de peculio.per totum.

Peculium clericorum profectitium, est quod de bonis ecclesiæ procedit, vel quod ecclesiæ contemplatione acquiritur.

Peculium aduentitium eorundē est quod acquiritur ex opera eorum, vel aliàs prouenit ex intuitu personę. Et hoc not. Gofr. in sum. eod. tit.

Peculiaris mercis appellatio pertinet ad omnes negotiationes quæ in rebus mobilibus peculiaribus etiam hominibus exercentur. l.j.de trib. actio. vbi gloss.

Peculiariter, id est specialiter. C. de comi. rei mili. ij. libro x. & ff. de trib. actio.

Pecunia dicta est à pecude, quoniam, vt inquit Varro, à pastoribus horum vocabulorum fuit origo. Plinius libro 33. pecuniā accepisse nomen scribit à nota pecudis nummo impressa: sed iam pecuniæ appellatione omne illud continetur quod pecunia mensurari potest. Paulus de verborum significatione. l. pecuniæ, Pecuniæ, inquit, appellatione rem significari Proculus ait, hoc est patrimonium. & ff. eodem titulo. Vlpianus, Pecuniæ, inquit, non solùm numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino potentiam, hoc est omnia corporea. Nebr.

Pecus, pecudis, est omne animal quod caret ratione atque effigie humana, nam & de piscibus Horatius in primo Carminum dixit, Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes. Caius tamen libro nono Digestorum, titulo ad legem Aquiliam. l. lege Aquilia. Seruius, inquit, nostris exæquantur quadrupedes quæ pecudum numero sunt, & gregatim habentur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini, sues etiam, sed canis inter pecudes non est. Nebri.

Pecunia appellatur totum, quod homines habent, & dicitur à pecoribus, quia quicquid antiqui habebant, totum in pecoribus consistebat, vt j. q. iij. totum, & sic sumitur communiter. Quandoque tamē capitur propriè & strictè solùm pro numerata pecunia, vt xiiij. q. iij. putant quidam. & ibi gl. Aliàs appellatione pecuniæ omnes res cōtinentur. C. de const. pec. l. ij. Etiam Proculus ait pecuniæ appellatione rem significari



tari. ff. de verb. sign. l. pecuniæ, verbi gratia, heres factus, hereditate adita vendit eam, & emptori per stipulationem promittit, quanta pecunia ex hereditate ad ipsum peruenit, &c. Appellatione pecuniæ omnis res significatur, quia sensus est omnis res quæ ex hereditate ad me peruenit, & capitur significatū ex dispositione præcedenti. s. venditione hereditatis, quæ omnes res significat. Item ibi latè significat dicendo, heres mi, volo te restituere Titio pecuniam meā, id est hereditatem meā. Vnde perinde est ac si dicat hereditatem, bona, vel res meas, vt l. nam quod. §. fi. ff. ad Trebel. Sed ibi significat strictissimè, dum filiofamiliàs prohibetur mutuari pecuniā, quia significat pecuniam numeratam. l. j. ff. ad sena. mace. iuncta l. sed & mutui. eod. titul. Ratio vtriusque, quia in priori casu subiectus fuit ex fauore, ergo ampliandus, sed hic casus subiectus est ex odio, ergo restringendus, vt in regula odia. de reg. iur. lib. vj.

Pedagia dicuntur quæ dantur à transeuntibus in locum constitutum à principe. Sed guidagia, require suprà.

Pedagogus est ille qui ab initio instruit pueros, & dicitur à pæs pedos, id est puer, & agogos ductor, quasi ductor, siue gubernator puerorum, institut. quibus ex cau. manumi. non licet. §. eadem lege Aelia Sentia. vbi gloss.

Pedamentum, dicitur vitis fulcimentum. Varro in primo de re rustica: Quibus stat rectè vinea dicuntur pedamenta, quæ transuersa iunguntur iuga. Vlpianus libro xlvij. de tigno iuncto l. prima. Vineis, inquit, necessaria, perticæ, pedamenta. Ant. Nebr.

Pedamenta dicuntur sustentamenta pedum vinearum, & dicuntur gallicè paxilli.

Pedanei iudices, require suprà Iudices pedanei.

Pedetentim, vide in glo. prima. in clement.

Pediculi dicuntur quædam argentea sustentacula, quibus vasa vel res quælibet velut pedibus sustentatur, ita ponitur in l. pediculis argenteis. ff. de auro & arg. leg.

Pedicones gladio puniuntur teste Iustiniano instit. de public. iudic. §. item lex Iulia. quamuis quidam apud Imperatorem in eodem loco in alio capite legis Iuliæ hanc pœnam constituant, & propterea textum nitidum deprauantes: non peccatoribus, sed pedicatoribus legendum contendunt, tamen quia hæc eorum lectio minueret pœnam, non puto ab antiqua lectione recedēdum, cùm alioquin tales vita priuari debeant, vt sancitum est in auth.

vt non luxur. contra nat. circa fi.& in l. cùm vir. C. ad l. Iul. de adulte. secundum intellectum Baldi.

Pedules, calceatui aptæ fasciæ erant, quibus antiquiores vtebantur. Plinius libro octauo. Mures ait, abrosisse Carboni Imperatori fascias, quibus in calceatu vtebatur. Tales fascias Vlpianus curules & pedules vocat, in titu. de auro & arg. leg. l. argumento. Fasciæ, inquit, crinales pedulésque & pilea vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. Nebr.

Pægma, vide in ver. pægma.

Peius not. Pau. in commen. ca. in literis. de restit. spol.

Pellex, concubina est illius qui habet vxorem, eóque distat à pallaca, quæ est concubina cœlibis, dicta est autē pellex à pelliciendo, quod videlicet attrahat alliciátq; alterius virū. Cui mulierum generi pœna est à Numa Pompilio cōstituta hac lege: Pellex aram Iunonis nec tangito: si tanget, Iunoni crinibus demissis agnum fœminam cædito. Pau. de verbo. sign. l. masurius. Cauis, inquit, Flaccus scribit pellicē vocari, quæ cum eo cui vxor sit corpus misceat, aut quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit. Nebr.

Pellex est quæ miscetur habenti vxorem: alij dicunt quòd est vxoris loco siue nuptiis in domo, vt concubina vel amica. l. Penè, id est, quasi, vt not. iij. q. vij. cap.

masurius. ff. de verb. sign. vel est illa quam quis habet ad tempus saturandæ libidinis causa. tex. & glo. in c. laici. iuncta glo. xxxiij. distinct.

Penaria cella, & penarium, vt inquit Varro: locus est vbi penus reponitur atque adseruatur. Cicero quinto in Verrem actione: Cato sapiens Siciliam cellam penariā reipublicæ dicebat. Vlpianus titulo de penu legata. l. qui penum. Quæ horrei penarij vel cellæ penariæ instituendę gratia habētur.

Penus penoris, siue penus, us, est (vt ait Cicero in 2. de natura Deorum) omne illud quo vescuntur homines.

Pœna est delictorum debita coercitio vel satisfactio, quæ à lege vel à ministris libris imponitur. per Azo. in Sum. de pœ. & l. si pœna. ff. de pœ. Et sunt octo pœnæ iuris ciuilis, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exiliū, seruitꝰ, & mors. Pœnæ autē iuris canonici sunt, suspensio, excōmunicatio, depositio, intrusio, incarceratio, & verberatio, secundum Archid. qui hoc no. in c. j. xxiiij. q. v.

Pœna & suppliciū differūt, vt no. Arch. xj. q. iij. nemo, per totum. pœna quoque differt à mulcta, vt dictum est ꝫ. in ver. mulcta.

Pœnam cōmitti, est pœnā deberi.

Pendere, id est soluere. l. j. si ager vectig. vel emphy. pet.



cap. qui sine.

Penes, no. plenè Ioā. Cal. in com. decre. postulasti. de cōce. præb. Et est differentia inter penes & apud. vide per Io. Lincon. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. vbi dicit, q̄ illud est penes aliquem, cuius possessionem habet, sed illud est apud aliquē, cuius solam detentionem habet, vt de postrario, & commodatario, & dicit q̄ in d. l. apud. sumitur improprie, vt d. l. penes. de verborum significe.

Peniculus, instrumentum quo vtitur pictor ad pingendum. l. pictoris. de fund. instruct.

Phauorinus apud Gel. lib. 4. ostendit, penus est quod longæ vsionis gratia contrahitur atque recondiruꝫ ex eo dictū q̄ non in promptu sit, sed intus rēcondituꝫ, & habeatur penus. Apud Iurisconsti. tit. de penu. leg. hoc est, iis de rebus quæ adseruantur in penario ad longum tempus: nā quæ ad breue, in próptuaria sunt cella, inde appellata, q̄ in promptu sit, quemadmodū penus in recessu interiori. Neb.

Penes, Præpositio, vt inquit Festus, differt ab eo quod est apud, quod apud personam tantum cum loco significat: vt si dicas, pecunia est apud me, posfis id rectè dicere, etiam si tua non sit. Penes verò non tātum personam & locum designat, sed etiam dominiū: vt si dicas, pecunia est penes me, significat q̄ est tui iuris ac potestatis. Vlpian. in tit. de verb. sign. l. penes. penes te, inquit, amplius est, quàm apud te est, nā apud te est, quod qualitercunque à te teneatur, penes te est, quod quodammodo à te possidetur.

Peniculus, pictoris est instrumentum, quo inducit in picturam colores: dicitur & penicillus, vtrunque per diminutionē ab eo quod est penis, hoc est cauda inclinatum: nam in modum paruæ caudæ prominent setæ, ex quibus fit peniculus. Plinius libro 35. Arrepto peniculo lineam ex colore duxit. Martianus in tit. de fundo instructo. l. pictoris. penicili, inquit, est cauteria & conchæ.

Pœnitentia, secundum Ambros. est præterita peccata plangere, & plangenda iterum non committere, vel sic, secundum Aug. est quædam dolens vindicta, puniens in se quod commisisse dolet, de quo plura vide in tract. de pœ. dist. ij. & iiij.

Penitus, nor. Ioan. Andr. in capit. j. de sup. neglig. prælat.

Pensio idem est quod census, vel tributū. In quo differunt pensio & census, vide gl. in cle. j. de sup. negl. prælat. in ver. pensiones.

Pensitationes publicæ secundum Azo. in Sum. C. si ob publ. pen. ven. dicūtur annuæ exactiones tributorū vel vestiū, auri vel argenti, quæ à certis personis debebantur, & præstabatur fisco.

Sed

Sed & pēsitationes publicæ dicuntur,quæ ad viarum vel pontium refectionem præstandæ sunt à possidentibus, vt sic fiat omnium datorum quædā collatio,& si pensitatio est quasi pensionis solutio.

Pentaprotia, latinè quinque primatus,munus erat in municipiis,vnde pentaproti dicti qui eo munere fungebantur,qui latinè quinque primi appellari possunt.l.ij. C. de priuil. eorum qui in sac.pal.mili.lib.xij.

Pentateuchum est volumen continens quinque libros Moysi, à pente, id est quinque, & teuchum,mandatum,quasi,&c. vt in cap.j.de decimis.

Penula est quædam vestis, qua nō vtebantur nisi ciues Romani, quæ fuit data patri Sauli, quia societatem contraxerat cum Romanis.c.si adiutorium. dist. x.vbi glos.

Penus quæ dicatur, diffusius traditur in tit.de penu. leg. quàm vt hic paucis declarandum sit, vide ibi Iuriscons. inde penarium pro loco in quo penus asseruatur.

Per,not.Archid.xiij.q.ij. c. ebron. & Pau.de Leaza. plenè in cle.j. de sum.Trinit. & fid.catholi.& Ioan.And.t.de elect.ca. dudum. in si.ff.de verb.sign.l. vbana. §. pernoctare. vbi dictio per, denotat perfectionem.

Peragauda est vestis de auro vulgari,quod in gaudis vestimentorum vel chlamydum ponitur,vel vestis quæ habet aurum tantum in superficie, requiritur suprà Oloberus. & C. de vesti. olo.& deaura.l.j.libr.xj. Legendum est paraganda, quam vocem exposuimus suprà in ver. parangaudes.

Peragit qui obtinet, vnde peregisse reum dicitur qui damnauit, vt tradit Alciat. in l. transacta. de verbo.sign.habetur in l.ij.de adulter.

Perangaria est seruitus personarum & rerum, & dicitur quasi perfecta & magna angaria. Est autem angaria seruitus personarum & non rerum. Item per angariæ dicuntur exactiones & præstationes patrimoniorū, scilicet onera quædam quæ prædio incumbunt vel imponuntur.& erant fortè exactiones equorum vel vecturarum ad portandum annonam militibus, vt colligitur C.de cursu pub.& angariis & perangariis. in rubri. libro xij. Legendum parangaria, non perangaria.

Perditum dicitur aliquid si facta diligenti inquisitione non reperitur.Bart.in l. si quis argentariis.§.an.& ff.de eden.

Perduelles olim appellabantur ij, quos nos hostes appellamus.l. quos nos.de verb.sig.

Perduelliones,require suprà Crimen læsæ maiestatis.

Peregrinantes largè dicuntur illi, qui à loco sui domicilij profi-



ciscuntur. C. de incol. l. ciues. libr.x.Propriè autem dicuntur romipetæ apostolorum & aliorum sanctorum limina & oratoria visitantes. xxiiij. qu. iij. si quis romipetas, & cap.paterna rum.& c.illi qui. Etiam dicuntur illi qui accedunt ad præsentiam domini papæ,eod. tit.cap. vnico.& ij.q.vj.arguta.

Perduelles ab antiquioribus dicebantur,qui postea dicti sunt hostes: nam hostes dicebantur, quos nunc vocamus peregrinos.Cicero in primo Officiorum: Equidem illud animaduerto,quòd qui proprio nomine perduellis esset,is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam mitigante. Caius in titu. de verb.signific.l.quos nos, inquit,hostes appellamus, veteres perduelles appellabāt, hinc perduellio,onis,pro ipsa in rem publ.aut in principem hostilita te eorum qui hostes patriæ iudicati sunt. Suetonius in Iulio: Subornauit qui Caio Rabirio perduellionis diem diceret: Perduellionis crimine primus omnium damnatus est Horatius ob sororem interfectam, sed absolutus. Vlpianus in titu. ad legem Iuliam maiesta. l. is qui. Qui perduellioni, inquit, reus est,hostili animo aduersus rempublicam vel principem animatus est. Nebr.

Peregrini dicuntur omnes, qui non sunt de episcopatu ordinantis,siue sint clerici, siue laici secundum Goffred. in sum. de cleri.peregri. quia tales recipi non debent ab episcopo alieno ad ordines vel dignitates,aut ecclesiastica sacramenta,vt lxxij. distin.per totum. & in tit.de cler. pereg. Vnde clericus peregrinus est qui in alia prouincia ordinatur.

Peregrini quandoque dicuntur deportati.l.sed & si. §. solemus. de hered.instit.

Peremptio,id est,in totum extenuatio. l. qui hominem. ff. de adimen.lega.

Peremptorium dicitur à perimendo,eo quod omnino perimat, vt terminus peremptorius, vltra quam non dantur vlteriores dilationes. Similiter exceptio peremptoria dicitur quæ perimit actionem. Etiam dicitur citatio peremptoria: quia omnes aliæ citationes debent fieri antequam aliquis tanquam contumax puniatur.Iudex tamen peremptoriam citationem, vel peremptorium edictum extante causa,statim mittere potest,&idem operabitur, quod aliæ tres citationes possunt operari.

Peræquator, est qui homines & territoria peræquat, id est, valde æquat,vel qui prædium desertum æqua pensione (vt pri°) assignat nouo possessori. vt C. de censi.& censito. & peræquato.in rubr.libr.xj.

Sed

Sed secundum peritiores peræquatores dicuntur exactores capitationis, eo quòd æqualiter ab omnibus exigant.

Perfectũ dicitur quod omnibus suis partibus constat.l.j.in prin. & ibi glos.ff.de orig.iuris. Vel dicitur perfectum in quo adsunt vel adesse debent.l.j. & ibi not.C.de arbitr.Aliquando dicitur perfectum ex sola initiatione,vt l.ædificia.§.perfecisse. de verb.sig.ff.

Perfectissimi secundum Alc.libr. iij. Dispunctio. dicti sunt qui cùm nec ex senatorio nec ex equestri ordine essent, ad dignitates assumebantur. De perfectissimatu extat titul. peculiaris.lib.xij.Cod.

Perfunctoriè. i. obscurè vel deceptoriè,no.ff.quod vi aut clam.l. aut qui aliter, vel id est negligenter.xl.distinct. ante omnia.

Perfusoriè, id est ambiguè. ff.de euictio.l.qui libertatis.§.sed & si quis.

Pergula, est mensa in qua opifices opera sua vendenda exponunt. Hinc Plin. scribit Appellẽ tabulas quas pingebat,transeunti populo iudicãdas in pergula consueuisse proponere. Vipianus libro nono Digestorum.tit. de iis qui deiecerunt. l.si verò.Cùm pictor, inquit, in pergula clypeum vel tabulam expositam habuisset, eáque excidisset. Nebrii.

Pergula est tugurium vel obumbratio frondosa, ponitur in gl. §.contrahentes.capit. j.de foro competen.lib.vj.

Peripsema est neutri generis, scobem,quisquilias, ac omnium rerum purgationem significãs, Ambrosio interprete.

Perisschoregia, nomen magistratus,fortasse curator annonæ,secundum Alciat. l. vrbana familia.de verb.sig.

Periurium propriè dicitur quando aliquis iurat contra canonica statuta vel temerariè. Et dicitur multipliciter. Primò, falsa iuratio. Secundò,dicitur transgressio liciti iuramenti. Tertiò dicitur indiscretum iuramentum, & est veniale. xxv. distinct.c.vnum.§. criminis.in fi. Quartò dicitur mendacium iuramento firmatum, & semper hoc est mortale.xxij.quæst. ij.quod autem ait.

Permitti dicitur aliquid tribus modis. Primo quod nullo iure prohibetur.Secundo quod contra humanas constitutiones indulgetur. Tertio illicitum, vt magis illicitum vitetur, vt est glos.cum exemplis,in can.omnis. distinct.iij.

Permutatio secundum Goffr. est vnius rei pro alia vicaria præstatio, vel vicaria præstatione mutatio. Et contrahitur (sicut plerisque placet) quando inter aliquos conuenitur, vt certa species pro certa detur. C. de rer.perm.l.j.§. quoniã. Si enim conueniretur vt certa species daretur pro incerta, vel econuerso,non esset permutatio,sed contractus innominatus, scilicet,do vt des,&c.

Pernoctare extra vrbem dicitur, qui nulla parte noctis in vrbe moratur.l.vrbana. de verb.sig.§. pernoctare.

Perpensus,id est perfectè pensatus & deliberatus.de pact. cap. vlt. circa medium.libro sexto. & sic dicitur in proœm. clementi.iuris sanctio perpensa, digesta consilio.

Perperam,id est malitiosè,iniustè, iniquè.l.cùm quærebatur. ff. de re iudic.& l.qui interrogatur. ff. de interrog.actio. aliquando,id est per errorem. l.si ancillam. §. fina.ff.pro suo. Et quando dicatur perperam iudicatum,vide l. si seruus quem. ff. de liber. cau. Aliquando dicitur perperam, quod calumniosè & sine causa fit.l.ab executione. circa finem. C. quorum appellation. non recipiun.

Perpetuum dicitur illud quod habet certum finem. Nicolaus de Neapol. in lecturis Bartoli, in l.iurisperitos.ff.de excusatio. tutor.

Perpetuum quandoque idem est quod generale.de election.cap. Massana.& cap.vt circa. eodem titu.libro sexto.vt dicendo,edicto perpetuo (id est generali) prohibemus.

Perpetuarius dicitur, qui in perpetuum aliquid conduxit. l.vlt. C.de loca.præd.ciuil.

Perplexitas est constringens & inuitabilis necessitas peccandi, quæ prouenit ex erronea voluntate, vt cap.primo.in summa,distinct.xiij.vbi glos. bona, aliàs perplexum dicitur quod est val de dubium.

Persecutio est imploratio officij iudicis, quod vulgò nobile appellant,secundum Alciat.in l.actionis verbo.de verb.sig.

Persequi propriè dicimur, quod nondum consecuti sumus. Vnde licet quis satis acceperit, tamen adhuc dicitur persequi, quiaverè ei satisfactum non est. l.quibus.§.j.vbi Alciat.de verbo. signific.

Personæ quædam dicuntur priuatæ impropriè, vt illæ quæ sunt exemptæ à iure communi, vt distinctione tertia,priuilegia. vbi dicitur, quòd priuilegia sunt leges priuatorum.Quædam verò dicuntur propriè priuatæ:vt illi qui non habent dignitatem, xxiiij.quæstio.j.qui contra. Vnde clerici non dicuntur priuatæ personæ,cùm habeant dignitatem,id est, ordinem ecclesiasticum, vt in can.priuilegia.præal. & distinctio.iiij.denique.secundum Ioan.Item secundum Alanum,quædam sunt personæ publicæ,quæ sunt in officio publico, vt tabellio, iudex, baliuus. Aliæ priuatæ, quæ non sunt in officio publico.

Personalitas significatur per has dictiones,tu mihi,ego tibi,cum alio significato quod probabiliter concluditur, & si nullo modo concludatur, tunc est imper sonaliter.

Persuadere est plusquam compelli & cogi sibi parere,vt l.j.§.per suadere.ff.de ser.corrup.

Persuasor à mandatore in quo differt. Bartol. in l. non solùm. §. si mandato meo.ff.de iniur.

Pertinacia in malo, perseuerantia in virtute dicitur. Nam pertinax dicitur valde tenēs,vel imprudenter durus, irreuocabilis, indocilis, & obstinatus, secundum Ioan. Andr. in clem. j. de summa Trinit.

Pertinere ad nos dicuntur, quæ spectant ad nos aliquo titulo, & quæ nostra non sunt, sed esse possunt.l.verbum illud pertinere.ff.de verb.sign.

Petitionis verbo in rem actiones significātur. l.pecuniæ verbum. de verborum significa.

Petitio hereditatis omnibus illis competit, qui iure veteri vel nouo heredes sunt vel fiunt, contra possessores, vel qui pro herede possident, nec possunt dicere quare possident, veteri iure,veluti xij. Tabularum, vel extestamento, nouo iure, velut ex Senatusconsulto. Qui verò cum titulo possident hereditatem, non tenentur petitione hereditatis, nisi in tribus casibus, vt si venditor non apparet, vel modico distraxit, vel de pretio non est factus locupletior, quibus casibus vtilis petitio hereditatis liberis competit contra testamentum parentum, & parentibus contra testamentum liberorum, & fratri contra testamentum fratris, qui turpem personam instituit heredem. Hæc autem de inofficioso vtilis est, quia competit à tempore aditæ hæreditatis, vsque ad quinquennium exheredato, non domino contra scriptum heredem aditione iam factum dominum.

Petitio hæreditatis fideicommissaria competit ei cui fideicommissaria hereditas restituitur ex Senatusconsulto Trebel.

Petitiohereditatis possessoria(quę dicitur bonorum possessio) intra annum vtilem datur emancipatis vel suis heredibus, intra centum dies,ceteris.Institut.de bono.possef.§.cùm igitur. versi. liberis.

## De P ante H.

Philantropium idem est quod sălarium.

Philacteria dicūtur chartæ,in quibus continentur incantationes. xxvj.q.v.in c.si quis.

Philyra, abortilia est, cuius cortice interiori prisci homines ad scribendum vtebantur.l. librorum.de leg.iij.

Phitones, sunt incantatores vel diuinatores, dicti à Phitone, qui fuit autor diuinandi.

Physis græcè idem est quod natura latinè.

## De P ante I.

Piger & tardus differunt, piger enim est incipiendo,tardus verò perficiendo.l.si quid venditor.circa principium.ff.de ædilit.edict.

Pignus est res mobilis vel se mouens apud creditorem à debitore tradita & collata ad præstandum securitatem de soluendo debito, vel adimplendo promisso.vel sic: Pignus est res obligata pro debito ad securitatem creditoris.& dicitur à nomine pugnus:quia pugno vel manu traditur:& consistit,in re mobili proprie:hypotheca verò est,vt proprie obligatio rei immobilis.

Pignus committi est in eum statum peruenire,vt debitor dominium pignoris amittat, verbi gratia, tradidi vel mutuaui tibi pecuniam sub pignoris cō ditione: vt nisi statuto die pignus luas vel redimas debitum soluendo,quòd ipsum committatur,id est amittatur.

Pignus luere,id est redimere.

Pignus est duplex, prætorium & iudiciale. Prætorium est quando mittitur actor in possessionem propter contumaciam rei in non comparendo ante lit. conte st.vel post.Sed pignus iudicia lę constituitur quando post sententiam mittitur actor in possessionem ob victi contumaciam in non soluendo, tunc enim victor statim acquirit naturalem & ciuilem possessionem: de hoc not. per doctores in capitulo contingit.de dolo & contumacia.

Pignus prætorium dicitur illud quod alicui à iudice datur pro maiori securitate rei petitæ & adiudicatæ,vide l.si decreto.C. qui pot.in pigno. hab. & l.j.C. de præto.pigno.

Pignorare est rem aliquam pro debito obligare creditori, vt securior sit de solutione debiti.vel est facere contractum sic dictum.

Pignoratitia actio. Require suprà Actio pignoratitia.

Pileus dicitur à pilis, quia pilos capitis tegit & stringit, secundum Ioan.Andr.in clement.ij. de vita & honest. cleric. potest etiam dici à pilis:quia de pilis factus est.

Piscina locus dicitur pro nutriendis & conseruandis piscibus deputatus: vt quando placuerit domino de ipsis capiat.

Pistores olim dicebantur facientes panem palatij,qui subeāt comiti horreorum,vt C.de pisto.l.vnica.lib.xj.secundū Acc.

Pistrinum dicitur locus siue machina in qua frumentum molitur,dictum à pinsendo,hoc est molendo: & pistores qui molunt:& pistrinarij qui pistrini

curam gerunt.Paulus de verbor.significa.l.impensæ.Pistrinum & horreum insulæ dotali adiectum.in titulo quoque de impensis.l.j.& sæpè aliàs.

Pityocampe, vermis est sine eruca in nucibus pineis.nam pytis est pinus,& campe eruca. Plinius libro xxxiij.Pinorum,inqui, erucas, quas pytyocãpas vocant.Item libro xxix.Eadem in pityocampis in pinea nascẽtibus, eadem bupresti similiter præparatur. Marcell.libr. xlviij.Dig.ad legem Corne.de sicariis & veneficiis.l.eiusdem. vbi pro bupresti & pityocampis bubostrum & pityocarpas mendosè legitur. N.

## De P ante L.

Placere, id est arbitrari secundũ voluntatẽ ratione regulatam, & est actum ponere in placentia,& in arbitrio,vt in l.Thais ancilla.§.sorore.ff.de fideicommis.liber. vbi relicta libertate si heredi placeret, inspicitur quid bono viro placeret, sed ex vsu communi intelligendi significat meram voluntatem, & fortè idem de iure scripto: per l.ex placito.C.de rer.permu. Ratio, quia certum est q placitum significat ibi voluntatem faciendi.§. pretium.instit.de contrahen.empt. vbi recipitur pro mera voluntate. Sed nõ obstat §.sorore.prealle. quia ibi significat arbitriũ ratione subiectæ materiæ, scilicet libertatis, vt facilius valeat.Item paria sunt actum põnere in alterius libito vel voluntate.l. fideicõmissaria, prope ptinc.ff.de fideicom.libe.in versi.sed & si ita scriptum.vbi est idẽ dicere,lego libertatẽ si heres fuerit, vel si ei libuerit.

Placet licet videatur importare omnimodam volũtatem proferentis, tamen includit arbitrium boni viri.l.thais.§. sorore præalleg.Nam licet dicam, faciam quęcũque tibi placent, intelligitur tamen iuxta arbitriũ boni viri.l.si sic.ff.de leg.j. vbi per Bart.& not.in c.de quo vult Deo.de iud.

Plagæ sunt retia rariores maculas habentia. Virgilius quarto Aeneid.Retia rara plagæ, lato venabula ferro. Vlpianus in titulo de fundo instructo.l.quęsitum.§. finautem. Aucupes, inquit, & plagæ huiusmodi instrumento continebuntur. Accursius plagas palos esse putauit,quibus retia fulciuntur.

Plagiarius non tam eum significat,qui subripit seruos alienos quod putauit Accursius,quàm eum qui liberum hominem in seruitutem trahit,quique hominem emit,quem scit esse liberum,& qui liberũ esse sciẽs vendit, aut eo vtitur quasi seruo.Plagium verò est ipsa pœna quæ plagiario infligitur. Martialis: Impones plagiario pudo



rem.Plagiariorũ quoque meminit Paulus Apostolus in prima ad Timotheum epistola. Apud Iurisconsult. titulus est de plagiariis ad legem Fabiam.

Plagiarij sunt qui liberos hominies seducunt, vel seruos alienos subripiunt, & vendunt, à plaga maris, vbi quis seruos vel liberos furtim subreptos vendit piratis & barbaris. C.ad l. Fab.de plagia.l.fin.

Plagiarius(aliàs plegiarius)etiam est idem qnòd fideiussor, vt in c.venientes.de iureiur.

Plagium est plaga,vel dolor quæ parentibus vel dominis infertur de subreptione filiorum vel seruorum ab ipsis plagiariis. Aufertur enim dominis vel patribus per tales facultas filiorum vel seruorum, & dicitur à plaga,quia est magna plaga patri vel domino secundum glos.rub. C. ad l. Fab. de plagiariis.

Plebs differt à populo, vt species à genere: quia populus continet minores & maiores, nobiles & ignobiles,plebs verò tantum minores,& inde plebiscitum, id est à plebe statutum. Instit.de iur. nat.gen. & ciuili. §.plebs autem.

Plebisscitum est quod plebeio magistratu, id est tribuno rogante an omnib.placeat, plebs instituit, dictum qnasi à plebe statutum, orta enim inter plebem & maiores ciuitatis Romanæ discordia,plebs sibi leges constituit,quæ dictæ sunt plebisscita,vt ff. de orig. iur.l. 2.§.iisdem. Reliqui verò hoc est populus cum senatoribus & patriciis, ius sibi constituerunt, quod dicitur lex populi antonomaticè,id est per excellentiam,secundum Isid.libr. v. dicuntur plebisscita, eò quòd plebs ea sciat, vel quod scisciatur & rogat,vt fiant.distin. ij. plebisscita.

Pleno iure exponitur, id est quo ad temporalem, & spiritualem iurisdictionem.ca.conquestus. de for.compe. & hoc si concedens habet potestatem vel iurisdictionẽ vtranque.in c.quoniam.de priui.& xvj.q.ij.c.j.

Plenum dicitur cui nihil deest, vel plenum,id est merum.l. fideicommissa. §. quanquam.ff. de leg.iij. vel plenum,id est validum.l.ii de meis. ff. de arbit. vel dicitur vbi non est aliqua exceptio.c.re vera.de consc.distin.j.& c.ieiuniũ. lxxxvj. dist.

Plerunq;,id est regulariter. instit. de le.patr.tut.in fin.cũ gloss.impropriatur.ff.com.l.si is q.§.fi.

Plumbarij, qui opera faciunt ex plumbo.l.j.C.de excu.art.

Pluralis locutio plura significat; duorum tamen numero contenta est.c.pluralis.lib.vj.de regulis iuris.Quandoque autem plura significat geminatiuè in suas singulares,sic quòd quælibet singularis in vno solo ve-

rificatur. Quandoque autem non geminatiuè,sic quòd vna singularis per se non attenditur:sed ipsa pluralitas simul, prout singulare concludit vel quodlibet aliud probabile medium, verbi gratia,testator dicit, Lego Stichum & Titium, si mei erunt,cùm moriar,tunc altero alienato, & altero non, iste non alienatus potest peti à legatario.Licet enim sermo pluralis sit, oportet tamen accipi ac si separatim dixisset, si Stich' meus erit cùm moriar, & si Titius meus erit.&c.vt l. falsa.§.fi.ff.de cõdit.& demon. Ratio Bar.quia hæc separatio respicit diuersos effectus,& separatos,id est dominium legatarij in quolibet,& quia sunt duo serui distincti,ita duo nomina distincta & separata,& sic separati effectus.Etiã ideò quia legaui quẽlibet nominatim,& sic refertur ad quẽlibet distinctè, & hoc ex fauore legati & testamenti. Sed ibi testator duobus impuberibus instituit duobus impuberibus in stitutis filiis suis dicit, si vterque impubes decesserit, Titiũ substituo, tunc si vnus moritur impubes, substitutus nõ admittitur, imò vt admittatur, requiritur vtrunque decedere in impuberi ætate.l.penult.C. de impuber. & ali. substitut. Ratio Bartoli est ex dictione vterque, quæ est collectiua. Alij tamen dicunt quòd fauore institutionis dictio collectiua sumitur distributiuè.l. hoc articulo.ff.de here. inst.modo omnis substitutio est cõditionalis institutio, ergo,&c.& sic Bar.in l.heredes.§.cùm ita.ff. ad Trebell.dicit quòd in d.l. penul.vno filio moriente impubere,remanet alter filius testatoris:qui ex præsumpta voluntate excludit extraneum substitutum. arg.l.cùm acutissimi.C.de fideicom.ideò vno moriente impubere, non existit conditio substitutionis,& sic de aliis exemplis.

Plus petitio fit quatuor modis: Vnde,

Plus petitur causa,vel tempore, réque,locóque.

Vt no.in c.j.de plus peti.& §. plus.Institut.de actio.

Plus sub se minus continet, verbi gratia,licet patri vel marito occidere adulterum cùm filia vel vxore deprehensum:per hoc significatur,quòd etiam licet vulnerare,vel iniuriis afficere,l.nec in ea.§.ius occidendi.ff.ad leg.Iul. de adulteriis, quia plus est occidere quàm vulnerare vel iniuriis a cere: quia illa continentur & significantur sub verbo occidere,sed de hoc dicto latissimè Dynus in c.plus.de reg.iur.lib.vj.

## De P ante O.

Pocula appellantur omnia vasa quæ potui parata sunt.l.Sciæ. de aur.& arg.legã.Inde poculétum, quicquid potari potest, l.plebiscito.de offic.præsi.

Podagra est ægritudo. C.de decur.l.à muneribus.lib.x.

Pœna,require in p,ante œ.

Polio, onis dicitur qui atma polit. Iulius Fir.libro ij. Mars, inquit, & Mercurius in decimo,ab horoscopo loco polio nes faciũt. Callistratus lib.5o. de iure immu.l.quibusdã. N.

Polia apud Vlpia.in l.ædiles aiũt. ad fi.ff.de ædil.edi.puto idem esse quod equitium, hoc est equorum mandra ,seu armentum equinũ: descedereque nõ à pluralitate(vt voluit Accur.) sed potius à græco nomine polos , quòd pullum & maximè equinũ significat, vnde polodam axem,est equos domare.

Polyposus, is dicitur qui polypo morbo laborat:est autem polypus , vt inquit Celsus lib.septimo , caruncula modo alba, modo subrubra , quæ narium ossi inhæret, strangulátq; hominem, maximè Euro aut Austro flante.Paulus quoque Aegineta:Polypus inquit, tumor est præter naturam, in naribus consistens, à similitudine marini polypi nominatus, quod eius carni similis sit.Galenus libro tertio decameridon multa de origine & cura illius scribit. Vlpianus libro vigesimoprimo digestorum , titulo de ædili.edicto.l.Qui clauum ha bet, morbosus est,& polyposus. Ant.Nebrif.

Policitatio est solius offerentis promissio.ff. de pollici.l.iij.& differt à stipulatione & à pacto,quod est duorum consensus atque conuentio.

Polinctores dicuntur funeris paratores:nam polincere est funus parare.Plautus in penulo: Propterea apud vos dico cõfidentius,quia mihi polinctor dixit,qui eum polinxerat. Idẽ in ãsinaria: Ecquis cutrit polinctorem accersere? mortuus est Demenetus. Vlpianus de institoria actione.l.quicunque. Si libitinarius, inquit, seruum polinctorẽ habuerit,isque mortuum spoliauerit , dandam in eum quasi institoriam actionẽ. Itaque nonnihil interest,cũ Libitinarij videantur qui funus curãt,polinctores qui efferunt. Ant.Nebr.

Polinctores dicebantur curatores cadauerum, de quibus sensit Vlpia.in l.quicunque. §. idẽ ait.ff.de insti.act.dum , inquit, seruum pollinctorem habuerit, isque mortuũ spoliauerit, licet alij aliter & minus rectè.

Pollis seu pollen, flos est farinæ. l.maximarum.C.de excu.mun.

Polyposus,qui polypo morbo laborat.l.qui clauum.de ædil.edi. Est autem polypus tumor præter naturam in naribus,de quo Celsus libro vij.

Pomi appellatione continetur o-

munis fructus edendi causa paratus, non transit ad potum pertineat. Iuuenal. fundum. vbi Alci. de verb. signifi.

Pontifices olim dicebantur Imperatores. xxj. dist. cleros. dist. x. de capitulis.

Pontificiale est ordinarium Episcopale, & secundum Host. est authenticus ille liber, vt de seruis, non ordinan. can. consuluit, & no. Ioan. Andr. in cle. vnica. de iureiur.

Pontones dicuntur quædam naues. Vnde dicitur. Si pontonibus iniiciatur, mare trasiretur, vel nauibus transeatur.

Populus, require supra, in verbo plebs. quibus adde populu plebeu, decem viris constitui, secundum Bar. in l. prætor, vi bo. rap.

Popina, locus est vbi edulia esculentaque parantur hominibus non satis honestis. Vnde Lucilius: Infamemque in honestā, turpemque odisse popinā. Nonius: Quos nunc dicimus tabernarios a popinis, vel luxuriosos, qui se popinis dedunt, de legatis tertio. l. extera. Ad tabernas, inquit, vel popinas extendi tur. Ant. Nebrib.

Popularis actio, vide supra, actio popularis.

Porcarius, id est suarius. Require infra, suarius, & dicebantur olim qui custodiebant porcos ciuium vrbis Romanæ in pascuis, & excusabantur a muneribus sordidis, vt in C. de suar. & suisce. l. j. libro xj. secundum Accur.

Porrectum, id est extensum. l. viæ. de seruit. rust. præd. & authenti. hoc ius. C. de sacrosan. eccle.

Portari proprie dicimus ea quæ quis iumento secum ducit. l. ferri. de verb. signi.

Portentum proprie dicitur ostentum, quod aliquid futurum significat. Sæpe tamen monstri & portenti appellationibus auctores indifferenter vtuntur.

Portio in dubio refertur ad dimidiam. l. nomen. de verb. signif. vbi Alcia.

Portus quid sit, ostendit Iurisconsul. in l. portus. de verb. sign.

Portorium dicitur quædam præstatio quæ datur pro nauium applicatione, seu statione & mercatione quacunque facta in portu. Vnde differunt pedagia, & guidagia & salinaria. Require quodlibet suo loco. Et ista omnia dicuntur portoria, C. de vectiga. & commiss. lij. & c. super quibusdā. de verb. sign. in glo. in ver. pedagia.

Positio secundum Gotf. est dictum quod loco interrogationis ponebatur olim, hodie de plano ponitur, & positiue fit, sicut olim interrogatiue fiebat, verbi gratia, si volebam te conuenire hereditario iure, tunc sic diceba, Domine iudex, interrogetis hunc an ipse sit heres talis, & ex qua parte sit heres. Hodie verò sic dicitur, pono te esse heredem talis. Item pono ipsum ex asse heredem, scilicet extitisse. Sed quia hodie simpliciter fiunt interrogationes super positionibus, igitur aliter describitur à Spec. eo. tit. sic, Positio est breuis verborū formula mentē ponentis continens, ad veritatem eliciendam concepta. Et habuit hoc verbū ortum non solùm ex vsu hominū diu in causis inolito, licet ex antiqua l. ff. de leg. iij. l. Offidius. §. ex diuerso. ibi, pone inquit, Positio igitur nihil aliud est, quàm dictum de credulitate asserta in vim præstiti iuramenti, faciens ad probationem, aut ipsam administcu lans, habens annexam interrogationem aut iudicis supplet ionem. arg. in auth. de his qui ingre. ad appel. §. fin. sic dicta ex communi consensu, non tamen sine ratione. ff. de suppel. lega. l. Labeo, inuenta vt partes exponerentur probationibus, & ne fatigentur laboribus & expensis, vt §. fin. præalleg. vel positio dicitur dictum facti nondum probati per articulos rite distinctum, loco probationis propositū spectans directe vel indirecte, simpliciter vel admiculatiue ad intentionem ponentis quod intendit probare ponens per confessionem aduersarij sui vel eius procuratoris. argu. de elect. dudum. ij. de testib. præsentium de confess. statuimus. lib. vj. nec debet poni nisi hoc quod est facti. ff. de dote præleg. l. j. C. de legib. l. leges. vnde quæ vocantur positiones in curia ecclesiastica, dicuntur articuli in curia secularī, & differūt à rationibus, quia rationes sunt iuris, sed positiones vel articuli sunt facti. Item positiones differunt ab interrogationibus, licet tam positiones, quàm interrogationes fiāt vt per cōfessionem aduersarij releuetur ponens ab onere probandi, quia positiones fiunt affirmatiuè & à parte, sed interrogationes fiunt interrogatiue, & à iudice, & ad positiones debet respondere pars non aduocatus, & quandocunque sunt faciendæ probationes, fieri possunt positiones, siue ante litem contestatam, siue post, de hoc vide gloss. in capitulo primo, de confess. libro sexto. quæ plures ponit concordant. & allegatio. cum exemplis. De positione ante litem contestatam, & etiam post, scilicet de exceptione, quòd actor sit excommunicatus, ponit reus hoc modo, pono quòd per culsisti talem in tali parte corporis, tali loco, tali die, talibus præsentibus. Item turbatus ex tali causa, animo iniuriandi illum, qui tunc erat clericus, & erat in possessione clericatus & sciebas eum clericum esse. Item vidisti eum coronam

habentem & tonsuram clericalem deferentem. Quibus per actorem probatis, probanda non est excommunicatio ante litem contest. Pone quod petã aliquem ab ecclesia, quam contra iura retinet, remoueri, dicam pono iuramento quod habet & possidet ecclesiam sancti M. Item quòd habet & possidet ecclesiam sancti P. Item quælibet earum habet curam animarum, & eas post Concilium acquisiuit. Hoc confessato succumbit reus, nisi dispensationem vel iustam causam ostendat. Item debent fieri positiones super contentis in libello. Et not. quòd multiplices sunt positiones. Vna dicitur positio pertinens, & ad talem coget iudex respondere, vt in ca. præsentium. de testib. libr. vj. & si dubium est an pertinens sit vel ne: inclinabit se iudex ad id quod verisimilius est, & in dubio tutius est, quòd faciat respondere, vt de confes. ca. statuimus. libr. vj. ff. de interro. act. l. de ætate. §. ex causa, & vbicunque. eodem titu. alia est positio impertinens, cui non cogitur quis respondere. Item quędam est negatiua positio, & talis nõ debet admitti, quia verbis affirmatiuis ponenda est. Nam negatiua non probatur, & id quod ponitur, si negatur, ponẽs ipsum probare habet. ff. de prob. l. ij. C. eodem ti. l. actor. & de probat. quoniam contra falsam. Fallit quando aliàs quàm per talem positionem probari non potest. ca. statuimus. prę all. vel super facto prægnantis: vbi indirectè probatur. c. ex tenore. de testi. & C. de contrahen. & commit. stip. l. optimam. Itẽ positio quæ non releuat ponentem, vel ei non prodest, non debet admitti, quia nõ habet quis ad probãdum id admitti, quod probatum ei non prodesset. l. ad probationem. C. de prob. ca. dilecti. de except. Item positio quæ non facit ad causam, vel quæ non est super re, de qua agitur in libello, vel super eo quod repellat agentem, si proponitur ex parte rei, dicitur impertinens, & non est admittenda. Item positio quæ dependet ex alia, quæ fuit negata vel concessa, non est admittenda, quia super ea non est amplius quærendum. arg. ff. nau. cau. stabu. l. licet. nè responsioni sit contraria, sicut nauta ventis contrariis nauigans: vt in auth. de his qui ingr. ad appel. §. j. & in capper tuas. de probat. l. generaliter. C. de non num. pec. Item positio implicita non debet admitti propter periculum periurij. Et ideo debet diuidi, vt certum & verum respondeatur. arg. ff. de interrog. act. l. de ætate. §. quod autẽ. & §. nihil. quia etiam iudex cauere debet, ne sit auctor periurij. C. si aduersus vendit. l. j. Item no. quòd effectus positionum est, quòd quis eas cõfitetur, habetur pro cõfesso. C. de confes. l. vnica. §. j. & positionibus non respõdẽs habetur pro confesso. c. fi. de iura calũ. de cõfes. c. fin. lib. vj. Item positionibus vbi iuratum est de veritate, non potest responderi per procuratorẽ: nisi sit causa vniuersitatis vel conuentus. c. præsentium. de testi. præalleg. c. pastoralis. cum sua glo. de iudi. Item positionum vtilitas est, quia aliquando quod directè negatur, indirectè conceditur in toto vel in parte, vt de iure. iu. c. cum in positionibus. lib. vj. Posse. i. debere. ff. de lib. & posthu. l. placet. regulariter tamen contra. ff. de offi. præf. l. sæpe. cum l. seq. & de iudi. non quicquid. & C. quomodo & quando iudex. l. j. & multis modis dicimur posse. Vnde, posse quidem rebus dant ius, natura, potestas. Officium, meritum, sexum diuina voluntas, de hoc vide gl. in capit. sciscitatus. de rescript. & ibi concor. Nam posse dicimur etiam illud quod licite & sine incommodo nostro possumus. ff. de verbor. signif. l. nepos. Proculo. in fi. simile de con di. instit. l. filius qui. in fin. vbi textus. Vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est: vt xxij. q. ij. faciat homo, vbi etiam de multiplici potentia, & Inno. de conces. præben. accedens. & ff. de regu. iur. l. in condemnatione. vbi gl. & iij. q. vj. hoc quippe. C. de legibus. l. non dubium.



Possessio secundum Azo. C. de acqui. & reti. possess. est corporalis rei detentio, corporis & animi & iuris adminiculo concurrente. Vel sic, Est ius quoddam quo aliquis rem corporalem verè in potestate habet. Et dicitur corporalis rei, ideo quia sola corporalia possidentur, incorporalia autẽ dicuntur quasi possideri & quasi tradi per patientiam & vsum. Nam incorporalia non possunt corporaliter apprehendi, sicut iura & seruitutes, & ideo non possidentur. c. cõquestus. de fo. competen. in gloss. ff. de vsuca. l. sequitur. §. si viam. ff. de acquir. poss. l. iij. in prin. Et ideo bene dicitur detentio, quia res naturaliter tenetur ab eo qui corporaliter insistit ei. Item dicitur corporis animi & iuris, quia hæc tria, vt quis verè dicatur possidere, concurrere debent, scilicet actus corporis, affectus animi, adminiculum iuris: nam opus est, vt quis corpore adipiscatur, vel saltem oculis. Sufficit enim plerunque visus oculorũ, & animi affectus cũ volũtate tradẽtis, quia ipse animi affectus necessarius est, non autẽ per se corpore aut per se animo possidetur, quia cer-

tum est possessionem solo animo amitti,puta si quis se posse repelli suspicetur.Item oportet q; ius approbet, nam licet quis sacræ rei vel religiosæ corpore &animo insistat,non tamen de iure possidet, quia res sacra vel religiosa, nec ab ignorante,nec à sciente possidetur. Et dicitur possessio quasi pedum positio.

Possessionum alia est iuris tantum, alia facti tátum,alia facti & iuris simul,& hæc interdum habet plus iuris, minus facti, interdum econuerso, vt not.de conces.præben.cum nostris.& C.de acquirend.poss.l.j.Item Hug.de Porta. Rauennata differentiam posuit inter possessionem vacuam,&vacuantem, vt in glo.ij.C.vnde vi.l.fin.&Io. ibi reprobat,& sic glo. concludit quòd non differunt.Sed vacua siue vacans est quæ à nemine possidetur animo vel corpore propter longum tempus,vel propter obliuionem ex longo tempore.Item possessio ciuilis quandoque requiescit supernaturali:vt si tu possides nomine meo,vel precario à me.Quádoque non requiescit,vt in vsu fructuario meo qui naturalem habet possessionem ex iure,sed ego dominus habeo ciuilem rationem dominij nõ requiescente innaturali vsufructuarij.

Fiduciaria possessio dicitur teste Bud.in annota.ad pandec.ad l.ij.de orig.iur. quam sub manu regia possidere vocant, quasi fide data acceptam, à fiducia dictam, quasi dicas depositariam, quam, si causa cecideremus, restituere debeamus.

In possessione esse, & possidere, longè differunt,vt declarat eleganter Iurisconsultus in l.si q; vi.de acquir.possess.

Possessio interdum significat proprietatem.l.interdum. de verb. significatione.

Possessor bonorum, require suprà bonorum possessor, vt filius emancipatus vel agnatus, qui dicuntur bonorum possessores ex bonorum pos. edictali & decretali: nam statim vt habent edictam & decretam possessionem, ex hoc habent interdictum decretum ad hoc vt consequantur hereditatis possessionem.Differunt autem heres & bonorum possessor,vt suprà bonorum pos. vnde aditis hereditatibus heres non desiderat autoritatem iudicis,sed bonorum possessor requirit autoritatem & patiétiam iudicis, insti.de bo.pos. §.quos autem.

Possessorem facere causa rei seruandæ, aut in possessione mittere est,verbi gratia, contendisti talem fundum esse tuum,& probasti, iudex per executorẽ suum mittet te in possessionẽ, & facit verum possessorem: ite volui agere contra G. & eum vocari feci ad iudicium,& contemnit venire, iudex mittet me in possessionem illius rei, quam petebam, non vt faciat me verum possessorem, sed vt in fundo maneam causa rei seruandæ & custodiendæ, & rem illam tenebo, donec probauero meam esse,& si aduersarius meus tandem tædio affectus mouetur, & de sua cõtumacia resipiscat,mecum litem, si velit aliquid dicere habebit: de hoc require suprà mittere in possessionem.

Possessorium iudicium est triplex. s. pro possessione adipiscenda, recuperanda,vt in c. pastoralis,de cau.poss.in gl.iiij. & vide suprà interdictum.

Possibile dicitur id quod commode fieri potest. l. nepos Proculo & ibi Barto.ff. de verborum significatione.

Possidere naturaliter dicitur quis, cum in re vel eius parte,vel saltem cùm res est in conspectu eius, vt ipsam videat vel partẽ eius,secundum Azo.in Sum.C. de acq.& ret.possess.

Possidere ciuiliter dicitur quis, cum nec est in re,nec res in cõspectu eius, sed possessionem solo animo habet, & rem de iure retinet. s. q; talis sit persona in quam cadere possit huiusmodi possessio,vt not.Ioann.Andr. in regula,sine possessione. libr. vj.& alleg.ibi iura, nam laici quandoque de facto possident decimas & spiritualia, vt not. Barth.Brix.xxiiij.q.j.in princip. in gl.magna in fine.Nam aliud est possidere, & aliud legitimè possidere.de restitu.spol.ad decimas.lib.vj.

Possidere clam est absente domino & fructuario excluso clanculo possessionem ingredi, vt dominum possessione priuet.

Possidere vi est violenter possidere.

Possidere precario est rem ad petitiones vel preces meas mihi concessam ad vsum possidere, quãdiu patitur is qui concessit.

Possidere pro indiuiso est aliquam rem ita possidere vt nullam partem in ea habeat ab aliis diuisam,velut nulla sit pars quam possideat separatim siue diui.

Possidere pro herede est ita possidere q; putat se heredem verum cum non sit.

Possidere pro herede is quoque dicitur qui verus est heres. Itẽ procurator heredis,si pro ipso domino possideat, possidere pro herede dicitur. Et ita apparet quempiam tribus modis dici posse pro herede possidere.vt not.glos.in l.pro herede, ff.de peti.hered.

Possidere pro possessore dicitur ille qui ita possidet, quòd scit se nullam causam iustam possidendi habere vt si interrogatus fuerit quare possideat vel quo modo, nullam rationem prætendat, quare possideat, sed respon

respondeat possideo, quia possideo.

Possideri propriè dicuntur immobilia, eo quòd eis pedibus quis insistit, vnde à planta venit ista possessio.

Possidetur autem hoc iure, quod iustè, hoc iustè, quod bene: quod autem male possidetur, alienum est. Male autem possidet, qui male suis vtitur, vel aliena præsumit. ext. de verborum signi. c. ius dictum est.

Post quandoque etiam notat statim post inchoationem, vt l. ij. §. item mutuum. ff. si cer. pet.

Postea, de hac dictione vide per Alex. post Barto. in l. fructus. in fin. ff. solut. matrim. a, significet temporis interuallum. Bar. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de here. instit. quantum verò tempus includat, idem in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus caus. ma. De natura istius dictionis est denotare lõgum interuallum. glos. est in l. pacta conuenta. ff. de contrahenda emptione.

Posthumus vel posthuma dicuntur qui vel quæ post humationem, id est postquam pater datus est humo nascitur. Impropriè autẽ quilibet dicitur posthumus, qui nascitur post testamentum, secundũ Azo. C. eod. titu. posthumus etiam dicitur nepos, qui post humationem sui natus est, proprio patre superstite, & ille propriè dicitur ne posthumus, quasi nepos post humus.

Posthumus dicitur octo modis, quinque ponuntur in glos. rub. C. de posthu. hered. instit. Sexto dicitur posthumus, qui post testamentũ conditum arrogatus est, vel qui est legitimatus, secundum Alex. & Ias. in rubr. ff. de liber. & posthum. Septimo, quando testator condito testamento ingreditur monasterũ, quia si prætermiserit monasterium, rumpitur eius testamentum. authen. si qua mulier. vbi Cy. & alij C. de sacrosanc. eccl. Io. Andr. & Panor. in ca. in præsentia. extrà de proba. Octauo dicitur posthumus qui execto ventre natus seu deductus est, vt dicit Soci. in consil. ccxcvij. per l. quod dicitur. ff. de liber. & posthu. tamen secundum omnes doct. dic quòd posthumus propriè dicitur qui post mortem patris vel aui nascitur, in rub. de lib. & posthum.

Posthumus alienus est qui natus inter suos heredes testatoris futurus non est, qualis est nepos, ex emancipato filio conceptus & natus. §. posthumo. instit. de lega.

Posticum est posterior aditus domus. l. si cui. §. sed si ędium. ff. de vsufruct.

In quibusdam exemplaribus est sub l. æquissimum.

Postliminium, vt inquit Festus, à post & limen componi videtur; nam postliminio, inquit, receptus est is, qui cum extra limina, hoc est, terminos prouinciæ captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. Cicero tamen in libro Topicorum ex auctoritate Seruij Sulpitij, in postliminio nihil esse putat nisi post, liminium verò nihil significare, sed tantum nominis esse productionem, vt timus in legitimus, & finitimus, & tullium in meditullium, & subdit: Postliminio redeunt hæc, homo, nauis, mulus, clitellarius equus, equa, quæ fræna recipere solet. Vnde in libris Digestorum titulus est de captiuis & postliminio reuersis.

Postliminium est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinum reducendæ, quam quis per captiuitatẽ vel per seruitutem amisit, moribus & legibus instituram, vt colligitur ff. de capti. & postlim. reuer. l. postliminium. j. respon. Vnde per hoc ius recuperat quis cùm à captiuitate reuertitur, iura quæ amiserat, & ipso reuerso fingit hoc ius ipsum semper in ciuitate fuisse. Vnde breuiter postliminium est ius quo restituitur res vsucapta vel præscripta ab aliquo, alicui quam per captiuitatem amiserat. xvj. q. iij. prima. Dicitur autem à limen, & post, id est, iuxta, quasi iuxta limen domus fuæ semper fuisset & possedisset, quia captus ab hostibus & vltra limina nostri imperij deductus, postea infra limina reuertitur. Nã sicut limina sunt in domo, quæ finẽ quendam faciunt, ita & imperij limina veteres voluerunt esse, secundum Azo. C. de capti. & postlim. re. & instit. quib. mod. ius pat. pot. solui. §. dictum autem est post liminium.



Postquam fari poterit, hæc conditio longè vberior est quàm illa cùm fari poterit. l. inter illam. de verb. sig. quod ibi Alci. ita interpretatur conditio, cùm fari poterit, statim cum primum quis potest proloqui adimplea tur, alia verò successiuum aliquod tempus desiderat.

Postulare vel aduocare est aliquẽ desiderium suum vel amici sui coram iudice vel apud eum qui iurisdictioni præest in iure exponere, vel alterius desiderio contradicere. ff. eod. tit. l. j. §. postulare. & iij. quæst. vij. versic. est autem.

Postulatio est alicuius personæ ad dignitatem vel societatem fraternam canonica facta vocatio, vel personæ ad eligendum petitio, quæ eligi non potest, vel sic secundum Goff. est gratiæ petitio, vt cũ ex gratia petitur aliquem ineligibilem licenter eligi. Et est duplex postulatio. s. solennis, quæ est alicuius inhabilis, aliter quàm propter crimen à superiore ad

bene

beneficium vocatio, & admissionis petitio; vt in capit. vnico, de postul.prælat.lib. vj. Et hæc confirmata habet vim electionis. Alia non solennis est petitio facta à superiore, vt tollat obstaculum aliquod eligendi & ad beneficium acceptandi: illa præsupponit electionem ante vel post fieri, vt monachus electus non potest consentire sine licentia sui abbatis, & sic postulatio licentiæ ab abbate, non dicitur solennis. Ergo postulatio solùm est inuenta propter incapaces, vel illegitimos, vel non sufficientis ætatis, vel prius beneficiatos. Nam qui capax est dignitatis, non debet postulari sed eligi, quare postulatio non multum differt ab electione. Et nota ꝙ postulari debent & non eligi sextuplices personæ. Primò archiepiscopus ad alium episcopatum. de postu.præl.bonæ. Secundò episcopus ad episcopatum vel alium archiepiscopatũ. c.vnanimiter.eo.tit. Tertiò laicus ad dignitates.lxj.dist. osius. Quartò clericus in minoribus ordinibus constitutus. c.præterea.de æta.& qual. Quintò illegitimè natus. de elec. innotuit. Sextò qui non est in ætate legitima constitutus. de elect. cum in cunctis.& c. cùm nobis.

Potest necessitatem importat interdum.ff. de offic.præsid. l. sæpè.& l.seq.de hoc ff. de iudic.l. non potest in reg. beneficium. de reg.iur.lib.vj.

Potestas quinque modis accipitur.ff.de verbor.sig.l. potestas. Item potestas quandoque capitur in fœmininо genere, vt c.fin.de iud. & sic capitur substantiuè in abstracto, & additur ei adiectiuum vt ibi, Florentina potestas. Quandoque in masculino genere, vt c.tua.§. ad vltimum.de homi. & sic sumitur concretiuè, significans officialem ciuitatis habentem iurisdictionem vel potestatẽ primo modo dictam, & sic iterũ additur sibi pronomen possessiuum dicendo noster vel vester potestas. De patria potestate, vide suprà in ver. patria.

Potius aliquando ponitur electiuè, non comparatiuè, ff. de negest. l. si communes. & vide ff. de hered.vel act.vend. l. venditor ex hereditate. Aliquãdo ponitur cõparatiuè, extrà de spons. alib. requisiuit. & ibi per Hostiensem. Aliquando ponitur correctiuè. extrà de testamen. cap. primo.

Potorium dicitur vas, quo aqua retinetur ad potandum, nõ vas quo aqua datur ad lauandum. Bartol. in l. in argento. §. fin. ff. de auro & arg. leg.

## De P ante R & T.

Pragma græcè dicitur latinè causa, vnde pragmata negotia dicũtur, inde pragmaticus, id est causid



causidicus vel actor negotiorũ & causarum, secundum Isid. lib. v. & x.q.ij. hoc ius. ca. casellas. §. porrectum. in fin.

Pragmatica sanctio dicitur causa in consistorio principis ventilata coram Proceribus sacri palatij, & est constitutio, quam Imperator consilio procerum statuit seu sanxit. Quandoq; etiam dicitur confirmatio in scriptura facta ab Imperatore cum causę cognitione super contractu per mutationis, vt cap. j. de re. perm. in gio. & pragmaticum sacrum principis rescriptum, vt in cap. fundamenta. de electionib. libro sexto.

Pragmaticarij sunt qui scribunt pragmaticas sanctiones, & alio modo dicuntur scriniarij, vel magistri scriniorum, vel scriniorum memoriales, eo quòd ademptam scripturæ sanctionẽ in scrinio positam custodiebant ad memoriam.

Præexponitur, id est ante. l. si fideiussor. ff. qui satisd. cog. l. quicunque. & l. mancipia. C. de ser. fug. & c. j. de offic. leg. lib. vj.

Præbendia est ius percipiendi prouentus in ecclesia collegiata ex actione proueniens, competens alicui, tanquam vni de collegio quod ius ex canonia descendit: non enim debet esse canonicus sine præbenda, vt in capitul. relatum. eodem titul. & procedit ex institutione & officio, quia hoc quòd facit quis officium, debet percipere præbendam & beneficium. Sed canonia quęre suprà in litera C. & in cap. cùm M. Ferrariensis. de constit. in gl. vj. Item præbenda quandoque capitur largè pro iure quod alicui non tanquam de collegio, sed ratione ministerij, officij, paupertatis vel vtilitatis conceditur, vtendo & fruendo in vita sua certis rebus ecclesiæ, vt de redditibus quos canonici recipiunt vel alij. De tali habetur in cap. quia nonnullis. de magi. xvj. quæst. j. possessiones. & §. illud. Et laici maximè nobiles habent tales præbendas, secundum Compost. in c. cum M. Ferrarien. præalleg.

Precarium secundum Azon. eo. ti. in summ. est id quod precibus vtendum conceditur petenti tandiu, quandiu patitur qui concessit secundum Goffre. in sum. eodem titul. est pignus obligatum creditori, & à creditore ipsi creditori concessum vtendum, quandiu patitur & permittit qui concessit, vt est text. in l. prima. de precar. ff. Differt autem precarium à donatione, quia qui donat, sic dat, vt non recipiat illud quod dat, sed qui precarium concedit, sic concedit, vt recipiat quandocunque placebit. Vel precarium est contractus inter dominum & colonum, & est contractus gratuitus, & similis commodato, intantum vt quidam dicant,

hos

hos contractus non differre ni si verbis, qui tamen etiam differunt in re. Nam licet in multis conueniant precarium & commodatum, differt tamen precarium à commodato: nam commodatum sit ad certum vsum, nec potest reuocari nisi vsu expleto: precarium verò quandocunque placuerit potest reuocari. Item precarium quandoque dicitur contractus de quinquennio in quinquennium reuocandus. Et si quinquennio elapso sub taciturnitate prætereatur, tunc reuocari intelligitur talis contractus. Dicitur autem precarium, ideò quia est contractus ad preces factus.

Precaria verba sunt hæc, rogo, volo, mando, fido, committo, iubeo autem præceptiuum est. C. communia de leg. ij. in princ. Mando quãdoque est verbum precarium. arg. l. ij. q. v. mandatis. vbi episcopus mandat Papæ. Quando tamen mando ponitur præceptiuè, sicut etiam rogo, vt xj. quæst. iij. rogo. Quandoque mandatiuè, vt ff. de neg. gest. l. si serui mei rogatu, id est mandato susceperis. Item quandoque deprecatiuè, & sic vt frequentius ponitur.

Precaria dicitur donatio ad preces facta vsque ad mortem recipientis. xij. q. ij. sæpè. xvj. quæst. iij. clerici. Et est contractus ille affinis emphyteusi. Item precariæ dicuntur quædam præstationes seu concessiones vsusfructus ad preces factæ in recompensationem eius proprietatis, quæ datur ecclesiæ, cuius forma habetur. x. q. ij. precariæ.

Præcentores dicuntur cantores qui in choro incipiunt in ecclesia collegiata. in cap. cùm olim de consue. Et dicuntur duo genera cantorum in arte musica, scilicet, præcentor qui vocem in cantando præmittit, & succentor qui subsequenter canendo respondet, & additur concentor, qui consonat prædictis, vt xxj. distinct. cleros. versus fi.

Præceptum, require suprà, Mandatum.

Præcipere aliquando est ante capere. l. ij. de fund. instru. inde legatum per præceptionem, cùm testator vni heredum ait, præcipito rem illam, id est ante partem hereditatis capito, vt no. gl. instit. de legat. §. j.

Præcisè secundum Cardin. in rescriptis tantùm valet sicut absolutè, & sine causæ cognitione, vt de hæret. ca. contra Christianos, libr. vj. & dicit Card. Si ponitur in statuto, operatur vt ipsum non tollatur per sequens statutum, in casu in quo sublatum fuisset, si non apponeretur. Et dat simile de iuramento appositio, in l. si quis, in princ. ff. de lega. iij. Bald. autem dicit, quòd non valeat præcisè, id est sine causæ cognitione, quia sic



text. esset superfluus. in c. ij. de rescript. vbi ponitur expressè precisè, & etiam sine causæ cognitione. Saluando tamen primum dictum dicitur quòd ille text. ponitur declaratiuè, vel expositiuè, &, pro id est, quod dictum magis placet doctoribus.

Præco est qui apud acta aut in ciuitate publicè proclamat, vel pronuntiat aliquid faciendum pronuntiandúmve, per quem plerunque fiebat edictorum narratio, id est recitatio, & publica in ius vocatio, & citatio alicuius matrimonij vel rei vendendæ nuntiatio & subhastatio.

Præda est quod in bello capitur. l. antepen. ff. de capt. & postlim. reuers. & vide Rayner. in summa de rapt. rubric. de prædonibus.

Prædium dicitur fundus vel ager. Require suprà, Ager.

Prædia stipendiaria sunt quæ militibus pro stipendiis dantur, vt ff. de rei vendic. item si verberatum. §. ij.

Prædia tributaria, sunt tributa, quæ Romæ reddebantur.

Prædium vrbanum, & prædium rusticum, require ibidem. & etiam actio finium regundorum. & in verb. vrbana.

Prædium dotale est, quando ista duo concurrunt, scilicet, quòd matrimonium cõtractum est, & traditio pretij interuenit, secundum Azon. C. de fun. dotali. in sum.

Prædium Tamiacum secundum Io. & Acc. C. de præd. Tamia. in rubric. fuit prædium, in quo fuerunt cellulæ, vnde tamiacus, id est cellarius, aliàs cellularius: nam tameion græcè, cellarium dicitur latinè. Vel aliter erant prædia empta, vt canonem redderent inter cellulas, secundum Azonem ibidem libro xj. & eorum coloni dicuntur tamiaci vel dominici coloni, quia dicta prædia erant Imperatoris.

Secundum Andr. Alcia, erant fundi, qui dispensatori publico præstabant annuos fructus vectigales quibus ille in domo Imperatoris dispensabat alimenta: nam tamias apud. Græcos significat dispensatorem.

Prædones qui sint, declarat Vlpianus in l. hostes. de capti. & postlim. reuer. & in l. sed etsi. §. quod autem de peti. hered.

Præfectus annonæ dicebatur qui de annona, id est de blado curam habebat. Require suprà, Aedilis cerealis.

Præfectus augustalis dicitur præfectus Aegypti, vt ff. de offic. præfec. augusta. l. vnica. & C. eodem titul. quia Imperator maximus Augustus in ægypto primo præfecti potestatem introduxit.

Præfectus prætorio ab initio magister equitum creatus est,

cùm dictatores sibi antiquitus magistros militum eligerent, qui principali solicitudini associati summam post dictatores gererent potestatem. Hoc exẽplo principes ad quos gubernaculum reipubl. peruenit, postea elegerunt præfectos prætorio, quibus publicæ disciplinæ emendatio concessa est, quorum auctoritas ita est amplata, & ideò approbata, vt nec ab eorum sententiis appellari, nec in integrum restitutio facilè posset postulari. Et erant quatuor, scilicet præfectus prætorio orientis, præfectus prætorio Africæ, cuius sedes est in Cartagine, præfectus prætorio Illyrici, & præfectus vrbis. ff. de offic. præfect. præto. l. vnic. & ibi not.

Præfectus vigilum idẽ est quod præfectus nocturnus. Horum autem officium erat de nocte facere excubias, præeántque incendiis arcendis, qui etiam cauebant, inquirebant, & puniebant incendiarios, fures, grassatores, effractores, nisi delinquens esset tam famosa persona, vt ad præfectum vrbi deberet mitti punienda. Poterant etiam iudicare de capsariis, qui in balneis vestimenta custodiẽda suscipiunt, si aliquid dolo fecerunt: vt ff. de offic. præfec. vig. l. 3. §. cognoscit.

Præfectus vrbi dicebatur cui ab Imperatore concessa erat vrbis administratio, qui cæteris magistratibus ex quacunque causa ab vrbe proficiscentibus & recedentibus, in vrbe relictis ius dicebat, & omnes dignitates in ciuitate antecedebat sua dignitate, qui cùm ab vrbe progrediebatur, non habuit iurisdictionem, quam præbere tamen potuit in ciuitate. Sed secundum Azon. C. eod. titul. etiam extra vrbem intra centesimum milliare habebat iurisdictionem. vide de offic. præfec. vrb. per totum.

Præiudicium est quasi quædam prælatio vel præpositio siue prælocatio vnius rei respectu alterius: nam aliquid præiudicare alteri est illud illi præferri. Tamen hoc verbum præiudicare alterius modi constructionem & ampliorem significationem habet quàm hoc verbũ præferri. Dicitur enim personaliter, ex propria confessione in iudicio mihi præiudicaui, id est confitẽdo mihi ipsi iudicio præiudicium feci. Hic enim præiudicium non significat commodum meum esse factum sed incõmodum: vt sic iudex non sequatur veritatem, sed meã confessionem. Ita dicitur res iudicata veritati facere præiudicium, non vt veritas rei iudicatæ præiudicet. i. præponatur, sed res iudicata veritati præiudicet. igitur præiudicari est alicui aliquid præponi. & sic dicimus rem iudicatam veritati facere præiudicium, id est, ei quod præiudicandum est, dato quod non sit verum: nam dato quòd ita non sit sicut iudicatum est, tamen præponitur veritati.



Præiudiciales actiones pro tanto dici possunt, ꝙ in ipsis tractatur de magno præiudicio, vel quia quæstioni motæ præiudicant. verbi gratia, agis contra me, & aliquid petis, oppono tibi quæstionem status, dicẽdo, quod tu es filius meus vel seruus meus in potestate mea cõstitutus, aut libertus. & sic de cõsimilibus.

Prælati nomine intelligitur ecclesia & ministerium prælati, & ecclesia est in episcopo, & non econuerso, non tamen nomine prælati semper intelligitur ecclesia, vt in cap. edoceri. de rescrip. in glos.

Præmatura dicuntur poma quæ nondũ venerunt ad maturitatẽ. Luca. libr. vij. Ad præmaturas segetũ ieiuna rapinas: Agminã compulimus. & sic per trãslationem mors præmatura dicitur, quæ venit ante tempus. Gell. libro 19. Cùm significamus coactius quid factum & festinatius, tunc rectius præmaturè id factum esse dicimus. Papinianus libro 45. Dig. tit. de stipulationibus. l. liber homo qui bona fide. Decem, inquit, hodie dari spondes? dixi posse, vel ab eodem die pecuniam peti, nec videri præmaturius agi non finito stipulationis die, præmaturius exponẽdum est, id est festinantius, vt apud Gellium.

Præpositus potest dici quilibet qui aliis præest. Vsus tamen obtinuit vt præpositus dicatur qui quandam prioratus curam super alios gerit. extrà de ver. signific. c. quanuis.

Præpositi labarũ, aliàs laborũ, vel secundum aliquos labiorũ, à labiis dicuntur, quia fortè corrigebant eos qui malè de principe loquebantur. Dicũtur au tẽ præpositi labarũ, pro labarorum sicut dicitur deũm pro deorũ, à labaro signo bellico, quod fecit fieri Constantinus ex auro & lapidibus pretiosis, inter alia signa bellica excellẽtius, & deriuat à labor. Qui ergo talib. faciendis præponebãtur dicebantur præpositi. vt ꝛ.

Præpositi sacrorum scriniorũ erãt illi qui præerant scriniis imperialibus, qui aliàs dicebantur proximi, eo quod magis principi approximabãt quàm alij. Tria autem erant scrinia siue cameræ de quibus tractatur. C. de præpos. sac. scri. libr. xij. Primum scrinium erat camera epistolarum: quæ principi mittebantur: vel ab eo mittebantur. Secundũ fuit libellorum conuentualium vel conuentionalium, & cognitionum vel con-

uentionum. Tertium erat dispositionum,vt est registrum: secundum Accur.in rub.eo.tit, & lib.præalleg.

Præpositio in compositione auget.extrà de præbend.c.si pauper clericus.lib.vj.An præpositiones faciant conditionem. die quòd si regunt accusatiuũ, &si adiiciuntur dispositioni de futuro faciunt conditionem, ff.de condit.& demon.l. cum vir.Idem si regunt ablatiuum. ff.de manum. testa.l.si fuerit. Idem si regunt vtrunq; casum quando dies lega.cedit.l. nec semel.§.si in habitatione.& de condi. & demonstr.l. solemus.

Prærogatiua,id est aliquod priuilegium.de quo infrà dicetur.

Presbyter græcè interpretatur senior latinè, & est nomen dignitatis,non ætatis tantùm, licet alibi dicatur nomen ętatis. xciij.dist.legimus. Nam propter honorem & dignitatem, quam accepit, presbyter nominatur.xxj.distinct. cleros .post medium.

Præscriptio secundum Goff.C.eodem titul.est quoddam ius ex tempore substantiam capiens. id est,firmitatem, & habet locum in rebus immobilibus.Et hæc definitio impugnatur ab aliis,nam ex præscriptione nõ competit ius,sed exceptio.Vnde sic definitur,Præscriptio est exceptio rei ex tẽpore substantiam capiens,quæ definitio etiam ab aliis impugnatur,quia præscriptio non capit substantiam ex tempore,sed ex auctoritate legum.Ideò præscriptio ab aliis sic definitur.Est exceptio ex tempore congruens, ab auctoritate legum vim capiens, negligentibus pœnam infligens,& finem litibus imponens, quæ omnino magis videtur completa. Inducit autẽ præscriptionem bona fides,iustus titulus & continua possessio,& sine rei vitio,scilicet quãdo res est præscriptibilis,secundum Goffred.Et nota bonam gloss.vltim.in cap. illud.de præscript. vbi habes quot modis fiat interruptio præscriptionis naturaliter & ciuiliter. vnde habemus dormitionem,perpetuationem, & interruptionem præscriptionis.Et requiruntur ex ad præscriptionẽ, si valere debet.l.titulus, possessio, bona fides,res præscribenda, persona præscribens,& persona contra quã prescribitur,inter quæ possessio & bona fides sunt maximè substantialia, vt not. in c.illud.præalle.Et sunt 31.casus in quibus non currit præscriptio, quos habes in gloss. final. cap. cùm non liceat. de præscrip.vide etiam glo. summæ.xxvj.quæst.iij. de vsucap. & præscript. Item præscriptio est longi temporis continuata possessio inter præsentes x.annorum, inter absentes xx.annorum.



norum.Alia est præscriptio longissimi temporis, scilicet xxx. vel xl. annorum, & illa dicitur longissimitemporis.Vnde cùm aliquis rem aliquã tanto tempore possederit ipsam possessionis diuturnitate, & temporis continuatione præscribit, & actorem remouet, siue per vim, siue aliter sine titulo nactus est possessionem, vel alio quocunque iniusto principio: & qui possint præscribere, & qui non, & etiam quæ res non possint præscribi,not.in c.cùm non liceat.eod.tit.

Præscriptio interdũ ponitur pro exceptione,vt in l. qui agnitis. de exceptio.

Præscriptis verbis actio quæ dicatur,require suprà,actio præscriptis verbis.

Præses is dicitur qui prouinciam armis tuetur, ne desciscat atq; rebellet à dominio illius cui est subiecta.Sed quemadmodũ Vlp.in tit.de offic. præsidis ait, ad illũ pertinet potissimum,vt pacata & quieta sit prouincia quã regit: sic euãgelista Pilatũ Iudææ præsidem appellat, sub quo Christus passus est. N.

Præsentes dicuntur,qui in eadem sunt prouincia. l.fin. C.de præscrip.xxx.annorum.

Præsentes dici possunt existẽtes in diuersis locis, dummodo se exaudiant. Bart. in l.j.in princ. ff.de verb.oblig.

Præsentes aliis quoque modis dicuntur, vt nota. in l. præsens.l. seq.ff.de procur.& per Ias.in §. rursus.in princ. instit. de actio.

Præsertim ponitur aliquando in iure pro maximè, vt ca.ex literis.ij.de homic. Aliquando pro tantùm,vt ibidem in glo.

Præses est nomen generale ad omnes Proconsules & legatos Cæsaris,& omnium prouinciarum, siue moderatores, vt ff. de offic præsid.l.j.

Præses prouinciæ dicitur qui in prouinciis post principem summam gerebat potestatẽ. Nam regna redacta erant in prouinciis, quarum rectores dicebantur præsides: & sic propriè capitur,siue strictè,sed generaliter sumitur,vt suprà.

Præstigium est quod præstingit aciem oculorũ,scilicet obumbratio quædam,videlicet cùm videtur alicui se aliud videre, quàm videt,vt in incantationibus.Dicebantur autẽ prestigia captiones verborũ,quibus obumbrantur delicta,& ideò dicebantur præstigia versuti iuris, vt suprà, Ius versutũ. Hæc Azo C.ad l.Iul.de adulte.& de hoc xxj.quæst.nec mirum.post primam columnam, vbi dicitur de Magorum præstigiis, quæ non sunt vera, sed fantastica esse probantur: & præstigium dicitur inuenisse Mercurius,vt ibidem tex.

Præsumptio secundũ Spec.eo.tit est argumentũ ad credendum

vnum factum, surgens ex probatione alterius, vt ex coexistentia vel complacentia personarum suspectarum præsumitur coitus, cap. literis. eodē tit. vbi solus cum sola, nudus cum nuda in eodem lecto, ex præsumptione violenta comprobantur copulari carnaliter. Sed secundum Goff. diffinitur sic, est alicuius facti dubij aliquoties plena, aliquoties semi plena inuestigatio seu probatio. Item præsumptio est quod dam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circunstantiis insurgens, exemplum pone in c. ex studiis. eodem titu. Illa tamen probatio non infert necessario, quia aliter potest se res habere, nisi sit præsumptio iuris & de iure. Vnde sunt tres species præsumptionis. Vna est temeraria quæ consurgit à malis hominibus, & ex causis pluribus, aliàs pueri libus & suspitionibus leuibus, & hæc repellitur & reprobabilis est. vt 2. quæst. j. c. j. vj. q. j. oues. de senten. excommunic. inquisitioni. Alia est probabilis siue verisimilis, quæ consurgit ex multis causis & suspicionibus, & hæc admittitur ad probationem semiplenam, vt de præsumptio. in multis capitulis, & in cap. solicitè, de resti. spol. Vnde coadiuuat ad probationem si sint alia coadminicula. c. à nobis. qui mat. ac. pos. vbi gloss. admittitur etiam ad purgationem indicendam. c. si quis. de purgat. cano. xij. q. iiij. presbyter. Tertia est violenta, quæ ad pronuntiandū vel condemnandum sufficiens deputatur. xxxij. q. dixit dominus. ff. de is, qui sui, vel alien. iur. sunt. l. filiū. & c. literis. de præsumptio. Deffinitiones præsumptionum vide plenè in c. is qui. de sponsa. in gloss. ij. vbi de quintuplici præsumptione. Et vide nota. par Ioan. Theuto. 50. distinctio. c. ferrum. vbi de diuersis præsumptionibus. Nam præsumptio violenta subdiuiditur, quia alia iuris, alia iuris & de iure. Iuris est, cùm ius præsumit aliquid, sed non statuit super præsumpto, & illa recipit contrariam probationem. xxxv. quæst. iij. extraordinaria. xxvij. quæstio. j. nec aliqua. Iuris & de iure est, cùm ius fingit & statuit de ficto, contra quam fictionem non admittitur contraria probatio. capit. ad id. & capitul. is qui. de spon. & de condi. appos. capit. per tuas. vbi vide concor. multas. Et qualiter ius fingit, vide Goffred. in Sum. eodem titulo. Nam differunt præsumptio & fictio iuris, de quo suprà, fictio. Et vna præsumptio tollit aliam. capitulo cùm inter R. de elect. vide glossam optimam in l. nō est verisimile. ff. quod met. caus. Et not. Doct. regulam, quod



quòd præsumptio communis transfert in alium onus probandi. l. generaliter. §. si petitū. versic sed cùm ex præsumptione. ff. de fideicom. liber. Item præsumptio ex necessitudine sanguinis vincit omnes alias præsumptiones: vt est gloss. in c. fin. de test. vt si lego Ludouico, & sunt duo eiusdem nominis proprij & cognominis præsumitur pro illo qui mihi necessitudine cōiungitur. Et quia præsumptio surgit ex qualitatibus, sciendum quòd quędam sunt qualitates intrinsecæ & naturaliter homini inhęrentes. Et harum quædam adhærent animæ, & quędam corpori: exē plum de primis, vt bonitas, mālitia, & in dubio præsumitur ad bonam partem, quia naturaliter nascitur sine malitia. c. ad mensam. xj. q. iij. & talis præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, & sic intelligitur c. vnicum. de scruti. nisi semel esset conuictus de malitia, talis enim semper malus præsumitur. ij. q. v. per totum. &c. semel. de regul. iur. libr. vj. vel si esset infamatus, sic enim ad eum transferrur onus probandi. De secundis, vt sanitas, infirmitas, & iterum in dubio præsumitur in melius, & negans probabit, vt l. nec codicillos. C. de codi. nisi quis fuisset infirmus infirmitate aliqua de sui natura perpetua, vt epilepsia vel apoplexia. c. cùm inter. de elec. vel vbi dubitaretur de perpetuitate infirmitatis, vt in furioso: ideo qui allegat contrariū, debet probare. iij. q. ix. indicas. Similiter si negetur quis legitimus, probet negans, cap. transmissa. qui fil. sint leg. Secundo aliquæ sunt qualitates extrinsecæ & accidētales, vt esse diuitē, Iurisconsultū, musicū mediū, choraulē, &c. quæ non naturaliter aduenium: nam natura nō facit artē, sed bene prępara, secundum Bal. Et in ius onus probādi incūbit cuicūq; alleganti, ad fundandam intentione suā, siue affirmatiuè, siue negatiuè alleget, maximè cum pars aduersa fundauit intentionem suam, non tamen semper succūbit nō potens probare, sic quòd aliter propter iltius probationē non admittatur ad intentum suum: nā adhuc iudex ex officio potest illū refutare, si sibi constiterit eum indignū, & hoc in causa in qua vltra allegationes partiū iudex potest impartiti officium sutum, secus vbi hoc non posset nisi petitus. Præter, quandoque capitur exclusiuè, quandoque inclūsiuè: vide c. literas. in fi. de præsum. etiam vide Inno. in c. dudū. ij. de elec. & in clem. j. de sum. Tri. & fi. ea tho. per glo. & Archid. in cano. Ebron. xiij. q. ij. Item Bart. in l. j. in fin. ff. de pigno. actio. & per alios in l. actione. C. de transac.

& in regula peccatũ. de reg.iu. lib.vj. Statim enim incluſiuè & augmentatiuè, quãdo cadit in terres penitus ſeparatas, vt dicendo, Lego tibi omnes vineas meas, præter domum. Sed ſtat excluſiuè, quando cadit inter dictiones ſignificantes res ſub ſe inuicem contentas, vt lego tibi omnes libros meos præter Salicetos ambos, Richard. & Bart. vide de hoc Albericum in alphabeto ſuo. & no. in l. medico. §. vxori. ff. de annu. lega. Item excluſiuè non exceptiuè ponitur pro ſine, vt ibi præter ſpem, id eſt ſine ſpe, & ſic dicitur, dilatio danda eſt illi qui præter ſpem trahitur ad alienum iudicem. l. ſi quando. C. de dilat. ibi enim non ponitur exceptiuè nec excluſiuè, quia otatio illa non patitur, ſic tãtũ ponit excluſiuè, & ſic de aliis.

Præterire eſt cum teſtator omittit aliquem qui ſuus heres eſt eo non inſtituto, nec exheredato, vt habuiſtis ſuprà, de heredibus.

Præteritio dicitur talis omiſſio, ſecundum Azo. in Sum. C. de præteri. vel exhere. inſtit. de here. quæ ab inteſta. defe. §. eadem. vt ſuprà.

Prætexta eſt genus veſtis, qua nobiliores ciues Romani vti ſolebant. §. iniuria. inſti. de iniur. & vide l. iij. §. fin. & ibi gloſſ. ff. de libe. exhib.

Prætor eſt qui in vrbe Romana iudicio ſenatus ad diſceptandum dubios actus & cauſas ordinabatur. Et erat eius officiũ annuum, quia ſolo anno durabat. Et antequã à populo Romano ad principem tranſlata fuiſſet poteſtas, vel antequam Romana poteſtas ſub Imperatore veniret, habuit poteſtatẽ plenam faciendi ius, ſtatuta, & edicta, cuius edicta, iuris honorarij nomine cẽſentur, quia qui honores gerunt, id eſt magiſtratus, auctoritatẽ huic iuri dederunt, vt C. de offic. præt. l. j. & inſti. de iu. nat. gen. & ciui. §. prætorum edicta.

Prætor fideicõmiſſarius dicebatur ille qui de fideicommiſſis relictis cognoſcebat, & ius dicebat & reddebat dicẽs ius dabo. ff. de orig. iu. l. neceſſarium.

Prætor peregrinus dicebatur ille qui inter peregrinos, qui in ciuitate affluebant vel confluebant, ius reddebat.

Prætor vrbanus dicebatur qui cum cõſules ad bella finitima vocarentur, ius neceſſarium in ciuitate reddebat. ff. de ori. iuris. l. ij. præalleg.

Prætorium, nõ ſolùm eſt domus vbi Prætor habitat, vel vbi ius reddit, ſed etiam regum, principum, & ſummorum magiſtratuum. Vnde nauis prætoria, & cohors prætoria, & porta prætoria, id eſt, ad regem vel principem pertinens. Significat quoq; prætorium, villam in agro magnificè extructam: in qua ſignificatione accipitur apud Iuuenal. Criminibus decens hortos prætoria, menſas. Marti. Ad lapidem Torquatus habet prætoria, quartum. Sueton. in Caligula: In extructionibus, inquit, prætoriorum atque villarum omni poſt habitatione nihil tam efficere concapiſcebat, quàm quod effici poſſe negabatur. Nerat. libr. 8. titu. de ſer. ru. præd. l. ruſti. præd. Vel cloacam, inquit, habere licere per vicini domum, vel prætorium, vel protectum habere licere. Vlpia. de verb. ſign. l. vrbana. Sed & ſi fortè ſtabula ſunt vel alia meritoria in villis & in vicinis, vel ſi prætoria voluptati tantum deſeruientia, quia vrbanum prædium non locus fa eit, ſed materia. Et quomodo vtrobique prætorium pro ædificio in agro ponitur. Nebr.

Prætorium eſt locus in quo ius ex more redditur, etiam dicitur locus in quo quis præfecturam exerceat cum ſuis officialibus, & cauſam tractare ſolet. Item eſt domus præſidi prouinciæ aſſignata, & locus deputatus iudicibus ad cognoſcendum & deputandum vel ad ſententiandum de cauſis.

Prætorium quoque ſumitur pro ornatiore domo, in qua paterfamilias ruri habitat. l. vrbana prædia. de verb. ſig. vbi Alcia.

Prætorium pignus dicitur illud,



quod alicui datur à iudice, vide ſuprà, Pignus.

Præuaricatores ſunt qui vera crimina fraudulenter occultãt, dicitur autẽ præuaricator quaſi varicator, à varia certatione, quia aduerſam partem adiuuat prodita ſua cauſa propria, dum huic inſtat corpore ex vna parte, & illi mente & corde ex altera parte, vt ff. de præua. p totũ.

Pridie, cum accuſatiuo & cum genitiuo conſtruitur: nam, vt ait Priſcian. temporalia & localia aduerbia in præpoſitiones trãſferuntur, vt pridie calendas, & pridie calendarum. Vlpia. libro 24. tit. ſolut. matrimo. l. fructus. Si mulier, inquit, pridie vindemias dotem dederit. Idem tit. de teſtamentis. l. qua ætate. Si teſtamentum, inquit, pridie calendarum fecerit. Nebr.

Primates propriè loquendo ſunt patriarchæ. diſt. xcix. cap. j. & ij. Etiã ponitur primas, p archiepiſcopo. c. ſane. de fo. cõpe. Nã nõ eſt differẽtia inter primatũ & archiepiſcopũ quãtum ad effectum, vt in c. duo. de off. ordi. nam ius canonicũ nõ curat de nominibus. c. petitio. de, peur. diſt. xxj. cleros. & cap. prece. vbi eſt diuiſio nominum, cùm dicitur archiprimates, ſiue primates, ſiue patriarchæ.

Primates regulariter dicũtur qui primi ſunt in ciuitate.

Primates officiorum ſunt qui officiis præſunt.

Primiserius dicitur ille, qui primo loco scriptus est in matricula notariorũ, & primũ locũ obtinet,secundũ leges,vt C.de primi.lib.xij.in rub. Sed secundum canoneseſt nomen dignitatis,quę subest archidiacono, vt c.vnic.de offi.primi.Dicitur enim primus in cantu vel choro,qui in aliquibus ecclesiis dicitur cantor siue succentor.

Primipilus in bello dicebatur, qui quatuor centuriis,hoc est, qui quadringentis militibus præerat. Martia.Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili.Modest.libro 27.tit.de excusatio.l.non solùm. Qui primi pilum,inquit, expleuit, & ibidem:Qui ad caligatasmilitias & reliquas militauerunt, & in eodem titu. atque eodem autore. l. sed & primipilarij, inquit,ex constitutionibus imperialibus vacationem habent. Appellatur & idem primipilaris,vt de leg.3.l.pater filium.Iulius,inquit, Agrippa primipilaris. Iustinia. libro 12. Codicis, de primipilo & dignitate, & commodis primipilatus nonnihil disseruit.

Primipilarij dicuntur primi administrantes, qui, scilicet primo actionem sui officij administrant,Vel secundum Hug.qui primum pilũ, id est telum vel hastam portant:& vtroque modo accipitur secundum Accur. C.de primipil. in rubr. libr.xij. Verius est, primipillum appellatum fuisse centurionẽ decimę legionis,vt tradit T. Liuius li. vij.ab vrbe cond.nam decima legio erat aliis nobilior, vt nõ mirũm sit,si primipilo quoque concederetur militaris annona, per capita militum diuidẽda,quod ex Græco iuris interprete Alciat.noster docuit.

Primitiæ sunt primæ partes fructuum Deo offerendæ. Hinc est quòd sacerdos primam missam cantando dicitur celebrare primitias.

Primogenitũm vocat scriptura, non quem fratres sequũntur, sed qui primo natus fuit. de verb.sign.cap.Ioseph.

Princeps quis dicatur, habetur Isa.11.ibi.Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, interdum dicitur angelus,Iosue 9.Ego sum princeps exercitus, &c.Interdũ Papa princeps appellatur de cõsec.dist.j. corpora.Interdum episcopus.de ma. & obe.si quis.vel alius iudex ecclesiasticus.xviij. q.iij. definiuit.in fi.Item dicitur Imperator,de re iudi.ad apostolicæ.in princip.libr.vj. Et appellatione principis intelligitur Rex. clementi.vnica de baptis.vbi bona glossa, & in vsibus feudo. secundum Bal. Item princeps dicitur diabolus,vt Luc. 11. ca. in principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. simile xxiiij.q. viij. §.ecce.ver. sed notandum, ibi venit



venit princeps.Io. 14. Item dicitur quilibet secularis dominus:vt xxxiij.q.v. princeps. Itẽ dicitur principalis pars in quolibet iudicio,vt ff.de for.competen.l.prima. §. in hoc iudicio. Etiã princeps dicitur quilibet prælatus ecclesiæ, vt distinct. xxxv.cap.ecclesiæ principes.& c.Corpora.præalleg.

Principium rei dicitur à parte superiori,inferior autem pars,ad quam descendit cursus aquæ dicitur finis,argu.l.j. in fine.ff. de aqua plu.arcen.Batt.in l.iij. in fine.ff.de fur.

Principia,in castris dicebantur, in quibus principes castrametabantur:nam vt inquit Varro de lingua Latina, milites hastati dicti sunt qui primi hastis pugnabant, pilani qui pilis:principes qui principio gladiis.Inde principalis porta castrorum dicitur, vt inquit Festus,quòd in eo loco est,inquo principes ordines tendunt id est tentoria figunt,& principalia in castris:inde dicta, vt apud Trogum lib.11.Si principalia castrorũ cerneres,senatum te alicuius reipub. prisęæ videre diceres.Sunt itaque principia in acie,vbi cõsistunt milites,cognominati principes. Liuius lib.8.ab vrbe cond.Principes Latinorũ proturbant clamore sublato.Valer. de discip. milit.Ad principia, inquit,per omne tempus adesse.Teren.in Eunuc.Tu hosce instrue, hic ego ero post principia.Martia. lib.49.de re milit. l. officium. Officium, inquit, tribunorum est principiis frequenter interesse.Accur.principiis exponit, cùm milites assumuntur, vel cum rixa aliqua nascitur.Sed nihil mirũ est,reconditos sensus ignorasse,qui consueuit in manifestis cæcutire. Nebr.

Principia appellat lex,& tabernacula principum militiæ.l. officium.in fi.de re milit.

Priuati dicuntur propriè qui nõ sunt constituti in aliqua dignitate.24.q.1.qui cõtra.Itẽ dicuntur omnes exempti à iure cõmuni,siue sit collegium, siue aliqua specialis persona, vij. q. prima.petisti.& distinct. tertia priuilegia.

Priuata delicta dicuntur quæ ciuiliter tractantur,vt si mihi furatus sis decem,& ego vt rehabeam ago.nonvt corporaliter puniaris, sed publica delicta sunt,quorũ persecutio est per missa cuilibet de populo, quale est crimen læsæ maiestatis, vel accusatio de suspecto tutore & curatore,in quibusomnes accusare possunt.

Priuata persona, est persona carens functione publica, vide suprà,persona.

Priuatum ius est illud, quod principaliter ad singulorum vtilitatem pertinet, vt in pactis & conuentionibus singularium

per

personarum, quod requiresuprà, Iuspublicum.

Priuignus dicitur qui ex marito mulieris natus est antequam fuisset maritus eius,& econtra.

Priuigna dicitur propriè filia vxoris ab alio viro priori genita, vel econuerso,filia mariti ex alia vxore prædefuncta.

Priuilegium est principis beneficium contra ius commune indultum.Non enim est priuilegium nisi aliquid indulgeat speciale.cap.Abbate.de verbo. signific.& c.in his.de priuile.& dicitur quasi priuans legem, vel est lex priuata, id est vnius ante alios honor vel dignitas, aut immunitas (quæ sibi conuenit) eorum quæ aliis incumbunt,vel quæ de iure cõmuni allegantur.Dicuntur ergo priuilegia priuatorũ leges,id est à iure communi exceptorũ,vt in c.priuilegia.dist.iij. Et priuilegium est duplex, personale, & reale.c.mundata. de præsump. Personale extinguitur cũ persona,imò quãdoque ante personam extinguitur, vt cum eo male abutitur,& sequitur personam,& hoc verum de cõcesso indeterminatè,quia cum determinatione loci vel temporis concessum non sequitur personam extrà locum,vt est priuilegium vsus palij.cap.extuarum. de aucto.& vsu palij.Etiam extincta re extinguitur priuilegium reale.xvj.q.vij.& hoc dixi-

mus in ca. abbatem.in fin.de verbo.sign.&glos.in regula.priuilegium. de regul.iur.libr.vj. Item priuilegium perditur propter sex,vt in glos.vnica.in fin. in ca.renouantes. dist. 22. & est duplex priuilegium , scilicet generale& speciale,Generale est quod cõmodi corpori vel collegio conceditur, vt in cap. cum & plantare. eo.tit. vel vniuersitati.17.q.iiij.si quis suadente.Et quod concessum est fratribus & ecclesiis circa contractus vel quasi & circa iudicia. Item quod concessum est mulieribus circa fideiussores.Speciale est quod personæ conceditur, & illud extinguitur cum persona.7.q.1.petisti, & regula, priuilegia,&c. Nebr.

Priuilegiarius, is appellatur cui priuilegiũ aliquod est concessum, qui ab indoctis priuilegiatus dicitur: pari errore illi quod pro beneficiario, vocant beneficiatũ:nam beneficiarius & priuilegiarius, ea figura dicuntur,qua donatarius, legatarius,testamentarius, depositarius. Vnde milites beneficiarij dicti, qui vacabant officio. Festus,Vegetius, & Cæsar belliGallicivltimo commentario. Vlpian.libr.42. de priui. cred.l. si vẽtri.Quorũ pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit. Et statim bis ponit creditores priuilegiarios.Idem libr. 2.de pact.l. rescriptũ. An priuilegia



legiariis,inquit,absentibushęc pactio noceat. Idem Vlpi. libr. xiiij.tit. quod cum eo qui in aliena potestate.l.sed an hic. Recè,inquit, dicetur occupantis meliorem esse conditionem, nisi quis priuilegiarius veniat. Sed neque priuilegium dicitur quod priuet legem, vt isti putant, sed quod sit lex priuata, hoc est propria alicui in illius fauorem concessa. Nebr.

Priuilegiarius dicitur, cui priuilegium indultum est. l. si ventri. de priui.credi.

Pro,& propter,differũt,nam aliud est soluere pro debitoribus , aliud propter debitores , not. in l.dominus Sticho.ff.de pec.leg. item pro,significat causam finalem, propter verò causam impulsiuam,vt d.l.dominus.

Proastia appellantur suburbana, quæ pulcherrimè consita à domino,non tam vtilitatis,quàm voluptatis causa habentur. Meminit huius dictionis Iustinia. in auth.de alie.& emphy.§.j.licet corruptè impressum sit pro austia pro proastia.

Proauus dicitur pater aui vel atiæ,& proauia,mater aui vel atiæ.l.Iurisconf.§. tertio gradu. de grad.& affinit.

Probatæ castitatis dicitur qui nõ manifestè apparet incõtinẽs.c. à multis.de ætate & qualitate.

Probatio secundum Azo. est rei dubię per argumenta ostensio, sed hæc diffinitio secundum Gof. locũ solùm habet in his, quæ probantur pro instantia disputationis,non autem in iudicio, vbi probatio fit per testes & instrumenta , plerunque per indicia & præsumptiones. Vel probatio est rei dubiæ in iudicio legitimè facta declaratio. Et nota quòd probatio fit multipliciter.Primò per aspectum, vt in notorio quod probatur per facti euidentiam. c.euidentiam.de accu.ca.proposuisti.de probat.ff. de vent. inspi. l. j. in princi. xvj.q.iij.inter memoratos.Item in ætate,vt l.minor.ff. de mino.Secundò fit per testes plures vel etiam per vnum cũ aliis præsumptionibus vehemẽtibus. Tertiò per instrumenta. Quartò per confessionem. Et hi quatuor modi ponuntur in c.cũ ad sedẽ.de resti.spo. Quintò fit per scripturam antiquorũ librorũ.c.cũ causam.de proba. Sextò per violẽtã præsumptionẽ xxxij.q.j.dixit dñs.Septimò per famã cũ aliis præsumptionib⁹. c.tertio loco.eo.de prob. ti.Octauò p iuramẽtũ.Et nota soli sacramento creditur,quãdo de conscięntia alicuius quæritur siue dubitatur.de sent.ex cõ.si verò aliquis.Itẽ probat.in testibus & fide tabularum cõstat.ca.forus.de verb.sign.vide Gof.eo.ti.§.species ꝓbationũ.

Probatoria vel probatoriæ officiorũ sunt documẽta ad probãdũ aliquẽ esse priuilegiatũ ad offic

officiū aliquod auctoritate Imperiali, vt potest colligi. C. de diuer. offi. l. probatorias. lib. xij.

Proconsul dicitur iudex ordinarius, & est à populo cōstitutus, nō à principe delegatus nec ab alio, sed ante imperatoriā maiestatē creatus, cuius officium erat in prouinciis dirigi. s. in regno tributariis, vt per eum prouinciales sua negotia expedirēt. Hic verò pluribus nō potest vti fascibus quàm sex, & in prouincia ad eū pertinebat, vt ad quoscūque magistratus respiceret. ff. de offic. proconsu. l. proconsules.

Proconsulis legatus est cui proconsul prouinciam ingressus mandat iurisdictionem.

Procurator Cæsaris, erat qui res Imperatoris procurabat. Refert Cornelius Tacitus, quòd Claudius Cæsar procuratoribus suis omne ius tradidit, parémque vim in rebus peragendis esse voluit, ac si ipse statuisset, atque vt simpliciter loquamur, Vlpiano lib. iij. digest. l. j. in princip. ff. de procurat. auctore, procurator est, qui aliena negocia mandato domini administrat, sed de officio procuratoris Cæsaris, titul. est in primo digesto. libr. vbi Vlpian. ait, quæ acta & gesta sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo cōprobari, ac si à Cæsare gesta essent. Ant. Neb.

Procurator est qui aliena negotia mandato sibi à domino facto gerenda gratuitè suscipit plura vel vnum. ff. de nego. gest. l. iij. §. negotia. & ff. vi bonor. rap. l. ij. §. quod ait, hæc definitio melius probatur in l. j. in princip. ff. de procurat. Et dicitur gratuitè, quia si interuenit merces. non est procurator, sed locator operarū. Dicitur mādato domini, ad excludendū tutorē, curatorē, collegia & prælatos ecclesiarum, qui procuratores cōstituere nō possunt, sed syndicū, vel actorē. Et quæ sit differētia inter procuratorē & syndicū, actorē, & vicedominum, notatur de syndi. c. j. de offic. ordi. cū vos. Et cōstituitur de mādato generali vel speciali. ff. eod. ti. l. j. & ff. man. l. si remunerādi. §. j. Vel sic. Procurator dicitur is qui in iudicio vel extra mandato domini negotia administrat agendo vel defendendo. l. j. §. j. ff. de procurat. inter quē & aduocatū hæc est differentia quia procurator causam absentis tractat, aduocatus verò causam præsentis, vterque tamē postulare dicitur, vel secūdū cano. Omnis administrator ritè dicitur seu vocatur procurator, j. q. iij. saluator. Nā procurator est nomē generale ad quēlibet administratorē, per sequentia quæ tradūtur in cōstitutione restringitur ad id de quo agit. Oportet etiā officium procuratoris esse gratuitū, quia si quid



si quid recipit, facit contra bonos mores, & hoc intelligitur quādo paciscitur vt habeat certam partē eius de quo est quæstio, & nō licet, potest tamē licitè recipere salarium pro laboreſuo. Et not. q duplex est procurator. s. ad iudicia, & ad negotia qui differūt in tribus, quia primò procurator ad iudicia non constituit procuratorem alium nisi post lit. contest. cùm tam & dominus litis, & ante litis cont est. alium procuratorem dare non potest nec tutorē, nisi sit procurator in rem suam, qui ante & post lit. cont. constituere potest. Sed procurator ad negotia constituere potest libere alium procuratorē quēcunq; vult. c. j. §. j. de procur. libr. vj. Secunda differentia habetur in ca. qui generaliter. in fin. de procu. lib. vj. quia primus non datur nisi maior xxv. annis: secundus verò post xvij. ann. Tertia differētia habetur de rescri. c. ex parte decani. Et nō optimā rationē primæ differētiæ istorū procuratorū, q negotium extra iudicium sumit originē à ministro, & post ea transit in dominum. l. quæcunque gerimus. ff. de actio. & oblig. sed in iudicio negotium originaliter est in domino, & postea transfunditur in procuratorem. l. si procurator meus. ff. ne neg. gest. Et dicit Lud. de Ro. in singu. cxv. quòd procurator constitutus ad agendū censetur etiā constitutus ad defendendum. vt l. mutus. §. pœna. ff. de procur. Et hoc verum est in procuratore actoris, secus in procuratore rei, quia licet sit cōstitutus ad defendendū, non tamen ad agendū. Et dicit idē q de hoc est casus vnicus in c. cōstitutis. de procu. legistis penitus incognitus, & etiā nōnullis canonistis, & dicit esse mirabilē tex. bene menti tenēdum.

Procurator Cæsaris est qui ex mādato Cæsaris causas, & negotia agit. Et quęcunque acta aut gesta sunt à procuratore Cæsaris sic à Cæsare comprobantur, atque si ita à Cæsare gesta essent. Et sicut ad procuratorem Cæsaris tantùm rerum pertinet administratio, ita ad iuridicum Alexandriæ iuris tantùm, & non rerum spectat solicitudo, vt ff. de offi. procur. Cæs. l. j.

Procuratorium & mandatum differunt, sicut etiam est differentia inter literas procuratorias & literas de rato, de hoc vide de relig. do. ca. cùm dilectus. in glos. j. de offi. deleg. c. coram. Et nota procuratorium mandatum debet fieri legaliter, ad quod quatuor exiguntur. Primum vt dirigatur aduersario, cui etiam mādati reuocatio est insinuanda, vel saltē iudici, cui fides est facienda. Secundū vt cōtineat nomina instituentis & instituti. Tertium nomen iudicis, coram

ram quo procurator debet experiri. Quartũ causam in quadum coram iudice eodem plures causas habet instituens, quod à notariis bene est notandum.

Prodigium quod est, notatur.ff. de sta.ho.l. non sunt liberi. C. de posthu.hæred. insti.l.3. & l. ostentum.ff.de verb.sign.

Prodigum neutri generis est cibus qui intra proximos dies prodigatur,id est consumatur: & ipsis prodigis cùm interdicitur eis bonorum administratio, plerunq; à fisco præstatur. vtff.de offi.præsi.l.plebis scito. Et Accur.in gl.3. l.quæcunque pro reliquis prodigorum.C.de fide instru.lib.x.

Prodigus est qui neq; tẽpus,neq; finem expensarum aduertit, neque modum. ff. de cu.fu.l.j. sed bona sua dilapidando, & dissipando profundit,cui interdicitur bonorum administratio à iudice per legem xij.tab. vel aliàs à lege,vt quia in l.Iul. maiesta.cõmisit, vt C. ad l.Iul. maiest.l.fin.

Prodigus dicitur ille qui in se tãtum prodigalitatem exercet, & in se delinquit,glos.sing.secundũ Bald.in l.j.§.exigit.ff.de bo.poss.contra tab.ex quo deprehenditur q̃ quis sit prodigus Bar.in l qui habet in prin. de tut.& in l.is qui.§.j.ff.de tu. & curato.

Prodigus famæ suæ dicitur quis quando non curat de infamia, turpiter viuendo,& talis negligẽs famam suam crudelis est. c.nolo.xij.q.j.Panor.in c.prælatorum.in ij.not.de accu.

Proditor est ille, qui secreta sibi cõmissa reuelat.de pœni.& remiss.omnis vtriusq;.Et de multiplici specie proditorum not. in c.clericus.xlvj.distin.

Profectitia dos quæ dicatur, explicat diffusissimè Vlpia. in l. profectitia.de iur.dot.

Profectitium peculium,vide peculium profectitium.

Profiteri iudicium,est vltro sese, cõsortésque criminis deferre, auctor Bud.in l.j. ad l. Cornel. de sicar.

Progener est maritus neptis.

Prognatus est qui vocatur abnepos, quasi procul à me natus, quia in quarto gradu.

Iustinianus verò in §. 2. Insti.de hered.quæ ab intesta. vsus est prognatus, pro suo simplici quod est natus: videtúrq; hoc verbum ad omnes descendentes exceptis filiis pertinere, quasi porro seu procul natos, sicuti & versa vice progenitores pro quibuscunque ascendẽtibus accipiuntur.

Programma secũdum quosdam dicitur præcedens scriptura, quæ per plures prouincias siue loca destinatur.Sed secundum Azo.in Sum.C.Cõmi.epist.pro curam. scriptura publicè proposita, vt ibi dicitur in §. mutationes.



tationes.

Programma(inquit Alcia.li. prætter.j.in hac ipsa dictione)græca vox est, significátque in iure quod latinè appellat Vlpia. proscriptionẽ.tit.de inst. actio. capitur & pro edicto, vt in vita Auidij Cassij Imperatoris legitur.

Proheres est qui putat se heredẽ esse cùm non sit. l.proherede. ff.de petit.hered.

Proiectum,dicitur,quoddam genus ædificij,quod nulla columna imposita, ita ædibus appendet,vel mœnibus,vt terram nõ tangat. Et aliõ modo dicitur appendix.

Proles propriè ea dicitur,quæ est ex iustis nuptiis,in authent. de nup.in princ.

Prolytæ, Iustiniano auctore, in procœmio Digestorum ,illi dicebantur scholares, qui quinquenniam annum iuri ciuili operam dederunt, quemadmodum appellabantur lytæ,qui quatuor annos eidem studio incubuere: nam quod legitur coloritæ, pro eo quod debuit esse prolytæ,mendum est manifestarium ex Florentinis illis Pandectis deprehensum. Sed cur illi dicantur lytæ ,id est soluti, hi verò prolytæ, id est præsoluti,nondum mihi liquet, nisi fortè, hi sunt quos nunc vocant licentiatos: illi quos bacularios. N.

Prolusorium iudicium ait Bud. appellari causam præiudicialẽ, qua.s.quasi aditus ad aliud iudicium aperitur,cuiusmodi est actio ad exhibendum, & querela inofficiosi testamenti: illa enim viam vt ita dixerim,sternit ad rei vendicationem, hæc verò ad petitionẽ hereditatis.

Prolytæ appellabantur olim discipuli,qui quinque annos iuri operam dedissent. in procœ. ff.

Promercalia dicuntur quæ vt diuendantur,pluris fuerunt empta. Gellius libro 4.Ex iis. inquit:quæ promercalia & vsualia.Columel.libro primo: Aut animalibus : aut rebus aliis promercalibus occupet. Idem libro xij.de officio villici. Pecuniam domini neque in pecore,neque in aliis rebus promercalibus occupet. Paul.lib. 25.Dig.tit.de impẽsis.l.quod si. Quod si res: inquit, in quibus impensæ factæ sunt:fuerintpromercales: tales impensæ nõ voluptuariæ,sed vtiles sunt. N.

Promercale dicitur quod præter vsus vendentis venale exponitur.l.quod si. de impen.in reb. dot.fac.

Promissio & repromissio sic differunt,quia promittendo negotium inchoamus:sed repromittẽdo adimpletũ consolidamus. Et est repromissio quasi iterata promissio , vt res magis sit in securo , sicut in facto vbi fideiussio interuenit.Namdebitor promittit , & fideiussor re-

promittit, vel potius & melius fideiussor promittit, sed debitor viceuersa quàm pluries repromittit.

Promissionem cõmitti dicimus, quãdo peruenit in eũ casum, vt ex ea aliquid peti possit: verbi gratia, promisi tibi equũ, si non dare eu eo die, promisi me tibi darũ centũ aureos, si modo eo die non darem tibi equum, committitur promissio vel stipulatio centum aureorum.

Promptuarium, cella est in qua reponuntur edulia quæ ad vsus quotidianos comparata sunt: eóque differt à penario, vt in suo loco dictum est, cùm sit penus: vt Phauorinus ait quod longæ vsionis gratia, conquiritur. Apuleius in primo de asino: Ex promptuario oleum vnctui, & lintea tersui. Hieron. interpres in Psalmo, Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Paul. vlt. de penu leg. l. namquod. Si cui quę in promptuario sunt: legata sunt. Dicitur quoq; cella promptuaria, & promus dispensator. omnia à promendo dicta.

Promptuarium appellatur locus in quem reponuntur edulia ad vsus quotidianos parata.

Promulgare legem est eam condere: & conditam recitare, proferre: pronuntiare: patefacere; prodere vel manifestare.

Promulsidarium, poculũ est mulso bibendo aptum. Mulsum autem (vt diximus) potus est ex mellis & vini commixtione concinnatus Pompo. in tit. de auro & arg. leg. l. & si. Scutellas: inquit: & promulsidaria contineri: repositoria quoque continebantur. N.

Promulsidariũ: poculũ mulso bibendo aptũ. l. etsi. de au. & ar. le.

Pronepos est filius nepotis, sicut proneptis est filia neptis.

Pronuntiare proprie dicimus, quod viua voce & memoriter proferimus. Sed cum dicitur iudicem pronuntiasse: latam ab eo sententiam esse ostendimus. l. pronuntiatum. de verb. sign. vbi Alciat.

Pronurus dicitur vxor nepotis.

Prooemium est sermo generalis præambulans in principiis librorum ostendens in generali quæ postea continentur in speciali: interdum alia pleraque complectens vt no. Ioan. And. in exordio cle. sup ver. quoniã.

Propatruus: frater est proaui.

Propere proprie, nimis cito.

Propinquorum verbo qui contineantur, docet Bar. in l. fin. C. de verb. signif.

Propria causa quæ dicatur, tradit Vlpia. in l. j. §. in propria. quando appell. sit.

Proprietarius idem est quod dominus. l. qui cuiusque rei proprietatem habet.

Proreta: dicitur is qui nauis proræ præfectus est, & est Græcum, nam proreus dicitur. Plaut. in Rude. Si tu isti naui proreta es, ego gubernator ero. Paul. lib. 39. Dig. de pub. & vect. l. eotẽ. Proreta: inquit nautáve. N.

Prorera, qui proræ nauis præest.

Prorogare est prolõgare: producere vel primum tẽpus extẽdere. ff. de iud. l. ij. de offi. del. p. &. g.

Prorogatio fit de tempore ad tempus. C. de causis. de offic. deleg. & fit etiam de re ad rem. ff. de iudi. l. de quare. §. j. & capite cum olim. de offic. deleg. versus fin. Item de persona ad personam etiam alterã parte inuitã. cap. si de alic. iu. mu. cau. fac. Item fit de iudice ad iudicem. ff. de iud. l. j. vbi nos, quod fundamentum prorogationis est iurisdictio. ergò in iudicem non habentem iurisdictionẽ nõ potest fieri prorogatio, quia non certis nõ sunt qualitates eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. & c. ad audientiam. ij. in fine. de eccle. ædific. aliud fundamentum est consensus partium: nam si esset error vel titubatio: non fieret prorogatio. l. fin. C. de cond. indeb. meritis enim & error excludit prorogationem. l. j. ff. de iudic. quia error excludit consensum qui est causa prorogationis.

Proscænium, inquit Seruius in illud Virg. secundo Geor. Vere pulpitum ante scænam in quo ludi res ineunt proscænia ludi: est ludicra exercentur. Vlp. lib. 9. Dig. de pollicitationib. Probè inquit, faciet Statius Ruffinus si opus proscænij perficiat. Iustinia. li. xij. C. od. tit. de spectaculis. l. si qua. Vel in theatri, inquit proscæniis. Vtrobiq; Acc. nihil aliud quã locum esse dicit. N.

Proscenium locus ante scenam ludicris exercendis paratus.

Proscindere terram: est illam vertere cùm primùm aratur. Nam ad vernaculum faciendum terra primùm proscinditur, deinde offringitur; siue iteratur: postea tertiatur. Virg. i. Georg. Et qui proscisso quæ suscitat æquore terra. Varro in primo de re rustica. Terram, inquit, cùm primùm arant, proscindere appellant: quod iterum offringere dicunt. Paulus titulo de verborum significatio. l. sylua. Noualis, est inquit terra proscissa, non præcisa: quod delirat Accur. in Pand. Florent. legitur præcisa.

Proscriptio est aduersus absentem iudicialis pronuntiatio, vt in posterum procul agat, id est maneat ab imperio, & talis cõtra quem fit pronuntiatio talis & cuius bona palàm & aperte scribuntur, dicitur proscriptus & deuenerunt ea bona scribi, & de ipsis inueniendum fieri contingens tam mobilium & se mouentium diuersas species & qualitates, quàm immobilia: vt mensuram agrorum & numerum vinearum quantum sit in vineis, oliuetis, arbustis aratoriis & pascuis. Hanc proscrip-

tionem græco vocabulo dicimus pragmaticam quæstionē: licet aliqua significatione quæstio tormentum dicatur, quia tormentis communiter veritas inquiritur, quare tortores dicuntur quæstionarij, vt infrà, de quæstionibus.

Prosocer dicitur mariti auus.

Prosocrus est vxoris auia.

Prospectus & lumen quomodo differant, vide l. lumen. ff. de ser.vrb.præd.

Prostasia vel potius protostasia genus est præfecturæ.l. nec.C. de mun.patrim.vbi secundum Alciat.sumitur pro munere & officio magistratus qui præerat sacris.

Protecta,partes sunt domus prominentes:qualia sunt podia pēsilia:vnde aspectus est nobis in plateas & vicos.

Protector est qui stat armatus cū principe:vt Obius:& Bilisarius erant domestici & protectores Iustiniani:secundum Accur.in rubr.C.de domestic. & protec. per totum.lib.xij.

Proteruia est crudelitas vel terribilitas:secundum Io.And.in cl. vnica:de fo.cōp.vbi alleg. Græcismum dicentē:Improbus est aliqs verbis factisq; proteruus.

Protestatio nihil aliud est quàm animi agentis expressio.c.consulti.extra de regul.& l.si duo. §.cùm inquilinus.ff.vti possid.

Quid sit protestatio, quotuplex sit:quid declaratoria:cui sit facienda, quis possit protestari qualiter,vbi & quando fieri debeat, quis sit eius effectus:an requiratur consensus protestati:& multa alia not. & dubitabilia in hac materia plenius quàm alibi,vide per Bart.in l. nō solum.§.morte.ff.de op.nouū.& in l.j.eo.ti.in quibus locis vide plenè Alex. & alios doct.

Protytum, auctore Vitruuio,est vestibulum ante domorum ianuas,à pro, quod est ante, & thyra ianua, aliquando etiam pro antepagmento, id est ianuarum ornatu ponitur. Idem Vitruuius aliubi: Nos,inquit, prothyra appellamus, quæ Græcè dicuntur diathyra. Vlpianus titulo de fundo instru. l. quæsitum. prothyrum domus,si velamen est,instrumento domus continetur. Accursius ægroti somnia narrans, prothyron,à thyros, quod est magister,deducit.Sed quomodo magister instrumento domus contineatur, ipse viderit. Multo adhuc somniculosius in illud Pomponij, de verborum significatio.l.statuæ. Prothyrum quod in ædibus interdum fieri solet: Prothyrum, inquit, quia procul trahitur: quasi Latina dictio esset. illud profectò simplicius, quod ingenuè fatetur se nescire quid prothyrum sit. Nebr.

Prothyrum & hipothyrum vaerit: nam ipsa ostiorum latera antas dicimus,& in hac significatione accipitur à Pomp. in l.pen. ff. de verb.sign. & ab Vlpia.in l.quæsitum.§.Papinianus.ff.de fun.instru. Vitruuius tamen scribit prothyra.pe.corrupta,esse vestibula in domorum ianuis: nam græcis thyra ianua,& P.ante interpretatur. protocollon: interpretatur primum membrum: vt sit prima illa scriptio,quam in commentarij modum tabelliones scribunt,quæ significātius commentationes, aut prototypa, aut archetypa dici possent.Codice, titulo de tabellionibus. colla.iiij.Vt protocolla,inquit, dimittant in chartas.

Protocollum appellatur scriptura tabellionis, in qua breuiter annotatur actus gesti substantia:vt deinde extendi atque absolui possit.

Protutore se gerere dicitur qui munimine tutoris fungitur defendere,siue putet se tutorem,siue sciat se nō esse:fingit tū se esse.

Prouincia diuersimodè considerat: nam in materia præscriptionum diuersæ ciuitates, in quibus habentur & exercentur diuersæ iurisdictiones sæpe,dicūtur prouinciæ: quandoq; diuersitas archiepiscopo rū facit aliā prouinciā,& sic p cinciæ quādoq;,modicū distāt vt Pisana,& Florentina: quādoque distingūtur prouinciæ mediofreto,vt Gallia,Hispania, Sicilia:& sic sumitur distinctio pronunciarū.iij.q.iij.c.de inducis.§.spatium.vbi dicitur:q; ad producēdū testes de eadē prouincia,dantur tres mēses:de cōtigua sex,& de transmarinis nouē menses:de hoc in c.vltra tertiā.de test.secundū Inno.Hinc puinciales q in puincia orti sunt,vel domicilium habēt.l.prouinciales.vbi Alcia.de ver.sig.

Prouisio:electio:postulatio:differūt:de eccl.c.j.lib.vj.q; prouisio est latū verbū qđ cōprehēdere potestnoīationē,postulationē: præsentationem:& collationē. vt est gloss.in clem.fin.de elect. quæ alleg.iura concor.

A. N. Proxeneta,non vt vulgò legitur: proseneta: Latinè interpretatur mediator:id est qui conciliat inter se ementes & vendentes:maximè hospites:vnde nomen deductum est:nam xenos hospes interpretatur. Seneca in epist.o.Nolo proxenetæ nomen tuum iactent. Et Martialis:Vatiniorum proxeneta sartorum.lib.5o.Dig.de proxenetis.l.si proxeneta.& ibidem sæpe. Anton.Nebriss.

Proxeneta est paranymphus: id est,media persona, per quam aliquis contractus celebrādus aut incundus procuratur, & talis procurator in sponsalibus dicitur paranymphus, qui explorat voluntatem hominum, qui & cum quibus velint con-

trahere. & quæ sit facultas contrahendum vel contrahere volentium: cuius remuneratio vel merces dicitur proxeneticum. Et consistit officium eius circa amicitias complendas: & circa asse ssores conquirendos ordinariis iudicibus: vide c. j. de hoc in gloss. ij. de testibus. lib. vj.

Proximus est quem nemo præcedit. l. proximus. ff. de verb. sign. etiam si solus sit, vtl, proximi. eodem tit. Item proximi sunt non illi tantum, quos nobis sanguinis gradus iungitur, sed omnes homines naturæ nostræ participes. c. charitas. versi. Item nō illi. de pœni. dist. ij.

Proximi sacrorum scriniorum, require suprà in versic. præpositi sac. scrin.

Prudentia est carnalis concupiscentia. xxxij. quæst. j. non enim. Alibi appellatur malitia. de de spon. impu. capit. de illis. ij. sic etiam in delictis. de deli. puer. cap. pueris. de despon. impub. cap. tuæ. in gloss. ij.

## De Pante V.

Puberes à pube. i. à pudendis corporis sunt dicti. Et dicitur esse pubes qui iam cōpleuit xiiij. annum, si est masculus, & generare potest. & xij. si est fœmina. c. puberes. despon. imp.

Pubertas in masculis incipit post xiiij. annū completum, in fœminis post xij. vt Instit. quib. modis tut. fin. in prin. Sed cum fit mentio de pubertate plenæ variis modis interpretari solet, prout materia de qua agitur suadet, vt notabiliter tradit glo. in §. minorem. Instit. de adop.

Publicanorum ordo, quem admodum Cicero in multis locis scribit, Romæ fuit hominum honestissimorum, hi vectigalia publica conducebant, & ideo dicti. In sacris literis publicanus nomen propemodum est infamiæ, propterea quod qui portoria exigunt, odio sunt omnibus. vnde Saluator noster vitio dabatur, quod cum publicanis & peccatoribus manducabat. Apud Iurisconsul. titu. est de publicanis & vectigalibus.

Publica propriè dicuntur quæ populi Rom. sunt, nam bona ciuitatum abusiuè publica dicta sunt. l. bona. de verb. sign.

Publica iudicia sunt dicta quasi populica, quia cuilibet de populo permissa est eorū persecutio, vt suprà priuata delicta.

Publicani dicuntur q̄ publicè vectigalia administrāt: vnde eorum nomen descendit, siue ad hoc constituti vt publica vectigalia exigant, siue tributa conducant. ff. de public. & vectig. l. j. nā etiā dicuntur vectigalis cōductores fisci vel rerū publicarum, & qui lucra vel publica negotia seculi sectantur, ibidem. l. iij. Aliter publicani dicuntur qui publicè peccant: ut in euangelio. Luc. 18. c. de Pharisæo & Publicano.

Publicaria dicuntur ea, quę ob aliquod delictū sic enorme in publicū ærariū deuoluuntur, & inde dicitur publicatio bonorū.

Publicarij dicūturqui ob aliquod delictum sic enorme in publicum ærarium deoliuntur.

Publicæ honestatis iustitia est, propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahēs ab ecclesiæ institutione, propter honestatē. Non enim est honestū, vt quis eam ducat, quā suus consanguineus despōsauit. cap. ad audientiam. & ca. sponsam. de sponsal. vnde huiusmodi prohibitio non consurgit ex consanguinitate nec affinitate cōtracta ex nuptiis cōsummatis, sed ex quadā publica æquitate inductū est hoc ius prohibēs matrimonium contrahi, & contractum dirimens. Et no. quòd ideo dicitur publicæ honestatis iustitia, quia in matrimoniis non solum quod liceat, sed quod honestum est, considerat. ff. de ritu nup. l. semper. & oritur etiā ex sponsalibus quæ de iure non sortiuntur effectū: vt in cap. ad audientiam. prælega. secus in matrimonio. quia affinitas non contrahitur ex nuptiis inter dictis: vide Gof. in sum. de spons. vbi dicitur, quòd secundum quosdam in nullo casu locum habet hodie Publicæ honestatis iustitia nisi in sponsa fratris. de qua in veteri & nouo testamento prohibitum esse videtur, quàm sponsam frater habere non potest, dicto capitulo, ad audientiam. cum concor. in gloss. & rationem dicunt, quia sublata est in eo casu in quo de maiori æquitate locum habuit, scilicet in sobole suscepta ex secundis nuptiis, cognationi viri non copulanda prioris, vt de consang. & affin. non debet, ideo & in aliis reuocata videtur, quia de similibus idem est iudicium, vt ibi.

Publiciana actio. Require suprà actio publiciana.

Publicum absolutè, quandoque capitur pro vectigali, vt tradit Budæ. in Annot. in Pand. vbi vide.

Publicum ius est quod principaliter spectat ad publicam vtilitatem. Require suprà ius publicum.

Publicum munus quid sit, explicat apertissimè Pompon. in l. pupillus. de verb. sign.

Pueri dicuntur filij, non filiæ. Secundo dicuntur omnes serui pueri, etiam sexagenarij. Tertio dicuntur omnes qui sunt in ætate puerili, scilicet mares à septennio vsque ad xiiij. annum, & puellæ vsque ad xij. annum. ff. de verborum significa. pueri. de æta. & qualita. ex mutione in gloss. Quando tamen legantur pueris alimenta, pue-

ri & puellæ dicuntur vsque ad trigesimum annum.ff.de ciba. & alimen.leg.l.Mela.

Puerpera est quæ parit in annis puerilibus: vt inquit text.in c. puberes.de despon.impub.

Pugiles dicuntur qui pugnandi artem norunt.

Pugillares,id est tabulæ cereæ.l. in commodato.§.sicut autem. versicul.ergo si pugillares.ff.cõmodati.

Pulmentarium:dicitur à pulmento.Pulmentum verò,vt ait Varro,dictum est quod id edebant cùm pulte: est autem cibus solidior,vtrunque:siue illud sit ex aquatilibus, siue ex terrestribus. Horat.2.Sermo.Pulmentaria quære sudando. Cato de re rustica: Pulmentarium familiæ oleæ caducæ quamplurimum condito. Paul.titulo de fundo instru. l.cùm delanionis. Sine his:scilicet patinis & cacabis, pulmentarium coqui non potest.

Anton.Nebrissens.

Pulsare differt à verberare, quia pulsamus sine dolore:sed verberamus cum dolore.

Pupillus dicitur qui cùm impubes est, desinit esse in potestate patris,aut morte patris, aut emancipatione:& sic pupillus dicitur etiamsi habet patrem. l.pupillus.ff.de verb.sign.

Pupilla similiter dicitur intra annos pubertatis emancipata, vel morte patris desinens esse in potestate eius, scilicet trigesimum annum.ff.de ciba. & alimen.leg.l.Mela.

Pupillaris substitutio dicitur quæ fit impuberi in euentum mortis eius in ætate pupillari pupillis.

Pura stipulatio,vide infrà,in versi.stipulatio pura.

Purus locus dicitur qui neque sacer neque sanctus,neque religiosus est. l.ij.ff. de religio. & sumpt.fun.

Purgare,huius verbi significatũ, vide in l.j.§.purgãdi.ff.de riuis.

Purgatio est de obiecto crimine innocentiæ ostensio.Et est duplex,scilicet canonica,quæ fit per iuramentum,& hæc approbatur,& vulgaris,scilicet quam sibi vulgus inuenit, & hæc fit per ferrum cãdens,per duellũ, per aquam frigidam siue bullientem,& hæc reprobatur. vt eod.titu.ex tuarum.& per totũ. eo.titu.ij.q.iij.mennam.Forma autem purgationis hæc est,q. infamatus iurabit se immunẽ esse à crimine quo infamatur & compurgatores iurabunt illum verum se credere iurasse. c.quoties.& c.vltim.eod.ti.Alter autem deponere non debent,ne subeant anceps periurium.ff.de in lit.iuran.l.videamus, & numerus compurgatorum habetur ij.q.iiij. omnibus vobis.& cap. presbyter.si è plebe.Hodie numerus cõpurgatorum arbitrarius est,inspecta



ta personæ qualitate & infamiæ quãtitate.c.cùm in iuuentute.eod.titu.Et hæc de forma purgationis canonicæ. Sed de purgatione vulgari patet in eo. titul.per totum.& ij.q. iiij. monomachiã.c.mẽnam.& c.consuluisti.Et est triplex ratio,quare huiusmodi purgatio prohibetur. Primò quia hæc facta sunt inuidia fabricante,vt in c. mennam.præal.Secunda,quia Deus in eo tẽtari videtur,vt in eo.tit.c.vlt.Tertia, quia vt plurimum innocens condemnatur,vt in c.significantibus.eod. tit.Deus autem tentari non debet.xxij.q.ij.quæritur.

Purpuræ appellãtione quæ contineantur: declarat Iurisconsul. in l.si cui lana. §. vlt. de leg.iij.

Purpurarij,qui purpuras capiunt vel qui purpura tingunt aut negotiantur.

Pustulatum argentum,dicit quod est purũ & absque omni spurcitia,dictum pustulatum, quasi purum putumque:Pustula quoque ipsa argenti puri massa dicitur.Martialis: Et nimium felix pustula vincit ebur. Idem: Nulla venit à me argenti tibi libra pustulati. Suetonius in Nerone, Nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obrixum exegit. Alphenus libro decimonono.Dig.tit.locati & conducti.l.in naue Sauphei. Cùm argentum,inquit,pustulatum fabro daretur. Accursius hallucinans variis modis, legit quasi is qui nihil certi ac definiti tradit,lege pusulatum ex Festo,&c.nudatis codicib*.

Pustulatũ aurũ vel argentũ, vide suprà,in ver. argẽtũ pustulatũ.

Puteal est illud quo puteus cooperitur.

## De P ante Y.

Pyctaciũ est scriptura continens petitionẽ alicuius. c. pyctaciũ. xxx.q.iij.vel dicitur breuis scriptura quæ in tuscia dicitur apodiciũ.C.de erog.mili.anno.Octuarij.lib.xij. & glossa.in cap.si quis Papa.lxxix.distinct.

Pyrrhicharij siue purrhicharij dicũtur saltatores armati, vt autor est Bud.in l.Athletas.de iis qui no.infa.& in l. aut. de pœn.

Pytiocampæ sunt ærucæ in pinu nascentes:annumerantur à Iurisconsulto intervenenata.l.iij. de sicar.

## De Q ante V.

QVA,pro quatenus.l.pretia. ad l.Falcid. aliquando significat idem quod per quam partem.l.j.de mor.infer.

Quadrans est quarta pars assis, qua perficiuntur tres vnciæ.Alia nomina require suprà,as.

Quadratarij dicuntur marmorarij, qui marmora ad amussim quadrant.l.j.C.de excus.artific. vbi Alciat.

Quadripendium,est as quadruplicatus.l.xlviij.

Qualli, sunt canistra vindemiæ apta, siue ad comportandas vuas, siue ad colãdum mustum, vt vult Seruius, inde dicta. Ait nanque in illud Virg. 2. Geor. Tu spissos vimine quallos Colaque præforum fumosis dirripe tectis. Qualli sunt per quos vinum defluit, qui & ipsi à colando sunt dicti. Columella in horto, Ipse ferens olitor deductos pondere quallos. Et Cato de re rustica: Ad vindemiam, inquit, parentur qualla & farcinentur. Vlpianus de fun. instru. Instrumenta. Qualli, inquit, vindemiatorij exceptorsique, in quibus vuæ comportantur. Ant. Neb.

Quali qui sint, exponit Vlpia. in l. instrumenta. de fun. instru.

Qualisqualis, pro qualisecũque. l. reseriptum de distra. pign. sic qualiterqualiter pro qualitercũque l. qui fundum. quemad. ser. amit.

Quàm citius, hoc tempus est arbitriũ boni viri, cum lege vel canone non terminetur.

Quamdiu, hæc dictio quando inducat conditionem, lege Bart. in l. j. de cond. & demon.

Quamuis, hæc dictio habet ampliare ad maiora expressis. elemen. j. de re iudi.

Quanti ea res erit, & quãti eam rem esse apparet, inter hæc verba nihil interest, & vtraque harum clausularum ad veram rei æstimationem refertur, l. inter hæc verba. de verbo. signifi. vbi Alcia.

Quantominoris actio. Require suprà, Actio.

Quantominus, hæc verba quomodo intelligenda sint, vide l. si ita à te. de verbo. sign.

Quartarũ tres sunt species, Vna est debita iure naturæ, quæ dicitur bonorum subsidium, quę hodie est aucta ad trientem & semissem secundum numerũ liorum. Vnde, Quatuor aut infra dant natis iura trientem. Semissem verò dant natis quinque vel vltra.

Alia est Trebellianica, tertia Falcidia, de quibus in cap. Raynutius. de testa. in gloss. super ver. quartam partem, & in cap. si pater. eod. tit. lib. vj. Et differunt Trebellianica & Falcidia in hoc, quia testator potest auferre Falcidiam, & grauare heredem, quòd ipsam non detrahat. Trebellianicam verò non potest interdicere.

Quasi, quandoque est expressiuũ veritatis, vt Ioan. 1. Quasi vnigeniti à Patre. ca. parochianos. de deci. vbi gl. & ff. ex qui. caus. maio. l. ait prætor. §. item ei.

Quasi castrense peculium, vide suprà, peculium quasi castrẽse.

Quasi sententia est, si quis in iudicio confiteatur se furem, secus si extra, vel est cùm quis præmissis actionibus, quæ nascuntur ex delicto, non est damnatus, sed ipse dedit, vel dare debet pecuniam ne conueniatur illis actionibus, & præsumitur quòd illud facit ex conscientia delicti, excusatur tamen vbi cum iussũ prætoris cum eo transigitur.

Quasi Seruiana, vide Actio quasi Seruiana.

Quatenus facere possit, si quis iuxta hanc formulam condemnetur, non totum quod habet extorquendum est, sed habenda est ratio, ne egeat. l. in condemnatione. de reg. iur.

Querela est ius quoddam rescindendi testamentum vel donationem vel dotem in totũ captam, & cõpetit reo ex his quæ acta sunt, vel in partem. Non enim est proprie actio, quia nõ agitur vt quid detur vel præstetur, nec est proprie accusatio, quia non accusatur quis vt puniatur in corpore, sed obtinet mediam viam, & aperit viam succedenti, secundum Azo. in Summa. C. de inof. testa.

Querela inofficiosæ donationis inducitur ad instar inofficiosi testamenti, & cõpetit liberis, vel parentibus à debito bonorum subsidio exclusis. Est enim causa huius querelę, iniqua exclusio à debito bonorum subsidio, & datur contra illos quib⁹ datum est in immensum, secundum Azo. C. eo. tit.

Querela inofficiosæ dotis inducitur ad instar donationis inofficiosæ, & competit filiis cum matre, cùm omnia vel pene omnia in filiorum fraudem dedit pro se vel filia vel muliere alia, secundum Azo. eo. tit.

Querela inofficiosi testamẽti datur omnibus qui tempore mortis imminẽtis ab intestato possunt succedere exheredatis vel præteritis contra scriptos heredes vel fideicommissarios.

Quæstio est inquisitio veritatis per tormenta, secundum Azo. in Summa eo. titu. vel est oratio interrogatiua. Alia significatione idem est quod tormentum, quia tormentis veritas inquiritur, vt cùm seruus torquetur pro crimine fraudati census, aut læsæ maiestatis, vt de domino dicat quæ nouit, ita capitur pro tortura. l. item apud. §. quæstionem. de minor. & l. j. §. quæstionem. ad Syll. inde quæstionarij, & dicuntur tortores.

Quæstio emergẽs dicitur ea quæ proponitur ex his quæ emergunt in lite: vt si quæritur an iste possit testari, vel an danda sit dilatio, vel consimilia.

Quæstio incidẽs dicitur illa, quæ ante litem cœptam competit reo ex his quæ acta sunt inter reum & actorem, vt pactũ de non petendo rem iudicatam.

Quæstio mota dicitur quando quis vocatus est per excep. vel supplicatum est, id est datus libellus. argu. l. si quis maior. C. de transact. vel, & forte verius

per litis contestat.l. amplius.ff. rem ra.ha.

Quæstio possessionis est in qua de sola possessione controuersia vētilatur.extrà,de ordi.cog. c.super spoliatione.

Quæstio proprietatis est in qua de sola proprietate, hoc est de dominio vel quasi dominio est quæstio,de causa possess.& proprie,cùm dilectus.& dico quasi dominio, propter res incorporales quæ non possidentur, vt in spiritualibus. institut. de reb.corp.& incorpo. §.incorporales.

Quæstio status mouetur cū quis vendicatur in seruum.C.de asser.tol.l.vnica. in princ. & liiij. dist.frequens.

Quæstor,id est cancellarius.l.fin. C.de diuer.rescript. & in auth. de exhib.reis.§.quia verò. Et not.quòd tribus modis dicitur quæstor.Primo ille,qui quærebat pecunias tributorum per mundum & seruabat.Secundo ille, qui præerat capitalibus causis.Tertio qui stabat vt legeret libros, qui candidatus principis dicebatur.l.j.de offic. quæst.quomodo in procem.insti.sumitur,& no. quòd secūdū primum modum dictum in iure variis nominibus nuncupatur,scilicet susceptor & opinator,vt C.de susc.& archi.l.missi opinatores.lib.x.

Quæstores illustres,sic dicti sunt, eo quòd pecuniæ publicæ quæ rendæ per mundū & cōseruandæ siue congregandæ curam & sollicitudinem haberent,& ad hoc creati erant.Et dicebantur quæstores ærarij ab ære, id est pecunia dicti. ff.de orig. iu. l.ij.§. exactis deinde regibus. post princip.

Quæstores patricidij dicūtur qui causis capitalibus præfecti erant.ff.de orig.iur.l.ij.§.præallega.Inde exquæstor,id est extra quæsturam positus.

Quæstores sacri Palatij dicuntur in Palatio principis qui libris principalibus legendis vacabant,non dico sententiis, quia illustres tantum illas legebant. Vel dicebantur qui idem officium gerebant in domo Imperatoris.Talis etiam cāndidatus principis dicebatur,& sic capitur in procœmi. institu. & ff. de offic.quæsto. & l.j. in fine. & ff. de orig.iur.l.ij.§. deinde. vide Accur.in glos.iij. in §. cunque. insti.vbi suprà.

Quæstus est qui ex opera solertia vel diligentia alicuius prouenit,& ideo hereditas,legatum, donatio non continetur appellatione quæstus. l. coram. & l. quæstus.ff.pro so.& l. aditio. §. j.ff.de acqui.hæred.

Quia,vide in ver.Si.

Quilibet est distributiuum, vt not.ff. de duo.reis.l. duos reos. Et aliquando ponitur pro aliquis,vt in c. de homine. de celeb.missa.

Quin



Quincunx est pars assis constans ex quinque vnciis. insti. de hered.insti.§.hæreditas.

Quini,quinæ,quina,quemadmodum de binis & denis est dictum, nomen est diuiduum sue distributiuum ad singulos tantum. Affricanus libro xxj. titu.de euictionibus.l.si duos. Si duos,inquit,seruos quinis à te emam,& eorum alter euincatur,&c.Accursius quinis pro bis quinque exponit, falso nimirum interpretamento,aliud nanque est emere duos seruos quinis aureis,alius bis quinq;, id est decem aureis: nam illud significat quod quenque illorum emi quinque aureis diuisim,hoc verò quod ambos emi decem aureis coniunctim.Cui verò sensui magis accommodari debeant verba legis, Iurisconsulti viderint, nos sermonis Latini puritatem inquirimus. Nebr.

Quirites,sunt Romani,sic dicti à Quirino,id est Romulo, eorū Rege sic dicto, vel à quiris, id est hasta, quia magna hasta in bello vtebatur.

Quis vel qui restringit præcedentia,etiam quādoque declarat, vt not.l.j.C.de sum. Trin. & fide Cath. Et refert aliquando antecedens in genere. C.de iur.l. dominum. sicut & alius, iuxta illud, Et alij duo nequā. Et qui est relatiuum substātiæ. C.de sum.Trin.& fide cathol.l. prima.in glos.

Quisquiliæ dicuntur sordes domus mundatæ,quæ scopis eiiciuntur, scilicet, lapides, folia, stramenta,pulueres,ossa.

Quo,est idem quod vt, vt C.de pœn.l.si quis in metallum.

Quod iussu actio. Require suprà Actio quod iussu.

Quod metus causa. Require suprà,Actio.

Quod vi aut clam. Quorum bonorum. Quorum legatorum. Require suprà, de interdictis.

Quominus, aliquando est vna pars,& exponitur,id est,in præsentia.l.fi.C.de legi.aliquando, id est incontinenti.l. si quasi.ff. de pignor.act. Aliquando sunt duæ partes,& exponitur,vt no. in l.quominus.ff.de flumin. Aliquando,id est non, l.si ego.ff. si cert.pet.l.cùm ipse.de exc.tutor.& l.si dolo.ff.de dol.Aliquā do exponitur quo pro vt, & minus pro non.C.ne vx.pro mari. l.j.Aliquando quominus,id est quàm.l.liber homo.ff. de verb. oblig.& de hac dictione vide Docto.in l.continuus.in princ. ff.de verb.oblig.

Quondam potest significare tria tempora,præsens, præteritum & futurum,vt not.per gl.l. nec emptio.§.fin.ff.de contra.emp. cap.cùm olim. in principio.de offic.deleg.cap.ex parte. de fo. compe.Bar.in l.j.§. hoc autem. ff.de no.oper.nunt.

Quoties intelligitur quādiu fieri

potest

potest id de quo agitur, nisi tē-
pus fuerit appositum. l. sicut. ff.
quemad. vsusfr. amit. & l. velu-
ti. ff. de eden. & differunt quo-
ties & rursus in reiteratione, vt
no. in l. fideicommissa. §. si quis
decem. ff. de le. 3. & per Cy. in l.
legem. C. de indi. vid. toll.

## De Rante A.

RAbies est furor siue discur-
sus cum impetu. ca. de vi-
ro. & ibi no. Archi. xij. quæstio-
ne secunda.

Rancor & iniuria differunt, quia
licet iniuriā non teneatur quis
remittere, rancorem tamen te-
netur remittere. Specu. in tit. de
treuga & pace. ver. & not.

Rancor est vitium animi: sicut
mucor panis: & acor vini. Vnde
dicitur: caro rancescit: vel ran-
cida est.

Rapere & āmouere ita differre Vl
pian. ait: vt amoueri aliquid ēt
sine vi possit: rapi autem non
nisi cum vi. l. 3. de incen. rui. nau
fra. Sed & qui vi adhibita ali-
quid scidit aut fregit alicui ra-
puisse dici potest. l. Marcellus.
de verb. sig. vbi Alciat.

Rapina est violenta receptio re-
rum, vt in l. j. C. vi bon. rap. sed
raptus propriè est violenta re-
ceptio mulierū, secundū Goff.
Raptor rerū dicitur ille, qui bo
na aliena vi rapit & aperte. ff.
ne quis eum qui in ius. l. sed exi
mendi: & sic etiam est raptor
hominum: & maximè mulie-
rum.

Raptor & fur ex animo dicuntur.
instit. vi bon. rap. in glos. in ver.
comprehendatur. & quomodo
distinguuntur, vide ibi dem.

Raptus: tus: tui: dicitur rerum: vt
ff. de incen. rui. naufrag. per to-
tum. Et hominum: vt C. de rap.
virg. vel. vidua. l. vnica. licet qui
dam teneant contra primum.
Et loquitur solùm de mulieri-
bus raptis, à viris: non de mulie
ribus rapientibus viros.

Ratis dicitur nauigium incondi-
tum & temere factum: vt ta-
bes connexæ & sine fabrica cō
pact. e: quæ nauigij vicem præ-
bent. Aratē ratiarius dicitur vt
nauicularius: non opifex: sed
qui rationibus negotiatur: se-
cundum Bud. in l. j. de exer. act.

Ratio secūdum Azo. in Sum. §. est
autem de edendo: est scripturæ
causā negotiationis mutuæ e-
dita de datis & acceptis: secus
si ibi contineatur de pignore
tantum, vel de mandato tantū,
vel de constitutū pecunia tan-
tum: Aliter accipitur ratio dum
dicitur: rationem esse reddēn-
dam de omnibus: & aliter cum
dicimus: habenda est ratio ætā
tis: & similia: vt in lege in con-
demnatione. de regul. iuris. &
lege prima: in principio. de po-
stul. nam habere rationem æta
tis: est habere respectum æta-
tis: id est in consideratione. Et
multum interest inter reddere
rationem & edere. nam edere
est ra-



est rationes exhibere, & copiā
describendi facere: reddere au
tem est computare & quod re-
liquum est restituere. l. boues.
de verb. sig. arg. extrà: de reseri.
si quando in ver. rationabilem
causam: quia testis non valet:
nisi causam sui dicti reddat: si
quæratur ab eo. ij. q. j. in primis:
tunc enim ratio sumitur pro
causa: similiter ibi. Quod ratio
ne caret: extirpare necesse est.
vt lxviij. dist. ca. episcopi. Etiam
prælatus debet esse paratus ra-
tionem reddere omni poscen-
ti. §. ecce. in fi. xxxvj. distinct. &
in l. si quis. §. sed interdum. ff. de
relig. & sump. fun. & intelligi-
tur illud dictū si potest: quia
per impotentiam quandoque
non est omnium reddenda ra-
tio. ff. de legib. non omnium. &
præcipuè in arbitrariis: vt quod
Spec. intitulat de teste. in singu
lari: hoc Gregor. ix. de testibus:
secundum Ioan. And. ergo dici
tur: sic volo: sic iubeo: sic pro ra
tione voluntas.

Rationicinia sunt rationum reddi-
tiones ad quas aliquis obliga-
tur ex administratione reipu-
blicæ: vel priuatæ: quam gessit:
vnde publica sunt, illa: quibus
obligatur officialis curiæ ex
administratione aliqua ad rem
publi. pertinente: vt in l. officia
lis. C. de episcop. & cleric. Priua
ta autem sunt illa: quibus obli-
gantur aliqui ex administratio
ne rerum pertinentium ad pri-
uatos: vt tutores: curatores: vel
procuratores: gastaldones: &
baliui aliquorum. Vnde obliga
tus ad rationicinia, & ad ratione
reddendam alicui adstrictus.

Rationalis, idem qui logista, de
quo suprà suo loco.

Rationalis Cæsaris idem est quod
procurator Cæsaris, à rationi-
bus gerendis sic dictus: vide cō
stitutionem Græcam C. de rat.
ope. publi.

Raucæ vocantur vermes qui in ra
dice quercus nascuntur & tran
seunt. de quibus habetur in l.
ex conducto. §. j. ff. loca. licet
glos. intelligerit de spinis.

## De Rante E.

Reatus dicitur status atque habi-
tus ipse reorum, antequam ab-
solūantur vel damnentur cum
squalidi: promissa barba, de fa
lute litigant, & rerum suarum
anxij fatagunt. Iustinian. tamē
vsus est pro pœna, in authen. de
incest. nupt. vulgo autem accipi
tur pro crimine, eo modo
quo abigeatum dicimus, abi-
georum delictum.

Rebellis dicitur inobediens prin
cipi circa concernentia prospe
ritatē imperij, in extrauag. qui
sint rebelles. & ibi per Batt.

Rebellis & contumax differūt, vt
no. doct. in c. sanè. de offic. dele.
Et not. q. rebellis officiali do-
mini papæ: vel ecclesiæ, vel im-
perij: dicitur rebellis Papæ: &

Imper

Imperatori.l.hostes. & ibi Bar. ff.de capt.& postlim. reuers. & vide etiam Bar.in l.j. de desert. lib.xij.C.de pœna rebellantis, vide Bar.in d. extrauaganti rebel.qui sint.

Receptatores dicũtur qui aliquos receptant,& vt frequentius sonat in malum, sunt enim illi qui fures, raptores, & cæteros malefactores recipiunt, vt C. de his qui latron.l.j.& ff.de recepta.l.j.sine quibus latere non possunt, vt in c. sicut ait. de hæretic. vbi hæreticorum receptatores anathematizantur, sed receptores, secundum Innoc. dicuntur aduocati, in c. ex parte. de postulatio.

Recipere quandoque significat excipere: vt in l. qui fundũ. de verb. signifi. aliquando est præstaturum se promittere, interdum approbare, vnde illa locutio. More maiorum receptum est, & consimiles.

Recisus, id est breuius. c. cùm sit Romana. de appellat.

Recommendari reus à docto. dicitur, quando quis est carceratus propter vnum crimen, & alij implorant officium iudicis, vt detineatur etiam propter eorum interesse.

Re contrahitur obligatio traditione rei ab altera parte certo pacto. Insti. quib. mod. re contrah. oblig. per totum.

Reconuentio est mutua petitio quæ fit à reo conuento contra actorẽ, vt si petas à me decem ex causa mutui: & ego reconueniam te ad alia decem mihi debita ex operis tibi præstitis.

Recta linea ascendens sunt pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus, sicut in fœminis lineã dicimus matrem, auiam, proauiam: abauiam, &c.

Recta linea descendẽs sunt filius, filia, nepos, neptis, pronepos, pneptis, abnepos: abneptis &c.

Rectè denotat iustitiam, sicut rectè solennitatem. ff. de inof. test. l.ij. in glos. & sic stat aliquid actum esse ritè: videlicet secundum ordinem & solennitatem iuris, quod tamen non est actũ rectè: l. secundum iustitiam & æquitatem: vt not. Io. And. in cle. fi. de appel. & no. ca. quoniã contra. de probat. est glos. in l. iustè possidet. ff. de acq. possess.

Recusare dicitur qui debitè requisitus sine causa rationabili differt executionẽ. no. in auth. de exact. instan. dot. §. illud.

Recusatio secundum Spec. eo. tit. est iurisdictionis vel audientiæ causa suspitionis proposita declinatio, vt C. de iud. l. aperti. & die vt not. ibi, & fit vsque ad xx. dies secundũ leges, vt C. de lit. contest. auth. obtentu.

Rheda est quoddam vehiculum ad eunduin vel redeundum habile, vt est quatuor rotarum. l. cum in plures. §. fi. ff. loc.

Redactũ dicitur etiam quod non est exactum, sed exigi potest. l. si possessor. §. redactæ. ff. de pet. her.

Reddere propriè est retrodare, recipit tamen & per se dãdi significationem. l. verbum reddendi. de verb. signific.

Reddere rationes, vide Ratio.

Redditus annui inter immobilia computantur, in authen. vt hi qui obli. se hab perhi. res mino. §. licebit autem. & l. iubemus nulli. §. j. C. de sacrosanct. eccl. & ibi Bar. Et redditus appellatione omnes prouentus cõtinẽtur secundũ Pau. de Ele. & Zaba. in cle. vnica de excess. præl. & vide no. i c. pastoralis. de deci. & dicitur reddit⁹ quasi retrodatus. Bar. in l. filio. in ij. no. ff. de li. & posth. & in rub. ff. sol. mat. ver. idẽ dic de verb. reddendi. Vel melius reditus dicuntur à redeundo quasi singulis annis redeuntes, & ideò scribẽdum simplici d, id quod & ratio syllabæ necessariò exposcit, & idem sunt redditus, & fructus. l. fundi Trebatiani & ibi Bar. ff. de vsu & vsufruct. leg. Sed Specul. facit differentiam in titu. de loc. & conduc. §. j. ver. illud. Quid sint redditus & fructus, est bona glos. in cap. generali in ver. redditus. de elec. in vj.

Redemptor pro conductore. l. Cæsar. de publica.

Redhibere, est aliquem facere rehabere iterum quod prius habuit. vt ff. de ædil. edic. & de redhibit. action. l. redhibere. in principio.

Redhibitoria actio, require suprà, actio redhibitoria.

Redimere interdũ ponitur pro conducere, & tunc plerunque refertur ad eumqui pacta mercede aliquid faciendum fuisse perit. l. plenum. §. operas. de vsu & habit.

Referendarij sunt aduocati qui referũt hominum negotia coram principe, in authen. de referendarijs. &. ibi glos. in curia romana sunt speciales officiales qui referũt Papæ supplicationes. cap. ex literis. de in integr. rest. vbi Innoc. & Host.

Referre quandoque idẽ est quod accusare aliquem.

Reficere est quod corruptum est in pristinum statum restaurare. l. j. §. j. ff. de riuis. & vide ibi dem not. de hoc verbo, & in l. iij. §. penul. ff. de itinere actúq; priua. & in l. j. §. j. ff. de via pub. Quæ requirantur in refectione, vide Barto. in l. j. ff. de ritu nuptia.

Refigere, est id quod fixum est la befactere atque conuellere, nam sunt verba quædam quæ composita cum re, vertunt significationem in contrarium. Virgilius sexto Aeneidos: Fixit leges prætio, atque refixit. Horatius 1. Epistol. Qui templis Parthorum signa refixit. Venuleius libro xliij. quod vi aut clam. l. si vitem. Si fixeris,

inquit,& ego refixero. Paulus titulo de verborum obligatione. l. inter. Tabulæ ait, refixæ sunt. Venuleius titul. ad legẽ Iuliam peculatus. l. qui tabulam. Qui tabulã, inquit, æream refixerit. Tabulam æream Venuleius intelligit, in qua aliqua lex erat scripta, vt sic promulgaretur. Quod verò huiusmodi tabulæ essent æreæ, ostẽdit Ouid. in 1. Metamorp. cũ dicit: Nec verba minantia fixo ære ligabantur. N.

Refragari est nocere vel impedire siue contradicere.

Regalia sunt quædam iura imperij, vt portus, & flumina, & alia, vt not. ĩ vsi. feudo. quæ sint regalia. & per Inpoc. in c. generali. de electio. libr. vij. & ibidẽ per Cardin.

Regula secundum Azon. est plurium rerum compẽdiosa narratione facta traditio, vel est compendiosa definitio rerum vniuersitatem complectens. Item regula quãdoque dicitur specialis norma vel modus viuendi monachorum vel canonicorum, quia talis normam viuẽdi præbet. de stat. monac. per totum. & inde dicitur regularis. Item quandoque regula dicitur constitutio canonica. xj distinct. hoc vestræ indicimus charitati. Item regula, secundum Goff. & legistas, est quæ rẽ quæ est breuiter enarrat, non vt ex ea ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat, vt ff. de reg. iur. l. regula. nã ex regula nõ fit ius, sed ex iure quod est regulare, fit regula. Alias enim dici deberetur ius regularũ, & non regularis. Et dicitur regula, ideò quia rectè ducit, nec aliorsum trahit, quasi à rego, eo quod rectè regat, & debet regula fieri sigmo vniuersali vel indefinito. Aliter in grammatica, Regula est multorum similium collectio, vel coniunctio. Quid sit regula vel potestas eius, quis effectus, quod officiũ eius, & qualiter perdat officiũ suum, dic vt ff. de reg. iur. l. j. eod. tit. in rubric. lib. vj.

Erat & regula instrumentum, quo in factura olei veteres vtebantur. l. sed addes. vbi Bud. ff. locat.

Regula Catoniana dicit, quòd legatum quod fuerat inutile, & testator moritur, licet ex intercallo moriatur, non conualescit, vt ff. eodem titulo. l. j. in princ. & ff. de leg. j. l. cętera. §. j. Et non propriè dicitur regula nec inter eas ponitur.

Regulam dicuntur propriè habere illi, qui profitentur tria substantialia cuiuslibet religionis approbatæ, videlicet, paupertatem, castitatem, & obedientiam, vt in c. cùm ad monasterium. de statu regula. Pa. in rub. de regula.

Regulares secundum Goffr. sunt qui ad viuendum regulariter se adstringunt, siue sint monachi, qui debent vacare diuinis, vt C. de epis. & cle. l. generaliter. §. j. siue sint canonici regulares: nã idẽ est iudiciũ de ambobus, vt in c. ex parte. de postulan. &c. non magnopere, ne cleric. vel monac. & hoc est verum quo ad rem, non quo ad regulam latiorem, vt in tit. de stã. mona. Vnde monachus dicitur à monos, id est vnus, & icos custos, vel achos, id est tristis, quia solus debet stare tristis, vt not. C. de episco. & cler. in rubri. xvij. q. j. cap. placuit. ij. vbi dicitur: Quia mundo mortuus est, Deo autem viuit. Et interpretatur vnus tristis, vel ea q. ĩ cupis. Sed canonicus dicitur à canõn, id est regula, & icos custos, quia semper debet esse sub regula, quare dicitur regularis. Nam regularis est qui per professionem imperiõ prælati se subiicit.

Rei vendicatio secundũ Azo. C. de rei vend. est actio quædam quæ datur tola ratione dominij & possessionis vel quasi, vt in rem. ff. de rei vendi. l. j. & ij. C. vbi in rem actio. Et dicitur vel quasi, propter iurisdictionẽ quæ ratione quasi dominij datur, vt not. instit. de actio. §. ij.

Relatio secundũ Spe. C. de relat. iudicis dubitantis de iure, ad principem missa consultatio. Et quõmodo debeat fieri relatio. not. C. de rela. l. j.



Relegare est aliquem in insulam vel in alium locũ mittere, vt ibi propter delictum aliquod quod commisit, moram ad tẽpus faciat, & est quasi bãnire, vt ff. de pœ. relegatis princip. & tacitè non adimuntur bona, nisi exprimatur sententia. ff. de interd. & relegat. l. relegatorum. §. ad tempus.

Relegatio est deportatio, quamuis propriè capiendo differãt, quia relegatio fit ad tempus, deportatio in perpetuum, vide de hoc. ff. de inter. & releg. l. relegatorum.

Releuata iugera, vide suprà Fundus releuatus.

Religio principaliter ordinata est ad opera vitæ contemplatiuæ, quæ in oratione & studio consistunt, & secundariò est annexum opus manuum secundum Ioan. And. in c. sanè. de regula. in Nouella. Et quæ religio sit maior, subdit idem Ioann. Andr. dicens, Oportet principaliter maioritatem ordinum attendi ex parte finis, secundariò autem propter exercitium: nam finem quærimus propter se, & exercitium non propter se, sed propter finem. Ex quo sequitur illam religionem maiorem esse, quæ est ordinata ad finẽ absolutè potiorẽ, vel quia illud est magis bonũ ad quod ordinatur vel quia ordinatur ad plurabo

na. Si verò vtriusque religionis sit idem finis, attenditur præeminentia secundariò non secundum quantitatem exercitij, sed secundum proportionem eius ad finem intentum.

Religiosi sunt qui vitam regularem professi sunt. Et largè dicuntur religiosi qui propriis domibus religiosè viuũt, quãuis non sint professi, vnde tria substãtialia vitæ regularis profiteri debet religiosus, scilicet obedientiam, castitatem, & paupertatis abdicationem. xij.q.j. non dicatis. xix.q.iij. qui ingredientibus. nec in his dispensandum est. in c. cùm ad monasterium. de statu monachorum, in fine. nam professio est solennis promissio religionis, in qua prædicta tria concurrant.

Religiosæ domus sunt domus & monasteria Christianæ fidei, & alia similia pia loca ad pios vsus religionis deputata, quocunq; nomine cẽseantur. Et secũdũ Gof. religiosæ domus dicũtur monasteria, tẽpla, hospitalia, & alia loca, vt suprà, & in c. de xenodochiis. eo. tit. & C. de episco. & cler. in l. orphanotrophos, & omnia oratoria. Etiam illa, quæ aliqui ex deuotione in propriis domibus episcopi auctoritate constituunt, loca religiosa sunt, vt xlij. distinct. oratorum.

Religiosus locus est in quo mortuus sepultus est, vel etiam caput eius, vt ff. de rel. & sumpt. fune. per totum. vnde mortuo illato in prædium, ipsum religiosum efficitur. C. quæ res pignoris. oblig. poss. l. iij.

Relinquere verbum propriè est in vltima voluntate. ff. de tab. exhib. l. j. & C. de sacrosan. eccle. l. j. & l. iubemus. §. fi. in vlt. gl. Item adde de hoc verbo relinquo Bartol. in l. illa institutio. ff. de hered. instit.

Reliquari apud Iurisconsultos dicitur qui æs alienum integrè non soluit: vnde reliquatores vectigalium, qui reliqua publico debent. Alcia. lib. iiij. de verbor. signi.

Reliquum seu residuum aliquando totũ admittit, vt l. ij. C. de heredib. instit. Aliquando nihil addit, si nil reperiatur. ff. de hered. inst. l. item quod Sabinus. §. sed si. item adde quid veniat reliquorum appellatione. Bartolus in l. Offidius. ff. de legatis iij.

Remissio est causæ commissæ ad competentem facta missio. Item quãdoq; significat idem quod indulgẽtia secũdũ Spec. & sic sumitur in ti. de pœ. & re.

Renuntiare est remittere vel negare, vnde dicitur, Liberũ est vnicuique iuri suo renũtiare, id est remittere ius suum, & negare eo se velle vti.

Renuntiatio propriè est rei vel iuris spõtanea refutatio, & potest fieri per illũ ad quem pertinet illudeui renũtiatur, alias generaliter renuntiatio potest fieri per quemlibet de re sua vel iure proprio, vt C. de pact. l. si quis in conscribendo.

Rhenus flumẽ est per Bononiã seu Alemaniam currens. ff. de euic. l. Lucius. & instit. de rer. diui. §. flumina. in glo.

Repedare pro reuerti. l. si quis ex grege. C. de cohorta. lib. 12.

Repetere propriè est restituendum petere. Aliquando tamen idẽ significat quod iterare, vt in l. repeti. de quæst. quandoque significat recordari. l. quidam de iure codicil.

Repetita die promittere, est cũ id agitur vt promissio retrorsum trahatur, & prius facta intelligatur, quod vulgo dicunt ex nunc, prout ex tunc, & econtratio.

Repetundarum, vel de repetundis, accusatur quis vel damnatur, qui in administratione magistratus pecunias accepit. vnde accipere non debuit. Neque habet alios casus quàm genitiuũ & ablatiuũ numeri pluralis. Sallustius in Catilina substantiuum subintellectum expressit, dicens: Catilina pecuniarum repetũdarum reus. Titulus est in lib. Digestorũ xlviij. ad legem Iuliam repetundarum, de qua Martianus his verbis scribit: Lex Iulia repetunda. pertinet ad eas pecu-



nias quas quis in magistratu potestatisue curatione, legationéve accepetit. Nebris. Repetũdarum, vide suprà in ver. Lex Iulia repetundarum.

Repignorare est luere pignus. l. si vt certo. §. nunc videndũ. ff. commod.

Replicatio secundum Spe. eo. ti. de except. §. multum. est exceptionis factæ exclusio: & sic est quædam exceptio competens actori contra exceptionem rei, & istam semper opponit actor: & contra replicationem actoris datur duplicatio reo, & iterum contra duplicationem rei datur actori triplicatio: & sic in infinitum extendere licet. insti. eo. tit. in princ. de replicatio. vide Ioan. And. per modũ summæ, in c. à nobis. de excep.

Replumbari dicitur argentum, quoniã elaborati argenti partes nõ possunt cõsolidari, nisi interueniente plumbo: nam quemadmodũ suprà diximus, ferruminatione fieri per eandem materiam, ita nunc dicimus plumbationem fieri per aliam materiam, hoc est per plumbum. Seneca in quarto naturalium quæstionum: Argentum, inquit, replumbatur, signorum argumenta soluuntur. Vlpia. de auro & argento leg. l. cum aurum. An replumbari debeãt, cũ sic appẽdũtur. Replumbari igitur est plum-

bum auferre. Ant.Nebr.

Replumbare significat plumbū eximere.l.cum autum.§.vnde de au.& arg.leg.

Repræsalia est potestas pignorandi contra quemlibet de terra debitoris datacreditori pro iniuriis & damnis. De his repræsaliis dicitur de iniur.& dam da.c.& si pignorationes. libro sexto.

Repræsentare pecuniā est illam statim & in præsens numerare.l.cùm ij.§.eam.de transa.

Repromissio est promissionis iā factæ confirmatio, vide suprà promissio.

Repromittit qui nuda stipulatione se obligat, Alciat.in l.fatisdationis,de verb.sign.

Repudiare est spernere,respuere vel dedignari.

Repudium est renunciatio ab vxore missa marito, vel econtra, quia mittens conditioni alterius petit renuntiari. Item dic potest repudiū quod sub testimonio trium testium vel à præsenti remittitur. Etiā repudium est residētium discordātia. Inde dicitur libellus repudij scriptura in qua alter alterius conditioni renūtiat: in libello autem repudij scribebantur hæc verba,scilicet, res tuas tibi habeto, vel res tuas tibi agito, nec tamen potest mulier mittere repudium nisi causa approbata,vt si fortè maritus propter naturalē imbecillitatē minimè coire possit,in libello discutiendorum spōsaliū hæc verba erant in vsu, cōditione tua nō vtar. ff. de diuor.&repu.l.ij. Quæ autem sit differentia inter diuortium & repudiū.not.ff.eo.tit.in rubr.

Reputatio secundum Pla. est cōpensatio,vt l.j.ff.de solu vel secundum Azo. reputatio.i. restauratio.vel secundum Accur. est computatio.

Res est verbum generale,vt ff. si cert.pet.l.j.

Res cōmunes naturali iure dicūtur, quarū vsus omnibus animalibus est communis,vt aēr, aqua profluēs,& mare,& eius litora,secundum Azo.& instit. de re.diui.§.flumina autem.& ff.de acquir.re.domi.l.j

Res emphyteuticaest res emphyteuticæ conditioni subiecta.& illa quam ecclesia,vel aliquis dominus dominio &proprietate retenta concessit emphyteutæ quantum ad solam possessionem:vnde si hic emphyteuta rem illam in aliā persona transponere vult nō potest tradere eam,id est, dominium transferre,eo quòd ipse nec habet nec habuit illud.& ideo alteri dare nō pōt, quamo in aliū plus iuris trāsferre potest q̄ ipse habet.vt in regula nemo plus.de reg.iu.lib.vi

Res integra dicitur in contractū vēditionis quādo res nō est in toto,vel ī parte tradita,& pretium in toto vel in parte non solutum,licet contractus sit factus:aliter etiā dicitur res īte gra respectu iudicij, quando lis nōdū super tali re accepta est,videlicet ante lit. contesta. vt in c.ex insinuatiōe.de proc.

Res iudicata secundum Azo. de re iud.dicitur sententia quæ finem cōtrouersiarū pronuntiatione iudicis accipit, vt ff.eo. tit.l.j.vel est quod condēnatione vel absolutione contingit. Et addunt quidam,si nullo iuris remedio sentētia possit retractari,aut lapsis x.dieb' possit reformari.Sed hoc non placet Azo.Item res iudicata est à iudice eius,quod in iudicio deductū est ratione per eum adiudicātio, vt d.l.j. cum ibi not.Nā ibi notatur quòd res iudicata non est sententia,sed id,quod est decisum pronūtiatione iudicis. Sententia verò est dispositio vel pronuntiatio iudicis legaliter declarata, licet ibi gl videatur hoc ignorasse.Ex quo sequitur q; inter locutoria non potest appellari res iudicata,quia non capit finē cōtrouersiarum,licet quā doque & interlocutoria causa diffiniatur.Nec sententiæ arbittorum dicuntur res iudicatæ,quia non imponunt finem. Nam per solutionem pœnæ potest resiliri.

Res publicæ dicūtur quę sunt omnium populorū,& hominū tantum,vt sunt flumina& portus,& quæ sunt dedicata vsibus populi,vt forū, stadium.

Res religiosæ sepulchra sunt: in quibus homines sepeliuntur. vt institu.de rerum diui.§.religiosum.

Res sacræ dicuntur quæ ritèDeo per pontifices cōsecratæ sunt, vt ædes sacræ,& alia dona pia quæ ad diuina mysteria cōseruāda dedicata sunt,vt cruces, & thuribula,quæ etiā alienari prohibentur,excepta causa redemptionis captiuorum. in stitu.de re.diu.§. sacræ res. & in gloss.

Res sanctæ dicūtur quæ ab omni læsione munitæ sunt,vtmuri,& portæ ciuitatis,quæ ideo sanctæ dicuntur, quia pœna sanguinis constituta est contra eos seu aduersus eos qui aliquid in his delinquunt violādo vel aliud committendo, vel tales res transcendēdo sea lis admotis,vel etiā aliquid in eorum læsionem auferendo, vel qualibet alia ratione occupando,vt institu de re.diui. §. sanctæ.Nam ciues Romanos alias quàm per portas egredi non decet,cum istud hostile & abhominandum est,nam & Rhemus frater Romuli occisus tradit ob id,q;murū transcēdere voluit. vnde Lucanus.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Res soli est res immobilis,vt In

stit.vi bon.rap.§.j.versic.quod non solum.

Resarcire est restaurare:vnde dicitur compelli debes mihi dã num resarcire.i.restituere.

Rescriptum secundum Goffr.est mandatum principis,quod ad instantiam alicuius vel aliquorum,siue proprio motu,vel ex relationibus absentiũ, vel ex suggestionibus præsentiũ,vel ad alicuius consultationem facit,vel cum alicui vel aliquibus corpori,collegio vniuersitati vel ciuitati aliquid mandatur vel indulgetur:talia eñ ius faciunt,non generale, sed speciale in negotiis & inter personas in quib.&inter quas promulgata sunt.vt C. de legi.& constit.l.ij.Et nota q̃ rescriptum capitur tripliciter. Primò generaliter,& sic quælibet scriptura continens aliquam dispositionem superioris,dicitur rescriptũ,& sic idẽ est quod scriptum,& secundũ hoc si Papa respondeat etiãde iure,dicitur rescriptũ. Secũdò minus generaliter,vt cõcernit tit.de rescript.& sic est scriptũ super negotio vel negotiis particularib⁹ alicuius vel aliquorum,siue singulorum,siue vniuersitatis,siue motu proprio, siue ad instantiam, siue causa cognita,siue non cognita.à superiore emanans,siue aliquid iuris tribuat, siue tribuat solũ exercitium iuris alicui competentis,& ita comprehẽdit rescriptum ad lites.de quo de rescri.in cle.j.& ij.Fit autem sũ per literis plerunq; similibus, & dicitur rescriptum ad beneficia,de quo eodem tit.c.super literis.& comprehẽdit etiam annotationẽ,& pragmaticam sanctionẽ.Tertiò capitur specialiter & strictè pro scriptura continente dispositionem per quam datur iudex, nec aliquid aliud conceditur, nisi vt corã illo iudice ius tibi competens consequaris:& hoc dicitur rescriptũ ad lites, quod datur alicui ad confirmationem sui iuris,de quo incap.sũ per literis.eo.tit.& sic est species distincta à priuilegio(qđ concedit aliquod ius particulare contra ius commune) & à rescripto ad beneficia, quod magis propriè cõparatur priuilegio.

Residere in ecclesia secũdũ Goffre.est in ecclesia deseruire beneficio,& ecclesiæ curam habere.cap.conquerente.de cleric.non resi.parum enim est residere nisi residens curam habeat ecclesiæ,in qua beneficiũ habet,vel personarum,vt in c. quia nõnulli.de cleri.non resi. Debet autem residere per seipsum,non per vicarium. cap. quia nonnulli.præalleg.nisi in casibus,vt cum ex indulgẽtia speciali competit alicui nõ residere,vel cum consuetudo excusat non residentem, vel cum ecclesia dependet ex præbenda,vel cum persona sine culpa sua incidit in debilitatem, deformitatem, vel morbũ,vt per se deseruire non possit, vel cũ necessaria profectio imminet, vel etiam voluntaria vtilis tamen & honesta, vt studiorum vel peregrinationis causa, cũ licentia tamen prælati vel consensu capituli:vt not. Goffr.in sum.de offic. vica. §. nunc videndum.Sunt ergo clerici non residentes, qui in ecclesiis , in quibus intitulati sunt,non faciunt residentiam, & si personaliter resident nõ tamen deseruiunt beneficio, nec ecclesiæ curam habent.

Resipiscere,est ex temporario fu rore in pristinũ sensumredire. Liuius li.24. Si quis resipiscat & antiquam sanitatem recipiat.De vulgari &pupilla.l.ex facto. Definere,inquit,valere testamentum cùm resipuisset.

Anton.Nebriss.

Responsa prudentũ sunt quæ iu risc⁹sulti respondere dicũtur consulentibus.§. constat &c. responsa.dist.ij.vnde etiam responsa Pauli dicta sunt. Fuerunt enim quidam prudentes & arbitri æquitatis, qui institutiones iurisciuilisedidert̃, quibus dissidentium lites & contentiones sopirentur, secundum Isido.libro vj.etymo. cap.xiij.



Restituere est retro statuere, hoc est rem in eum statum reducere, in quem fuisset si nihil, aduersus quod facienda esset restitutio,eueniſſet.l.ij. § restituas,ne quid in loco publi. & l.restituere.de verbo. signific. Propriè tamen restituere dicimur quod accepimus, secundum Alcia.in d.l.restituere.

Restituere in integrum. Require supra.de I.

Restitutio, hoc verbum plenam habet significationem. l. cum Prætor.& l.plus.de verb signi. vbi Alcia.

Restitutio in integrum. Require suprà in integrum restitutio, & datur tam ecclesiæ quàm minoribus ratione ætatis,quare est prioris status vel iuris reintegratio, quia succurritur per restitutionis auxilium minoribus vigintiquinque annis: & etiam ecclesiis, quæ minorum iure censentur, semper enim ecclesia debet iure minoris illæsa seruari, vt in capitulo j. eodem titu. & restituitur minor vel ecclesia siue lædatur,siue decipiatur ipse minor,siue tutor, siue procurator eius,vel si prælat⁹,syndic⁹, œconomus ecclesiæ decipiatur, nam delictum personæ non debet in detrimentum ecclesiæ redundare, in regula delictum.de re.iu.lib.vj. & si restitutio fit in iure minoris,differt ab ea restitutione quæ fit

iure maioris, quia prima datur officio iudicis deficiente actione, secunda verò habet actionem suo iure, scilicet vtilem officio iudicis accedente, vt in c. cùm venissent, de in integ resti. in glos. verbi restituimus. Etiam restitutio quandoque petiturvbi nulla possessio potest esse, vt cùm petitur restitutio cõsanguinei, vt c. cùm venissent, eodem titu. in glos. in c. in literis. de resti. spol.

Retiarius potest dici ille qui iacit rete ad pisces capiendos, vt patet in l. si iactum. ff. de actio. empt. Sic etiam retiarius dictus est alter ex gladiatoribus qui fugientemvel fugam simulantem sequeretur, vt rete immitteret, quod genus pugnæ primo à Pithaco Mittileneo vno ex septem sapientibus institutum est, de quo Valerius Maxi. in primo, & Festus, Retiario (inquiens) pugnanti aduersus Mirmilonem cantatur. Nõ te peto, piscem peto, quid me fugis, galle? Interpretatio tamen illa est melior, vt à rate ratiarum deducamus, quemadmodum à naui nauicularius formatur. l. j. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. piscatores enim communiter ratem habent, quod etiam innuit Scæuo. in l. periculi pretium. ff. de nau. fœno.

Reuerentia est honor qui exhibetur cum pauore. c. ij. de offi cio delega. lib. vj. per Archidi. in c. decer. de immunit. eccles. & est exhibenda patri & patrono tam viuo, quàm mortuo. l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de doli exceptio.

Reuocare domum est allegare & dicere se non posse compelli eo loco quo conuenitur ad litem suscipiendam, sed remitti ad locum in quo domicilium habet. Inde dicitur, legatos qui Romam mittuntur, non debere conueniri ipsis inuitis, sed habere ius reuocandi domum. De hoc vide capit fina. de foro compet.

Reus est qui defendit & propulsat actionem vel accusationẽ, non à reatu dictus, sed à re, quæ ab eo petitur præstanda, vel super qua ipse impetitur, quia quamuis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur quandiu in iudicium pro re aliqua petitur, vt c. forus. deuerbo. signifi. ad fi. xv. q. iij. cap. vltimo, tertia quæstione xj. capitulo non est. Etiam quandoque reus à reatu dicitur ille, videlicet, qui conuincitur criminosus. cap. primo. de re iudi. libro sexto, vel sic, Reus est ille qui necessario se habet defendere. cap. dilecti filij de exceptio. & sic dicitur à re, quam ipse defendit. capitulo forus. prælleg.

Reus agitur vel sit, quicunque accusatur. l. viti. C. de fide instrum.



strum. Reus autem peragi dicitur, cùm condemnatur. l. ij. ff. de adult.

Reus credendi est idem qui creditor.

Reus debendi appellatur ipse debitor.

Reus promittendi dicitur ille à quo quis stipulatur, & dicitur à re vel firmitate, quia firmiter & omnino verum est eum obligatum: nam reus significat firmitatem, vt dicit Virgi. Voti reus, & Azo. C. de duob. reis stipulan. in sum.

Reus stipulandi dicitur ille, qui stipulatur, glos. Instit. de duobus reis.

Reus satisdandi apud Vlpianum est qui fideiussore dato obligatus est. Reus verò satisacipiendi, creditor qui ob eius creditum fideiussoresà debito re accepit. l. qui hominem. §. quidam. de solutionib.

Reus vel imperator potest quilibet dici in domo sua, vt in ca. duo sunt. Ioan. Andr. in capit. venerabilis.

Rheda, vehiculi genus est. Quintilianus libro primo, vocabulum gallicum esse putat: Plurima, inquit, Gallicè valuerunt, vt rheda, petoritum: quorum altero Cicero, altero Horatius vtitur. Iabolenus libro decimonono, tit. locati & conducti. l. cùm in plures. Pro sola, inquit, rheda portorium datus fuerit. Nebr.

## De R ante I.

Rigor iuris quandoque ponitur pro solennitate & ordine iuris communis, habito respectu ad rescriptum Papæ. ca. super literis. de rescrip. Secundò ponitur pro austeritate contraria dispositioni, aliàs dispensationi & misericordiæ, & ad aliorum terrorẽ inducta. Tertiò pro stricto ordine iuris cõmunis, & sic sumitur in capi. si clericus, de foro competen. & not. glos. in capit. vt constitueretur. 50. distinct.

Ripa propriè est fluminis, sicuti littus maris. §. j. Insti. de rer. diui. Ripa autem ita rectè diffinitur, id quod flumen continet, naturalem rigorẽ cursus sui tenens. l. j. de flumi.

Riparenses in l. contra. C. de re mil. intelliguntur milites, qui in imperij limitibus excubabant aduersus Barbaros, puta in ripis Danubij ad tuendas Pãnonias aduersus Sarmatas.

Riuales, dicuntur qui eundem riuum communem habent. Gellius libro decimotertio: Negotium quoque alicuius quod ei fortè de aquæductu cum rivalibus est. Pomp. libr. xliij. titulo, de aqua quoti. l. hoc iure. Dum ne fundum, inquit, domino, aut aquarium riualibus deterius faciat. Per translationem etiam & riuales dicuntur, qui communem habent

bent amicam.Iuue.Non vnus tibi riualis ditabitur heres. Anton.Nebriſſ.

Riuales ſunt qui per eundem riuum aquam deducunt.l. j.§.ſi inter riuales.ff.de aqua quot. & æſtiua. & can. horrendus. xxxij.quæſt.v. vbi not. quod etiam riualesdicuntur illi,qui exquiſita libidine cum eadem muliere conſuetudinem habent.

Rixa ex litibus & contentione naſcitur.l. ſeruus. ff. de act.& obliga.& eſt inter duos. l.prætor ait cuius. §. j. ff. vi bonor. rap.& l. ſi non conuitij. C.de iniu.

## De R ante O.

Robur eſt debita proportio omnium ſuorum membrorum, ſecundum Aegid.de regimine princip.c.xiij.& habetur inſti. de donatio.§. perficiuntur, & de tranſact.c.j.

Rhodos inſula eſt in qua antiquitus vſus mercatorum fuit, & inde dicuntur leges Rhodiæ,vt no.ff.ad l.Rhod.de iac.

Rhodius eſt genus piſcis, cuius ſanguis valet ad tingendum veſtes,vt in C.de veſti.olob.& deau.lib.xj.

Rogatio, rogationis, pro eo quod eſt lex,propterea ſic appellata,quòd cùm promulgatur,populus rogatur, velitne, & iubeat eam legem ſanciri. Feſtus: Rogatio, inquit, eſt cùm populus cõſulitur de vno pluribúſve hominibus, quod non ad omnes pertineat,& de vna pluribúſve rebus de quibus omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines réſque populus ſciuit,lex appellatur. Anton.Nebriſſ.

Rogo capitur quandoque pro præcipio.xj.q.iij.rogo. quamuis qui exhortatur mandatoris operam non fungatur. ff. de his qui.notan.infamia.l.ob hæc verba.

Rogare interdum eſt interrogare.l.ij ff.de adopt.

Rogus,vide xxiij. q. viij. conuenior ſuper ver.buſto. vbi gloſ. quòd buſtum dicitur,cùm res eſt exuſta,rogus cum comburitur,pira eſt congeries lignorum ad comburendum, vide ibi Archi.

Roma eſt communis patria. l. Roma.ff.ad munici. & in c.ex poſuit.de dila. ſecundum Inn. & c.vlti de fo. competen. vbi dicitur,Roma mater & magiſtra omnium eccleſiatũ.c.baſilicas.de conſe.diſt.j.Et quod dicitur,Vbi Papa, ibi Roma.ſecundum Inno.in c. ego enim, de iureiu.dicit Lud.de Roma, pro hoc non eſſe in mundo aliquem text. licet multi multos allegent,Et de præeminentiis Papæ,vide per Bal. in l.reſcripta.C.de preci.impe.offe.

Roma in iure interdum accipitur pro Conſtantinopoli,vt in l.j.§.Romam.C.de vet.iu.enu.

Roſtrum dicitur foruscauſarum vbi cauſæ tenent'vel tractãtur.

## De R ante V.

Rubrica,genus eſt terræ rubræ, quæ ad picturam ſolet accommodari, habétque accentum in penultima. Horatius Sermonum libro ſecundo.Prælia rubrica picta aut carbone,Perſius:Non ſecus ac ſi oculo rubricam dirigat vno. Quæ verò in iure ciuili & pontificio dicuntur rubricæ, tituli ſiue indices rubri,vel ex rubro,poſſunt rectius appellari.Neb.

Rubrica eſt qua legum tituli & capita notantur,à terra rubei coloris,&minio proxima. Quę aliquando generalior eſt nigro inſtit.de iuſtitia & iure. in glo.rubricæ.

Ruder,ruderis,ſiue rudus,rudęris,eſt purgamentum domus, ſiue putei,ſiue cuiuſcũque rei quæ ex ſordibus purgari debeat.Columella in horto:Rudere tum pingui ſolidovel ſtercore aſelli.Sueton. in Veſpaſiano:Ipſe reſtitutionem Capitolij agreſſus ruderibus purgandis manus primus admouit. Vl.titde dam.infect.l. prætor ait.Neque dominus velit rudere egerere, & in eo.tit.ſępe.

Rudera ſunt ea, quæ eiiciuntur domibus diſcuſſis,vel à domo mundata cum ſcopis, vel fragmenta lapidum, vel demolimenta cementorum,vel ſolia, fauillæ,pulueres.

Rumor ſecundum Specu.de notorio crimine, eſt particularis aſſertio vel inſinuatio ex ſola ſuſpicione & incerto auctore proueniens.c. ſuper eo. de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ.& hic minusprobat quàm fama, quia fama eſt communis aſſertio,rumor verò cum pauci aliquid, non tamen publicè dicunt,& ideo non probat, ſed ſolam ſuſpicionem &præſumptionem inducit.

Ruptum intelligitur quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde nõ ſolum fracta, ſed etiam vſta,ſciſſa,colliſa,effuſa,&quouis modo perempta aut deteriora facta,hoc verbo continentur.§.Capite.Inſtit. de lege Aquilia.

Ruſtica prædia. Require ſuprà, Ruſtica.

Ruſticani ſunt iidem quod ruſtici. C.de ruſti.lib.xj. Et ruſticitas ſæpe in iure noſtro ſumitur pro ſimplicitate & imperitia,vt l.ij.ff.ſi quis in ius voca.non ie.

Ruſtici qui dicantur, docet pulcherrimè Bart.in l.conficiuntur.de iu.codi.

Rurſus,id eſt iterum vel quotieſcunque, & ſignificat prout ſignificatũ proprium vel aliud medium ſignificare declarat, verbi gratia, teſtator reliquit alicui decem, & ſi perdiderit, rurſus

rursus ei reliquit, dicit tex. q̃ nõ amplius quàm semel post quam perdiderit, est iuuãdus. Et sic dictio rursus: aliquando verificatur in vna vice. l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. iij. Ratio, quia nisi sic significaret, heres grauaretur sæpius nouam quantitatem præstando, quod non est verisimile testatorem voluisse, &c.

Ruta cæsa sunt quæ cæduntur vel eruuntur. ff. de actio. empt. lege. fundi. §. si ruta.

## De S ante A.

SAccarius auctore Budeo dicit q̃ saccis gestandis victitat. Saccarius, dicitur baiul⁹ qui sacco defert transfértque merces, aut aliquid aliud àloco in locum Et saccaria negotiatio est dicta quæ circa sacos versatur. Apuleius primo de asino: Operculas quas adhuc vegetus saccariam faciens merebam. Vlpia. in quadam lege. Si quid, ait, ex sacco saccarij excidisset. Et est saccus idem ferè atque ex eadem materia, qua sagum sagi.

Sacculatij dicuntur, qui vetitas artes exercentes ex sæculo partẽ subducuntvel distrahũt, vt ff. de extra. cri. l. sacculatij.

Sacra quę sint. Require suprà, res sacræ.

Sacra annotatio dicitur rescriptũ quod Imperator proprio mentis motu alicui indulget, constituens secundum preces ãlius aliquid fieri, vel non fieri. Vide suprà, rescriptum.

Sacra scriptura continet solũ libros veteris & noui Testamẽti, & non alios, & ratio redditur in c. quis nesciat. ix distin.

Sacer locus dicitur qui ritè per Pontifices consecratus est l. in tantum. & l. sacra loca. ff. de rediui. & instit. eodem titulo. §. sacræ, & differt locus sacer à sancto, vt colligitur in glossa, lege secunda interdicta. ff. de interdictis.

Sacrum oraculum, dicitur rescriptum Imperatoris, quod oranti quis impetrauit, vel est idẽ quod rescriptum, vt suprà, de litera R, in verbo rescriptum.

Sacerdos, hoc nomine intelligũtur quandoque inferiores, & nomine clericorum superiores, & componitur ex dictionibus Græca, dos id est datio, & Latina sacer, vt xxj. distinctio. cleros. §. sacerdos, sicut enim Rex à regendo sic sacerdos à sacrificando dictus est. Et sacerdotes gentilium dicebantur flamines, quasi filamines, à filo quod gerebant in capite in signum sacerdotij. & aliqui fuerunt protoflamines, vt in cap. cleros. præalleg.

Sacerdotes in diuinis eloquiis aliquãdo dij, aliquando angeli vocantur, & pro regibus sunt honorandi, non iudicandi, dicente Constãtino Imperatore, dignum non est vt nos iudicemus deos. xj. q. j. sacerdotibus. Etiã sumitur sacerdos quãdoque in malo. C. de male. & mathe. l. nullus aruspex, vbi ponitur pro incantator.

Sacramentũ est sacrę rei signum. Et qualiter differant sacramẽtum, signum, sacrificium, & mysterium: probatur j. q. j. multi. de consecra. distinct. ij. can. sacrificium, & c. signum.

Sacramenta ecclesiæ sunt septẽ, duo voluntaria, & quinque necessaria, no. glos. in c. veniens. de transact.

Sacrarium est locus in quo sacra reponuntur. l. sacra loca. §. j. ff. de re. diuis. dic q̃ est illa pars quæ est ppe altare, in qua sunt clerici ad celebrandũ propter sacramenta quæ ibi cõficiũtur & quia in altari maiori (cum soleat esse sacrariũ) includuntur reliquiæ de ponte. eccl. vel alta. per totum. Doct. in cap. in glo. j. de vi. & honestate cleri.

Sacrificũ dicitur quasi sacrũ faciens, quia precę mysticæ cõficiuntur pro nobis in memoriã Dominicæ passionis. j. quæst. j. c. multi.

Sacrilegiũ de iure ciuili est. cùm sacrum de sacro tollitur. l. iij. ff. ad l. iul. pecu & l. aut facta. §. locus ff. de pœn & C. de crimi. sacrileg. per totum. De iure canonico quid sit, vide c. si quis contumax. §. sacrilegium. iuncto c. sequen. xvij. q. iiij. vide Albe. in suo dictionario, in dictione sacrilegium, & suprà in ver crimen sacrilegij.

Sacrilegium dicitur quasi sacrũ lædens, vel sacrũ legens, id est furans, de quo xvij. q. iiij. per totũ, & maximè in c. quisquis. ad fi. Et est crimen mixtum: vt suprà dictũ est de crimine, vide bonã gl. in c. sunt qui opes. xvij. q. iiij vbi dantur descriptiones sacrilegij, & pœna cõmittentis ipsum, & melius in c. sacrilegium. ead. q. in glos. j.

Saccus sacci, & sacculus sacculi pro nummorum loculis accipiuntur plerunque. Plinius libro secundo: Aurum & æs & argẽtum liquatur in sacculis. Marti. Excussi loculósque & sacculum. Vlpianus lib. xlviij. in titulo de furtis. l. vulgari. Si quis, inquit, qui viginti nũmorum saccũ depositum esset, alium saccũ in quo scit triginta nũmos esse acceperit. Et paulò post: Si quis ait, furtumpuerit furto duos sacculos, vnum decem, alterum viginti nummorum. Idem in titulo de statuliberis. Lege statuliberos Decem, inquit, iussus erat dare, viginti dedit, siue nun erauit, siue sacculis dedit.

Sacculãrius dicitur, qui saccis, id est loculis quibuldam præstigias quasdam exercet, vt aliud nat, aliud videatur fieri. Vlpia. in titulo de extraordinariis cri minibus l. sacculatij. Sacculatij

larij,inquit,qui vetitas in saculis artes exercentes,partem subducunt,partem subtrahũt. Idem in titulo de effractoribus & expilatoribus.l.j. saccularium pro fure qui in saccũ res furto ablatas iniicit, accipere videtur. Simili, inquit, modo sacculatij & directarij, erunt puniendi.

Sacrum,vt Macrobius libro Saturnalium primo, auctoritate Trebatij definit, est omne illud quod deorum habetur, id queprobat multis Virgilij carminibus. Iustinianus libro ij. Institutionum: Sacrę, inquit, res sunt,quę ritè per põtifices Deo dedicatę sunt.Martianus quoque libro primo Digestorum,titu.de rerum diuisione. l.in tantùm.Sacræ, inquit,res sunt hæ,quæ publicè consecratæ sunt,non priuatim.

Sagarius,est venditor sagorum, de quo Iuuenal.dixit, an saga vendendi nubat caupone relicto.Est autem sagum textum ex lana caprina, aut hirca ex ouibus,idẽ ferè quod saccus. Vnde sagarius,a, um, ad saga pertinens.Vlpian libr.xiiij.tit. de tributoria actio l.procuratoris.Duas,inquit,negociationes,puta sagariã & linthariã.

Sagmẽ,inis,herba notissima est, nõ tamẽ sub hoc nomine, sed sub alio quo appellatur gramen siue verbena,Græce agrostis,quæ verò Hispanè dicitur vulgo verbena, ea Latinè est verbena perica,& Græcè pisteon.Liuius 1.ab vrbe cõdita. Sagmina,inquit, te rex posco, rex ait,puram tollito, fecialis ex arce graminis herbam puram attulit,& sequitur: Verbena caput pillósque tangẽs. Idem quoque scribit Pliniusli bro 22.Non aliunde, inquit, sagmina in remediis publicis fuere,& in sacratis legationibus,quàm verbenæ,certè vtro que nomine idem significatur hoc est gramen ex arce cum sua terra reuulsum. Martia libro primo Digest.de rerum diuis.l.sanctum est.Sunt,inquit, sagmina quædam herbæ,quas legati populo Romano ferre solebant,ne quis eos violaret: sicut legati Græcorum ferunt ea quæ vocantur ceraria,id est caducea.

Sagmina sunt quædam herbæ, quas legati populi Romani portabant interlocutores pacis,quia nemo illas herbas potãtes lædebat,sicut legati Græcorum solebant ea quæ vocantur cerycia ferre. ff. de rerum diuis.l.sanctum.

Sagum,militare ac bellicũ gestamentũ fuisse constat, est aliqui sagum genus stragulæ vestis,haud dissimilis cilicio, in qua significatione frequenter vtuntur Tranq.Plin.& D.Hierony.Vlpian⁹ verò noster enumerat sagum inter vestimenta



familiaria.l.vestis.de au. & ar. leg.A sago sagarius deriuatur, vnde sagaria negotiatio. in l. cum duobus.pro socio.

Salarium est vectigal domicilio rum dictũ quasi solariumà nomine solum,eo quodreddatur &impẽditur pro solo nomine pensionis. Aliàs ponitur pro præmio vel pro mercede laboris, & pro renunciatione, vt salariũ aduocatorũ. l.salariũ. ff.mãda.quãdoq; pro solatio, L.iubemus per hãc.C.de erog. mili.anno.aliquando pro expensis.l.si cùm dotẽ.ff.sol.ma. aliquando pro honore ex parte eius cui debetur.l.si remunerandi.ff.manda.

Salgama,inquit Merula, appellantur quæcunque cõditanea ad victum nostrum ex sale in vasis reseruantur, Columella lib.12. de re rustic. Locum & vasa idonea salgamis præparati iubent.Idẽ in horto: Tẽpore nõ alio vili quoq; salgama merce. Condiebantur autem ex sale præter oleas asparagi, caparis, & tristes inulæ; ferulæque minaces.in libro duodecimo Codicis,titulus est de salgamo hospitibus non præstando,l.vnic. Nequis, inquit, comitũ,vel tribunorũ sagalmi nomine culcitram, lignum, oleum,à suis extorqueat hospitibus.Accursius à sale & gamos compositum esse dicit, quodculcitram interpretatur, quoniam,vt ait, propter nuptias culcitra fit. Pulchra expositio,atque tali digna interprete,qui putet culcitram obeã tant causam parată,& qui nulla cogẽre necessitate compositionẽ ex Latino & Græco faciat.Est igitur sensus legis, quodcùm parochi soliti sint præstare hospitibus salgamã, appellatione salgami non debent ab illis exigi culcitra, lignа,oleum.Atqui ligna & sal solita esse præberi,testatur Horatius primo Sermonum,cùm dicit: Et prochi qui præbent ligna salémque.Sed à sale appellatum esse salgamum, non est dubium: Sed appellatione salgami siue salis quid intelligi debeat, Imperator exprelsit. Ant.Nebriss.

Salgamũ secũdũ Hug.est idẽ qđ culcitras,dictũ à saluo vel salica,& gamos nuptiæ,vel gamа mulier,quia maximè propter talia fiunt culcitræ,scilicet maximè propter mulieres, vt in rub.C.cod.lib.vij.

Salgami appellatione secũdũ Alcia.venit oleũ,butyrũ,& eiusmodi esculẽta ad condiẽdũ,& alia ad quotidianos vsus necessaria,cuiusmodi sunt lignа.

Salictum,locus est vbi salices cõsitæ sunt,pro eo quod esse debuit,salicetum,ea forma qua à quercu fit quercetum, à lauro lauretum. Aliquãdo etiam pro ipsis salicibus accipitur.

Vergilius in Bucolic. Hybleis apibus florem depasta salicti. Etin secundo Georgicorum: Iuriscõsultus, arborum furtim cęsarum, l. vltem. Arborum, inquit, appellatione vitem contineri plerique existimauerũt, hederæ quoque, arundines & salictum. Pro loco verò salictũ Columella lib. primo: In prata & aruã salictáque & arundineta. Vlpianus vsu. de fund. instru. l. quæsitum. Arundineta, inquit, & salicta antequam cæsa sint. Nebr.

Saliens, tis, dicitur fistulæ pars illa vnde aqua salit, quæ Græcè appellatur Gronos. Vitruuius lib. octauo: Athenis, inquit, vsque ad portum pyreum ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo. Frõtinus de aquæductibus. Binos, inquit, salientes diuersarum aquarum accepere, Vlpianus libro xix. Dige. l. lines. Labra, inquit, salientes: fistulæ quoque quæ salientibus iunguntur.

Salientes, autore Budeo, capita sunt fistularum, atque etiam ipsæ tubulorum fistularumq; scaturigines.

Saligneus, a, um, quod est ex materia salicis arboris notæ. Cato de re rustic. Si lapis nõ erit, palicis saligneis. Ouid. octauo Metamor. Lecto non indigna saligno. Vlpianus. Arborum sursum cæsarum. l. vitẽ. Sed & si quis saligneas virgas instituendi salicti causa defixerit. Nebr.

Salinaria dicuntur ea, quæ dantur pro sale. Etiam dicuntur portoria. Require suprà, Portorium.

Salinæ, locus vbi fit sal. l. j. quod cuiusque voluerit nomi.

Saltuarius, inquit Valla, est custos saltus. Saltus verò dicitur vbi pascuntur armenta, ferę, versantur. Iurisconsultus tamen de legatis tertio. l. cùm quæreret. pro agri custode accepit. Neque topiarium, inquit, ornãdi, saltuariũ autem tuendi fundi magis quàm colendi causa paratum videri. Item de fun. instr. l. instrumenta. Si et. vitidaria, inquit, sint, topiarij, si fundus saltus pastionesque habeat, greges pecorũ, pastores, saltuarij. Nebr.

Saltus, tus, tui, est dẽsitas altarũ arborum, & dicitur, nemus rara habens arbores, vbi ferę, canes, & venatores saliunt. Vnde, Est nemus saltus, saliendis dicitur actus.

Et dicitur à salio salis, eo q exiliat in altum, in sublime consurgat, secundum Isid. lib. xiiij. Etimol. c. vj. & inde venit fundus saltuensis. C. de fundo pa. & saltuensi libro xj. Etiam dicuntur talia loca viuaria & foresta. vt in clemẽ. ne in agro. de statu monachor. Et est duplex saltus, scilicet, hibernus & æstiuus.

Saltua



Saltuarius, vide in verbo, Topiarius.

Saltuenses dicũntur conductores pratorum, coloni verò prędiorum, l. iij C. qui milita. non possunt. & l. iij. § saltus. ff. de acquirenda posses. & l. creditor. ff. de actio emptio.

Salubris dicitur quasi salutis vber, secundum glo. in clemen. dubium, de sepul.

Salutanum interdictum, require suprà in verb. Interdictum salutianum.

Salũ est dictio modificatiua & reseruatiua præcedentium. gl. singu. in l. item Labeo. ff. fami. herciscun.

Salustiani horti, fuerunt Romæ, quorum Plinius libro septimo meminit, In cõditorio, inquit, Salustianorum hortorum asseruabant. Aphrica. de leg. j. l. idem Iulianus. si Salustianos, inquit, hortos, qui sunt Augusti. Ant. Nebris.

Samaritanus & Sarracenus differunt, vnde sarraceni secundùm Goffred. dicuntur illi, qui nec vetus nec nouũ recipiunt Testamentum, qui non ab Agar, ancilla Abrahæ, de qua fuit eorum origo, vocari voluerunt Agareni, sed potius à Sara vxore eius libera se Sarracenos vocant. Tamen sunt quidam inter Sarracenos Samaritani, vocati à Samaria ciuitate, qui receperunt quinq; libros Moysi, sed prophetas respuerunt, quia illos respuerunt, ideo dicitur, quòd coniunguntur Iudæi Samaritanis.

Sanctæ res, Require suprà, Res sanctæ.

Sanctum dicitur quòd defensum & munitum est ab iniuria hominum, vt ff. de res. diuis. l. sanctum, vnde Iustinianus dictus est vir sanctus, id est firmus, & virtute munitus. Martianus autem vnus ex auctoribus legum ait, quòd sancti dicuntur à sanguine, quasi immolando se ad effusionẽ sanguinis Deo. Alias, à sanguinibus sanctis dicitur, quod nomen herbas significat, quas solebant portare legati populi Romani, ne quis eos violaret. ff. de rer. diuis. l. sanctum. sic sancta dicuntur, quæ neq; sacra neque profana sunt, sic leges dicuntur sanctæ.

Sanctio dicitur propriè institutio. institutio vel lex contra quam si factum fuerit, pœna irrogatur & imponitur, vt no. iij. distinct. in sum. & capitur quandoque latè, vt in proœmio clemẽ. Io. And. in verbo. sanctio.

Sanctio quandoque dicitur quæ libet Imperialis constitutio, vel institutio, quandoque dicitur totius iuris collectio. Et sumitur etiam strictè pro constitutione pœnali, vt not. iij. dist. in summa.

Sanctio Imperatoris est cui pœna sanguinis additur.

Sanctio pragmatica. Require s. p

Sapa,quod Græcè tũ hepsema, cum Syreum dicitur, est cùm mustum ad tertiam partem decoquitur. Plinius libro decimoquarto:Syreum quod alij hepsema,nostri sapam appellant.Idem libro vigesimotertio.Vino cognata res sapa est musto decocto, donec tertia pars supersit.Marcel.Sapa,inquit,quod nunc mellacium dicimus,mustum ad mediã partem decoctum est. Vlpian.de fundo instruc.l.quæsitum.Vas inquit æneum in quo sapa decoqueretur,& defrutũ fieret & ea quæ ad bibendum lauandumque familiam parantur, instrumenti esse. Sapa,inquit Accursius, quiddam quod sit ad potandum,dicta quasi parum saporis habens. N.

Sapa,mustum dicitur vsque ad tertiam partem, vel(vt quidã volunt)vsque ad dimidiam decoctum l.quæsitum est.§. cellarium.ff.de fundo instruc.vas (inquiens)æneum in quo sapa coqueretur.

Sapientia est de diuinis,sed scientia de mundanis.

Sarcinator vel sartor est ille qui nouit artem sarciendi & suendi vestimenta,& dicitur à sarcio.Et differunt sarcinator & fullo,vt no.instit. mandati. in fin.in gloss.

Sarcinatores,& Sarcinatrices,dicũtur autore Nonio,qui pannos,siue ex pannis vestes consuunt,Plautus in aulul.Petũt fullones,sarcinatores petunt. Lucillius: Sarcinatorem esse summũ,suere centonem optimè. Vlpianus lib.xlvij. Dig.ti. de furtis.l.itaque fullo.Itaque vel sarcinator, qui polienda, vel sarcienda vestimenta accipit.In alia quoque lege.Et acillarũ,inquit,maximè si qua sarcinatrix erit.

Sarcophagus,lapis est qui peculiariter hoc habet,vt carnem, ex cadaueribus exedat,dictus à sarx sarcos,quod est caro,& phago comedo.Plinius libro 36.Sarcophagus lapis est,qui fissili vena scinditur,corpora defunctorum cõdita in eo absumũtur.Celsus libr. quarto, Lapis qui carnem exedit, quẽ sarcophagon Græci vocant, Vnde & pro sepulchro quod ex eo lapide fieri consueuit, plerunque ponitur,sed & pro sepulchro ex alia quauis materia. Inuenalis, Sarcophago contentus erit.Modestinus de alimentis & cibariis legatis, l.liberti.§.fi. Ad sarcophagũ, inquit,meum, memoriã meã quotanis celebrent. Marcellus tit.de religiosis, l. funeris. Si qua,inquit, vestiaria supt, vel sarcophagi. N.

Sarcophagus est locus vel tũba in quo sepelitur defunctus,& dicitur à sarx,sarcos,quod est caro,& phagem græcè, id est comedere latinè,quia ibi caro hominis comeditur à vermibus.



Sarculus,li, vel sarculum, li, instrumentum est quo sata sarciuntur,id est herbis internascentibus purgantur.Iuuenalis:Ne marræ ac sarcula desint.Aliquãdo simpliciter pro instrumẽto fossorio accipitur, vt apud Horatium in primo Carminum: Gaudentem patrio findere sarculo Agros.Vlpianus de fund.instru.l.instrumenta.Ligones,inquit,sarculi,falces putatoriæ,bidentes. Accurs.multipliciter exponit.

Sardonyx,ichis,lapillus est vnus ex iis qui in pretio habetur,referens colorem Sardij & Onychis,ex quibus videtur compositum esse nomẽ.Onyx autem lapis estquem vulgus cornoelam appellat.De Sardonyche Plinius lib.37. multa scribit.Vlpian lib.xlvij.Dig.tit.de bonis damn.l.diuus.Sidamnatus,inquit,in digito habuerit aut sardonycha,aut aliam gẽmam magni precij. N.

Sarculus est instrumentum,cum quo rãmus abscinditur,vel aliquid aliud,& cardones & herbæ inutiles excidũtur & euellũtur quæ nascuntur inter bonas.Esa.cap.7.Omnes mõtes in sarculo sarciẽtur.& 1.Reg. 13.in fin.secũdum Ioan.And. in proœ.cle. in verf.sarculum.

Sarmatæ,siue Sauromatæ, nam vtroque modo appellãtur, populi sunt septentionales, alteri in Asia ,alteri in Europa: nam duplex est Sarmatia.Lucan.in 7.Et iuncto Sarmata velox Pannonio,& ibidem: Affinis Sarmata Moscho.De auro & argento legato.l. argumen. Sunt,inquit, nationes quædã quæ pellibus vtuntur, veluti Sarmatarum. N.

Sartatecta dicuntur ædificia quę reparatione indigent.

Sartatecta dicuntur opera publica quæ locãtur vt integra præstentur,vide Budæum in l. hactenus ff.de vsufruct.in anno. ad pandectas.

Satius pro eligibilius atque melius,aduerbium est comparandi.ab eo quod est satis. Iuuena. Hoc satius q̃ si dicas sub iudice vidi,Quod non vidisti. Vlpianus de fideicõmi. liber. l.si debitor.Satius est eum qui agnouit legatum onerari. N.

Satis accipere correlatiuum habet satisdare,vnde satis acceptio dicitur stipulatio,quæ ita obligat promittentem,vt expromissores quoque ab eo accipiantur,id est qui idem promittant l.v.de verb.oblig.

Satisdare est securitatem per fideiussores dare.ff.qui satisdacogan.l.j.Vel secundum Azo. est alicuius implere volũtatẽ.

Satisdatio est cautio fideiussoria, vel etiam iuratoria si fideiussorem quis dare non possit, require suprà .Cautio.

Satisfacere quid sit, patet in l.j. præalleg. & ff. de pig. actio. l. si rem alienam. §. omnis. & satisfactum intelligitur qualitercunque satisfiat. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. l. item liberatur. in princi. & ff. de pigno. l. si rem præalleg. §. satisfactū.

Satticum, vbis fuit antequissima Italiæ, de qua Liuius, libro 28.

Sattici matris, maturæ de cœlo tactā ædem Florus de bello latino Saticum atque Corniculū quis credat fuisse prouinciæ fuerunt. Scęuola tit. de legatis iij. l. patronus. §. libertis. Fundum, inquit Saricanum in regione Niphana. Nebr.

Satyra lex, requite supra in ver. lex satyra.

## De S ante C.

Scæna, vt inquit Seruius, in illud Virg. 1. Aenei. Tūsyluis scæna coruicis Desuper, potest inumbratio interpretari, apud antiquos em̄ theatralis scæna parietem non habebat, sed de frondibus arborum vmbracula quærebat, postea tabulata cœperunt componere in modum parietis. Vlpianus de iis qui notantur infamia. l. quod prætor. Qui in scænam, inquit prodierit, infamis est. Et subdit, Scæna autem est, vt Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco vbi quis cōsistat moueatur, speculum sui præbiturus. Inde ludi scęnici dicti, qui in scæna repræsentabantur. Sed definitio Labeonis de scæna versatili intelligēda est, de qua Virg. in 2. Georg. Vel scæna vt versis discedat fontibus. Descæna versatili Plinius & Valerius. Inde dicti ludi scænici, qui in scæna repræsentabantur, quorum fit mentio à Iurisconsultis frequenter.

Scæua, dicitur qui manu sinistra perinde ac dextra vtitur: nam scæuos græcè, siniſter interpretatur, hinc Romanorū cognomina. Hinc Scæua miles ille Cæsarianus, qui bello ciuili fortiter dimicans, pro munitione cæsus est, & Scæuolarū nobilissima familia. Vlpia. de ędil. edicto l. qui clauū. Scæuā, inquit, non esse morbosum.

Scandularius, est faber lignarius qui scandulas facit. Sunt autem scandulæ ex ligno assulatim defecto. Plinius libro 16. Scandulæ è robore aptissimæ. Virtuuius libro 1. Scandulis robusteis aut stramentis. Vegetius libro 2. de re militari: Tempore hyemis de tegulis vel scādulis porticus tegitur. Inde scādulare, quod scandulis constat, Apuleius tertio Meta. Iam vecors animi tectum scandulare conscendit. Scandulariorum meminit Iurisconsultus de iure immuni. l. quibusdam.

Scapha, nauigij genus est minusculū, veluti monoxylon, hoc est ex vno solidoꝝ ligno excauatum, ad quod alluſit Virg. in 1. Geor. cū dixit, Cana arbore intres. Et est ferè quæ deputata, est maioris nauis ministerio, & quæ pro tempore nunc ex nani deducitur, nunc in nauem subducitur. Dicta est autem scapha à scapto, quod est cauo siue fodio. Labeo titulo de fundo instru. l. si nauem. Scapha, inquit nauis, non est instrumentum nauis. N.

Scaphium vas est in quod ventris sordes excipiuntur: Martialis, Qui mentora frangis in scaphium mœchę Sardanapalæ tuæ. Iuuenalis: Et ride scaphium positis cùm sumitur armis. Vlpia. in titul. de auro & argent. leg. l. Quintus Mutius. Argento autem legato non puto ventris causa habita scaphia contineri, quia argenti numero non habētur. Accursius scaphium genus cinguli esse dicit & ventris causa exponit, quia corrigia est pro ventre sustentando, quasi non ex auro etiam scapha fieri consueuerint, dicente Martiale. Ventris onus misero, nec te pudet excipis auro. N.

Scapha est parua nauis. l. scaphā. ff. de euict.

Scaphina genus est cinguli. l. Quintus. §. fi. ff. de au. & ar. leg. Imò verò illic legitur scaphia numero plurali, à singulari scaphium, quod significat vas mulierum ad alui excrementa suscipiendum.

Scapula & cuculla vestes sunt monachales. in auth. de nupt. §. sancimus.

Scena secundum vnam significationem est obumbratio vel velatio in theatro vel alio locō in quo histriones, mimi, vel ioculatores siue comœdi ludos suos exercent, & sic videtur accipi. C. de spectacu. sceni. & le no. lib. xj. Idem verbum habes ff. de his qui no. infa. l. ij. §. ait prætor. & xxiij. distinct. maritum. & ibi exponit Archid. scenicæ mulieres, id est prostibulariæ vel meretrices. Et dicuntur scenicæ mulieres, quæ in scena, id est loco turpi. vt prostibulo stāt, à scena, id est theatrali inumbratione vel spectaculo circi, vbi cōsueuerūt tales prostare. ff. de iis q. no. inf. l. ij.

Scæuæ dicuntur qui promotiorem & expeditiorem habent sinistram manum, quam dextram. l. qui clauum. §. item scię dum. de ædil. edict.

Schedia græcè, latinè dicitur ratis, de qua dictione dictum est superius loco suo.

Schema, id est ordo iudiciorum, in authen. de iudān princ. vel schema, id est sententia, eo. tit. §. j. aliquādo schema id est eremodiciū. not. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. Aliquādo accipitur pro titulo pro soluto. in authen. de

ecclę.rerum:alię §.pen.

Schisma secundum Goffi est illicita dissentio,diuisio vel discessio eorũ inter quos vnitas esse deberet. Vel sic, Est illicitus ab vnitate ecclesiæ vel ab vniuersitate discessus. Et dicitur à scissura,quia per schisma fit ab vnitate scissura.xxiiij. q. j.schisma.& differt ab hæresi, quia hæresis in prin.sui habet peruersum dogma, sed schisma in fine fingit aliquam hæresim vt rectè ab ecclesiavidea tur recessisse,vt dicit Hieron. xxiiij.q.iij.hæresis.Et sic schisma & hæresis differunt, sicut genus & species,quia omnis hæreticus est schismaticꝰ, sed non econuerso nisi durauerit.

Schola dicitur societas scholarium,vel locus in quo discũt aliqui,vt scholares,vt sciãt scientiam & prudentiam, alij militiam,vt tyrones,vt C. de priuile.schola.l.ij lib.xij. nam schola Græcè,est vacatio Latinè.

Scholaris est persona vacans ab humanis negotiis,scholasticis dedita disciplinis.Et dicitur à schola græcè,id est vacatio latinè,& ares virtus quasi virtutibus vacans.

Scholares etiam appellantur militantes i sacro palatio Imperatoris,& inhoc sensu accipiũtur scholares in tit de priuile. scho.li.xnj.C.nã & schola militum dicitur,auctore Vegetio.

Scientia triplex est,eminens,mediocris,& sufficiens.Eminens dicitur illa,per quam quis scit difficillimas quæstiones explicare,& definire in prõptu sine reuolutione librorum.Mediocris verò per quã quæstiones difficiles decidit cum reuolutione librorum. Sufficiens autem est legitima requisita secũdum qualitatem officij seu beneficij secundum Inn.& Abb. in c.cùm in cunctis.numer.4. de electio.

Scientiæ triuiales dicuntur quibus maximæ vtuntur ciuitates,vt grammatica,rhetorica, dialectica,physica,seu medicinales.Insti.de excu.tut.§.item Romæ in glos.

Sciẽtiæ quadriuiales sunt vt musica, astronomia, geometria, &c.Insti.vt suprà.

Scissere,idem est quod statuere seu decernere,propriè autem plebs scissere dicebat, populus verò iubere. Hinc plebis scita,id est plebis decreta.

Scissarij,tuncarij,& oratorij, idẽ sunt.

Scita sunt ea quæ plebs tãtũ constituit,& vocantur scita,eo q plebs ea scisit & scisitatur seu rogat vt fiant,secũdũ Isid. li.vj.Scoparij serui,qui domũ scopis verrunt ac purgant.l.instrumenta.de fun. instru.

Scortum,est meretrix à viris plurimum attrectata,& cuius nimio coitu genitalia ad corij duritiem obcalluerunt induruerũntq;.Festus Pomp.Scorta,inquit,meretrices, quia vt pelliculæ subigantur: omnia namque ex pellibusfacta,scortea appellantur. Iulianus libr. xlj. Dig. tit. pro emptore.l.si quis scorto,inquit,daturo pecuniam seruis emeret. Nebr.

Scribæ censuales sunt qui scribunt censum.C.de tabul.in rubric.lib.xij

Scribæ logographi secundũ Accur. dicuntur qui publicis rationibus scribendis deputati sunt:nam logos græcè rationes publicas dicimus latinè, &graphos scriptura Hi etiam numerarij appellantur, vt C. de suscep. præposit. & arca. l. duos.lib.x.

Scribæ tabularij secundũ quosdam olim creabantur ad tempus triennij ad scribendum publica ratiocinia prouinciarum seu ciuitatum,secundum Accur.C.eo.tit.in rub.libro x. Et propriè sunt illi, qui scribũt nominatos ad munera & honores, & tributa soluta, & dicũtur tabularij, quia publicis instrumentis præsunt in singulis ciuitatibꝰ, & hi appellantur librarij,vt ff. de regulis iuris l.si librarius,& tabelliones,vt in auth.de tabellio. collatio.ij & sic potest accipi. C. de bo.lib.l.si quis.§.primo, licet & aliter ibi exponatur. Aliàs scribæ dicuntur qui circa



principes vel alios magnos iudices sunt deputati pro actis & gestis conficiendis. Hi quoque vocant scriptores,notarij libellenses,pragmaticales, epistolares,exquæitores, vt C.de appell.l.præcipimus. & l.in offerendis.

Scriniarij & scriniorum memoriales idem sunt, & magistri scriniorum etiam scriniarij appellantur tabelliones,vt in ca. ad audientiam,de præscriptio. in glos.

Scrupulus,siue scrupulum,lapillus est in forma dimunutionis à scrupo,quod est lapis asper. Aliquando tamen accipit pro xxiiij.parte vnciæ,à Græcis id pondus gramma dicitur. Prisc ia. de ponderib. Semiobolꝰ duplum est obolus,quem pondere duplo Gramma vocant. Scrupulum nostri dixere priores.Iustinia.lib.xj.Cod.titu.de metallariis. l. j. Octonos,inquit,scrupulo in bacula, hoc est tertiã vnciæ partẽ: quoniã, vt diximus, vncia quatuor & viginti scrupulos continet.N.

Scrupulosus,a,um,accipitur pro scrupulis,hoc est asperis lapillis plenus. Vnde res difficiles scrupulosæ dicũtur, & scrupulositas, illa difficultas, atque examinis scrupulosa subtilitas.Vlpia lib.xxviij.tit.de iniusto testamento. l. posthumus. Licet iuris scrupulositate minimaque subtilitate testamen-

tum ruptũ videatur. Nebriſ. Secretarium in l.ij. C. de proxi. ſac.ſcri.pro aula, in quam iudices conueniunt ad ius reddendum.

Scrupuloſitas,id eſt, nimia ſubtilitas.l.poſthumus.in prin ff. de iniuſto teſta Aliquando, id eſt damnũ.not.in gl.§.quia ve rò leonis.in auth.de nomalie. & in l.fin.C.de neceſ.ſer.here. inſtit.

Scrupulus eſt xxiiij. pars vnciæ, tres ſcrupuli faciunt drachmam:octo drachmæ faciũt vnciam.l.j.C de metal.& metall. lib.xj.& vide ibi Bart.

Scrupulus etiam quandoque accipitur pro ſolicitudine & dubitatione.l.iij.C. de interd.matrimo. ducta metaphoricè ſignificatione à ſcrupulis, id eſt minutislapillis,qui inſilientes in calceos pedes magna cum moleſtia premere ſolent.

## De S ante E.

Sebaſtani, ſiue Sebaſtiani,populi ſunt Sebaſtæ vrbis incolæ, quo nomine duas vrbes legimus,alteram Capadociæ,& alteram Samariæ in Palæſtina Iudæa,quæ in honorem Auguſti Cæſaris,qui græcè ſebaſtos,Sebaſta eſt cognominata. De vtra tamen illarum in tit. de ann.leg.l.liberto.§.Lucius. Iuriſconſult⁹ intellexerit non liquet neque multum refert, cùm dicit patriæ ſuæ ciuitati Sebaſtianorum.

Seceſſus,locus à turba & tumultu ſeparatus.l. ſi cùm dies, de recep.arbi.

Secundum præpoſitio,multas habet ſignificationes, inter quas & illam, quòd aliquando accipitur pro eo quod eſt pro. Gell.Sin verò ſecũdum te iudicatum erit, id eſt pro te. id eſt(vt vulgò loquuntur) in fauorem tuũ. Idem libr.13.illi vnde petitur crederet,& ſecũdum eũ iudicaretur.Aliquando ponitur pro iuxta.Luca.in 8.ſecundum Aemathiam his tanta datur.& Virg.3. Georg. Et plena ſecũdũ flumina. Vlpia. tit.de præſcrip.ver. l. duo. Duo,inquit,ſecundum Tiberiũ cùm ambulatent.Papinianus lib.xliij Dig.tit. de via publica.l.æ diles.Eas,inquit,quæ ſecundũ ciuitatem ſunt vias. Anton Nebriſſen.

Secundæ nuptiæ dicuntur, cùm aliquis cum aliqua ſecũdò nubit:& ſunt omnes nuptiæ,quę ſequũtur primas nuptias, ſiue ſint tertiæ, ſiue quartæ, & ſic de aliis, de hoc C.de ſecundis nupt.in rubr.

Secundicerius olim dicebatur qui ſecũdũ locum obtinens, ſcriptus erat ſecundo loco in matricula notariorum, vt C. de primicer.& ſecundicer. l.j. & ij.lib.xij.

Secundusheres appellatur heres ſubſtitutus. l. precibus. C. de impub.



impub.& aliis ſubſtitu.

Securus dicitur qui ſine vlla cura eſt,quem alioqui Iuriſconſulti vocare ſolent ſupinũ, id eſt ſocordẽm & deſidem.l.plũtimum.de iur. & fac.ignor. Securum etiam dicimus,cui vel pignore vel fideiuſſione cautum eſt.l.habere.§.cautum.vbi Alciat.de verb.ſignũ.

Sed,quandoque capitur aduerſatiuè & aduerſatiuè in iure. Quandoque autem adiuncta copula aduerſatur etiam in facto. ff. de pet.hered.l.ſed &ſi.in prin. eũ gl.impropriatur tamẽ,vt in l.ij.in fi.ff ſi quiscau.vbi quando cum copula ponitur,vt dicendo;ſed & ſi, & aduerſatiuè ad factũ,nõ ad ius,imò ſignificat identitatẽ iuris, & ſumit illud ſignificatũ ex copula quę copulat nomina, & nõ factũ ſequens cũ præcedenti, quia nõ poteſt,cùm ſit factũdiuerſum, copulat ergo quo ad ius. Quã do autem ſine copula ponitur eũ cõditione ſi,vel ſine ea,tũc ſimpliciter ſignificat aduerſati uè quo ad factũ & quo ad ius: vt in l.ſed & ſi præalleg.ſimiliter in l.ij.in gl.ſuper verbo fortius.ff.ne quis eum qui in ius voc.vi exi. Significat ergo dictio ſed, aduerſatiuè ſimpliciter vel tantùm ad factũ,prout ſignificatum ſuum vel aliud declarat vel concludit.

Seditio dicit quaſi ſeorſum itio, quia in diuerſum vadũt alióſque trahunt,vel à ſedo ſedas, per contrariũ,vt dicit gl.in rubri.C.de ſeditioſis. Et dicitur ſeditio,quietis publicæ turbatio.C.eo.tit.l.j.&ij.de hoc no. xlvj.diſtin.ſeditionarios,& ibi per Archi.& Ioan.And. de immunit.eccleſ.cap.decet. lib.vj. Et tales concitantes ſeditionem,puniuntur pœna capitis, vt not.in l.denunciamus.C.de his qui ad eccleſ.confug.

Sedularium pro lectica ſiue ſella videtur accipere Iuriſconſultus.in tit.de ſupellect.leg.l.inſtrumenti,cum dicit,Rhedę & ſedularia:nam ſellam à ſede dici,d,mutata in l. omnes grammatici teſtantur,ſellam autem accipi manifeſtum eſt, lege vtroque. Nebr.

Sedularium,quæ vox habetur in l.iij.de ſupellectili legata,quidam interpretantur ſellam ſeu lecticam.

Selinis,nomen eſt duarum ciuitatum,altera namque eſt Ciliciæ,de qua Lucan.libr.8.Quo portu mittitque rates recipitque Selinis. Altera Siciliæ, de qua Virgil.3. Georg. Palmoſa Selinis,de hac Iuriſconſ. in ti. de cenſib.in Sicilia,inquit,Selinis & Traianopolis. Nebr.

Sella pro lectica ſiue pro parte lecticæ,in qua ſedet qui lectica vehitur:nam Iuuena. de eadẽ re ſellam & lecticã dixit: Centũ,inquit,quadrantes lectica peti:,& paulò poſt. Oſtendens

dens vacuã, & nudam pro cõiuge sellam. Paulus de seruitutibus rusticorum prædiorum. l.qui sella,vtrunque coniũxit. Qui sella,inquit,aut lecticavenitur, ire, non agere dicitur, quod quàm ineptè ab Accursio exponatur,in verbo lectica diximus. Nebr.

Sellę,idem quod sedes.Paul.in l. qui sella.de seru.rusti.prædac epiſſevidetur pro sede,in qua sedet qui vehitur lectica.

Semis semissis,prosolidi, hoc est assis dimidio: vt si quis ex semisse institutus sit heres,intelligendum est dimidiũ hæreditatis illi debere cedere. Labeo tit.de vulgari substitutione.l. si pater.Vt vnus,inquit, semis apud te maneat,& ibidem l.& si per bonorum possessionem semis ei sit ablatus.

Semisses vsuræ,quæ dicantur,& quæ trientariæ, primus omnium ostendit Hermolaus Barbarus,vir omnium meo iudicio nostri seculi eruditissimus: is enim in secũda ędition castigationum Plinianarum lib. 14 in illud,vsura multiplicata semissibus:ex auctoritate Columellæ,atque ipsa ratione & æquitate quę omni autoritatè præstantior est, manifestè demonstrat, vsuras semisses eas esse,quæ ex centenis nummis redduntur quotannis, habita ratione non ad centum,sed ad duodecim vncias, quæ assem constituũt. Trientarias verò vsuras quę ex centenis reddũt quaternos nũmos.Quadrantarias quæ ternos.De semissibus vsuris dixit Plinius.Vsura multiplicata semissibus, quæ ciuilis ac modica est. Quod si ex centũ quotannis quinquaginta redderentur, esset profecto inciuilis &iniqua:tanto mitiores quæ trientes & quadrãtes appellantur. De trientaria vsura Capitolinus in Alexandro scripsit,exercuisse illum trientarium fœnus vt æquissimum & læuissimum ad vsum reipublicæ, de hac quoque scribit Pau.in tit.ad legẽ Falcidiam.l. si hæres.Si reipublicæ, inquit, in annos singulos legatũ sit, dùm de lege Falcidia quæratur. Marcellus putat tantùm videri legatũ quantũ sufficiat forti ad vsuras trientes ei⁹ summæ quæ legata est colligendas.Est sensus legis, si reipub. legati essent in annos singulos quater mille nummi&centum millibus nũmorum, quibus æstimat hereditas, quaterni milleni colligerentur quotannis vsuræ trientis nomine. Quod si(vt isti legum interpretes putant) vsura triens esset non quatuor de centũ, sed triginta tria, sequeretur hoc incommodum, quòd si hereditas centum millium nummorum foret, & ex ea in annos singulos vigintiquinque legarentur,quis tam stupid⁹, tamquę nullo sensu talem heredi tatem adire vellet, quæ quarto demum anno absumeretur,& obligatio nihilominus legati tota maneat? Hoc legũ interpretes non considerantes omnia miscent atque perturbant,neque tamen enarrant, aut aliquid certi enuntiant. Accursius in primis,qui exemplo quod ponit exponendo legem,omnino fatetur se ignorare quid sit vsura triens. Sic etiam intelligendum est,quod Scæuo.lib.xxij.Dig.tit.de vsuris.l.qui semisses,scribit: Qui semisses,inquit,vsuras promisit per singulos annos &minores præstitit, heres creditoris semisses petit,&c. Sed vt liquidõ ante oculos ponam⁹, quid per vsuras semisses intelligendum sit,licuit ad verbũ transferre quod scribit Columella lib.iiij.de re rustica.Vinitor,inquit,licet sit emptus sexvel potius octo millibus sestertiis, tum ipsum solum octo iugerum totidem millibus nũmorum partum,vineasq;cum sua dote, id est cũ pedamentis & viminibus binis millibus in singula iugera positas duco. Fit tum in diem consummatum pretium sestertiorum 29. millium. Huc accedũt semisses vsurarum sestertia tria millia & quadringenti octoginta nummi biennij temporis. quo velut infantia vinearum cessat àfructu,fit in assem summa sortis & vsurarum triginta duorũ millium quadringentorum octoginta nummũm. Quod quasi nomen si vt fœnerator cum debitore,ita rusticus cum vineis fecerit, eius summæ vt in perpetuum prædictam vsuram semissium dominusconstituat,percipere debet in annos singulos mille nongentos quinquaginta sestertios nũmos, ex his Columellæverbiseurdentissimè colligitur ex vsuris semissib⁹ non quinquagenosde centenis,sed senos duntaxat in annum redire creditoribus, sicuti quaternos ex trientib⁹, & ternos ex quadrantibus. Ant.Nebr.

Semestre est tempus sex mensiũ, & duo semestria faciũt annũ. vide Instit.de exeu.tut.§.item diuus.in glos.

Seminarium loc⁹ est subactus, in quo semina, id est sarculi vel vitium vel aliarum arborũ pangũtur, vt cũ ad certam quantitatem excreuerint,vt vinetum,pomarium,arbustũmve transplantentur.

Semis colligitur ex sex vnciis,& est dimidia pars assis, & dicitur quasi semi as. C.de metal. l.hac lege.lib.xij.

Seminecis, id est semimortui, vt in l.qui indignum.C. de testa. vbi dicitur. Non sunt necessariis obseruari momenta verbor

borum quæ seminecis & balbutientis lingua profundit.

Semita, id est via.l.si ex plagis,ff. ad l.Aquil.ca. ad audientiam. de homicid.

Semper, id est omni tempore & omni casu. l. semper.ff.de iur. immu.& not.l.j.ff.solu. mat.& denotat continuationem,vt in ffi.in proœ.ibi,semper Augustus,& l.ij.in fin.C. de episc.& cle.Aliquando hæc dictio semper,subauditur à iure. l. iurisgentium.in princip.ff.de pact. Aliquando semper fieri dicitur quod fit horis debitis&ordinatis,& ita exponitur in ca. si laicus.xxxj.distinct. Aliquando semper,id est imperpetuũ, l si.ff ad l.Pompe. de parricid. Aliquando semper, id est sine temporis præfinitione. §. appellantur.insti. de except. & l. in cognitione.ff.ad Sylla. Aliquando denotat animi motũ. Iuuenalis,Semper ego auditor tantum.Et de sua expositione vide Spec.in ti. de restit. in iuteg.§.iuj. circa medium, & per Bar.& alios doct. in d.l. j.ff.sol.matr.

Senatores dicuntur magistratus populi,quasi seniores: nam secundum Azo. leges prius fiebant à populo, cuiusque interuentu,sed quia aucto populo cœpit difficile conuenire in legibus condendis, ideò elegit populus centum senatores, vt C.de petit hered.l.vltim.vt ipsi vice populi consulerentur, & quicquid statuerent lex esset. Senatores autem sunt qui à patritiis & consulibus vsque adviros illustres descenderũt, &hi solebant dicere sententiã in senatu,quare etiam consulem Romanum vocamus senatorium magistratum, vt ff.de sena.l.vltim.& inst de iure nagen.& ciui. §.lex est.Senatores etiam dici debent senatorum filij & nepotes ex filiis nati, non autem nati ex filiabus,vt l.liberos.ff.de senato.

Senatus est cœtus ille honestissimus senatorum, qui centum erant numero,vt dicit Azo. ff. de legi.& sena.consul.& putatur senatus principi,vt puta cùm habeatur vice populi, & ante imperatorem per populum,& post imperatorem per principem constitutus fuit senatus,vt ff.de origiur.l.3.

Senatusconsultum est quod tantummodo senatores habito consilio populi consulẽdo decreuerunt, secundum Isidor. lib.v.Et nota quòd multiplex est senatusconsultum, vt instũ patet.

Senatusconsultum Apronianum aliàs Sempronianum, omnibus ciuitatibus fideicommissariam hereditatem iubet restitui, & in eam & ad eam omnes actiones transferri.

Senatusconsultum artificianum aliàs artificulianum, est, quo cauetur, vt præsides prouinciarum cognoscant in prouinciis de libertate,licet heres nõ sit illius prouinciæ.

Senatusconsultum Claudianum statuerat,q mulier libera seruiamore capta,si ei denuntiatum esset à domino ne comisceretur seruo suo, & iudex super ea causa admonuisset, nec ipsa acquieseceret, substantiam suam & libertatem amittebat, & fiebat serua vel ancilla domini denuntiantis:quod,quia visum est miserabile & indignum,sublatum.

Senatusconsultum Limasianum dicitur,quocautũ est si abest ille iusta causa qui libertatẽ debet,& hoc pronuntiarũt,sit q per idem libertas ei cõpetat,ac si ab ipso directè data esset.

Senatusconsultũ Domitiani temporibus factum est, quo cautum est, qui per collusionem ingenuus iudicatus esset,cùm esset re vera seruus, fieret seruus eius qui collusionem detexisset.

Senatusconsultum Fauianum in desuetudinem abit, introducens adoptionem fieri per tres mares adoptantes,&tres interceden tes emancipationes.

Senatusconsultum Iulianum,dicitur,quo directam sibi serui accipiunt libertatem, cùm illi à quib⁹ libertates erat relicta, à prætore vocati nolũt adesse.

Senatusconsultũ Iunianum,alias Vintianũ, post ad libertatem producit proprium heredis seruũ vel emptum,siue domini⁹ iusta causa absit vel latitet, siue non vult manumittere.

Senatusconsultum Largianum meritò est abrogatũ, latinam inducens libertatẽ, quia quis morte sua recipiebatur extra libertatem.

Senatusconsultum Libonianum eum cõercet,qui ob instruendam actionem vel testimoniũ dicendũ pecuniam acceperit pactũve fuerit. Item qui perfecto instrumento legatum sibi adscribit. Item qui heredẽ in exheredationem,aut in alicuius condemnationem legatum ascribit.

Senatusconsultum Macedonianum habet locũ quando aliquis filiofamilias in potestate patris existenti mutuo pecuniam tradidit, quia hoc senatusconsultũ prohibuit mutuã pecuniam dari filiisfamiliàs ne onere debitorũ prægrauati essent occasio machinandi mortem patri. Si autem contra senatusconsultũ illud quis filiofamiliàs nummos tradiderit,traditos amittat, nisi ipse filiusfamiliàs habeat castrense peculium vel quasi castrense,eo enim vtitur vt paterfamiliàs. Est autem dictum Macedonianum secundum Azo. C.eo.tit.à Macedone pessimo fœneratore, qui tradendo pecuni

cuniam, etsi non expresse, tamen tacitè & velatis verbis suadebat de occisione patris. Et no. ℣ Macedoniano renunciari non potest, vnde post sententiam datur exceptio ex eo. ff.ad macedoni.l.j. & ratio est quia est inductū in fauorem filiorumfamiliàs, & in odium creditorum.ff. de cond indeb. l.qui exceptionem,hæc Goffr. de nuntia.§ renuntiatur.

Senatusconsultū Numianū censuit,non licere libertinis statū suū priuatis pactis immutare, pœna contra colluſorem statuta:& iure patronatus in detectorem collusionis translatio.

Senatusconsultū Orfitianum ad successionem matris intestatæ filias vel filios legitimos si ne vulgo quæsitos vocat, nisi mater sit illustris cuius filium nominare spurium satis est acerbum.

Senatusconsultū Pegasianū statuit vt quando scriptus heres rogat' est totam hereditatem vel plusquam dodrantem restituere alicui,liceat scripto heredi totius hereditatis quartam partem retinere,quo casu onera hereditaria sustineat inter se & illū, cui hereditas restituitur, inter quem & ipsum cui hereditatem restituit,stipulationes solebant interponivt communicent pro rata parte lucrum & damnum.

Senatusconsultum Pisonianum vult, vt si pœnæ obnoxius sit ue seruus venisset,quando animaduersum sit in eū pretium venditor præstet emptori.

Senatusconsultum Plurianū de liberis agnoscendis loquitur, qui post diuortiū eduntur,per hoc permittitur mulieri si putet se prægnatam denuntiare marito suo intra xxv. dies, vel xxx.post diuortium, ita ℣ nisi maritus custodes miserit, aut contrarium nuntiauerit ex se eam non esse prægnantem, cogatur partum agnoscere tanquam suum. Si verò ipsa oppressa fuerit,nullum huic partui generat præiudicium.

Senatusconsultum Syllanianum & Claudianū punit seruos capite qui dominis suis cū vocarent, omnimodam opem vel auxiliū (inquantū potuerint) non tulerūt vel impenderunt, cùm ipsi hoc viderent & audirent.Et ponit edictum in quo prohibetur testamenta aperiri, recitari vel describi,vel hereditates adiri,sub certa pœna ante quæstionem adhibitam de morte defuncti, & contra facientibus pœnam imponit: vt lege, si quis in graui. §. quod autem ff.eod.

Senatusconsultum Tertillianum quo cauetur matri non auiæ de ab intesta.successione deferenda, vt mater ingenua triū liberorum ius habens, si libertina quatuor,filio succedat defuncto



functo non existentibus legitimis liberis vel emancipatis, nec à patre nec à matre defuncti,sed nouo iure,& si solùm vnum peperisset,siue sit ingenua, siue libertina, idem ius versatur. Vel Senatusconsultū Tertullianum dicitur cùm matres vocantur ad hereditates filiorum, vt institut. de senatuscon.Tertyll.per tot.& not. in l j.ff.eod.tit.

Senatusconsultum Traianū:alias Caruianum statuit,si inter plures heredes infans sit qui fari non possit,& ipsi rogentur seruum manumittere, non ideò libertas intercidat, quia fari non potest infans,nec seruum potest vendere, sed æstimatis partibus seruum manumittāt salua portione infantis.

Senatusconsultum Trebellianū à nouo iure incrementum & formam hanc accepit, vt exclusō senatusconsulto Pagasiano,liceat hereditatem restituēti,quartam partem retinere inter ipsum & fideicommissariū pro rata portione diuisis actionibus contra communem stipulationem,& si totam hereditatem volens restituerit,ad eum & in eum omnes transfert stipulationes.

Senatusconsultum Turpillianum quo statuitur: ne quis publici iudicij crimen intentans, ab accusatione publici criminis causa ordinata, id est, post inscriptionem & fideiussionem datam,resistat abolitione non impetrata.

Senatusconsultum Velleianum inductum est in fauorem mulierum,scilicet illarum quæ leuitate sua & sexus fragilitate se & sua obligant pro aliis fideiubendo:vel obligationem in se recipiendo.Per hoc senatusconsultum eis subuenitur & conceditur vt & ipsæ indemnes seruentur,& si conuenian tur pro tali obligatione, possunt opponere exceptionem senatusconsulti Velleiani. Cessat autem hoc senatusconsultum,cùm mulier renuntiauit Velleiano & omni auxilio. ff. ad Velleia.l.vltima.Et dictum est à Velleio consule, qui fuit auctor illius statuti. Et nota quòd mulier potest renūtiare Velliano absque alia certioratione,vt not.in l.iuris ignorantiam. C.qui admitt.ad bonorum possessionem.& Bal.ibi distinguit tria membra, aut mulieris interceſſio vel fideiussoris est secundum leges aut præter leges aut contra. Primo casu non est quærenda certificatio,cùm non sit opus renuntiatione ex quo lege permittēte fideiussit.Et sunt quinque casus. Primus; si intercedendo aliquam pecuniam recipit,& sic se obligat.l. aliquando.in principio.ff.ad Velleianum. Secundus si secun-

do interceſſit.l.ſi mulier perfectæ ætatis.C.eod.ti.Tertius ſi pro dote fideiubeat.l. finali. eo.ti.Quartus ſi pro libertate alicuius & in cauſa pia.Quintus ſi apud minorē intercedat. ff.de minoribus.l.ſi apud.Secūdo caſu aut certificat, aut nō, Si primum,valet renuntiatio, ſeruata ſolennitate, videlicet, cū inſtrumento publico & teſtiū ſubſcriptione.Si ſecundū, nō valet.Fallit tamen in duobus caſib.Primo qñ fit renuntiatio in iudicio , valet calore & fauore iudicij.Secundo ſi interuenit iuramentū,valet ſecundū Bar.in l ſciendum. ff.de verborū obligat.& ſecundum Baldum,in authe ſacramenta puberū.C.ſi aduerſus vendit. Tertio caſu contingit contra legem fideiubere duob⁹ modis.Primo pro marito, non in ſui vtilitatē,ſed mariti,Secūdo omiſſa ſolēnitate inſtrumēti & teſtiū. Hæc addit Bald. ſuper additionibus Io.And.in Spec. tit.de diſpu.& alleg.

Senatuſconſultum Vintianum, vide ſupra,in verſic. Senatuſconſultum Iunianum.

Senatuſconſultum Voluſianum ſtatuit quòd qui improbè in litem coēunt, vt quicquid ex condemnatione in rem ipſius redditum ſue relatum ſit, inter eos communicetur. lege Iulia.de vi priuata tenentur.

Senex multipliciter dicitur, not. ff.de adopt.l.ſi pater.§.ij de teſti. l. inuitu. & vide. C. de his qui non imple.ſtipen.l.j. Aliquando dicitur ſenex maior lxx.annis.C.qui æta. l. vnica. Item adde quis dicatur ſenex, per Felin.in cap. quoniam. in princ.verſic.ad tertiam.vt lit. non conteſt.

Senes & valetudinarij qui dicantur: vide Panor. in cap. quoniam frequenter.in viij. collaverſi.tertio principaliter quæro.& verſ.ſeq.vt lit. nō cōteſt.

Senium eſt quadruplex, ſcilicet naturæ,gratiæ,culpæ, & æternæ gloriæ,vide Alb.in ſuo dicto.in verſic.ſenium.

Senſus ſapiēntis non arbitratur contra iura.vnde quando alter contrahentium paciſcitur aliquid facere ad ſenſum ſapientis , alter contrahentium tenetur ea facere,quæ de iure fieri debent ſuper illo contractu,quia ſapiens arbitrari contra iura nō poteſt,aliàs ſapiēs non eſſet.

Sententia ſecundū Azo. in ſum. C.quo.& qua.iud. ſen. proferdebet.quādoq; poteſt dici cuiuſcūq; orationis ſignificatio. Quādoq; ponitur pro opinione magiſtrorū.Quādoque dicitur quicquid alicui de re aliqua placet.Quādoque eſt deportatio.Quādoque excōmunicatio,vel interdictū,ſed impropriè,qa excōmunicatio vel interdictū potius punit quàm



finem cauſæ imponat.Ideo potius pōt dici pœna quàm ſententia vel deffinitio. Quādoq; ſententia dicitur,quodcūq; iudicantis præceptum,nō naturæ,nō iuri,non bonis moribꝰ contrarium.Et ſecundū hanc ſignificationem diſtinguitur, quia ſententiarum alia eſt deffinitiua,alia interlocutoria,alia conuentionalis,alia quæ dicitur præceptum, alia multa, alia diſpenſationis.- Et poteſt ſic deſcribi ſententia deffinitiua: Eſt deffinitio iudicialis controuerſiæ finem imponēs. ff.de re iud.l.j. Et addunt quidam ad deffinitionem indubitata,& quæ nullo remedio retractari poſſit:per l. eleganter. §.ſi poſt rē iudicatā.ff.de cōd. ind. Vel ſic deſcribitur ſententia deffinitiua:Eſt deffinitio iudicialis,cōtrouerſiæ finē imponēs , ex pronūtiatione iudicis: damnationē vel abſolutionē, continēs:Et hæc principalem deffinit quæſtionē, vt quando iudicis vtriuſque partis allegationibus cauſa terminatur , & finis principali negotio imponitur,quamſemel latam iudex reuocare non poteſt,& iudex eſſe deſinit , quia officio ſuo functus,licet retineat iuriſdictionē, ad exequendū,de officio delegatis.in literis.& c.quærēti. Sed an corrigere poſſit ſi dicat abſolno pro cōdēno:vide Goffredum in Summa,de ſententia & re iudic.

Sententia interlocutoria eſt ſentētia ſemiplena , quæ profertur inter principiū,& finem cauſę, nō ſuper principali, ſed ſuper emergentibus,& incidentibus quæſtionibus,puta ſuper libello offerendo vel concipiendo, vel dāda dilatione aut denegāda, & ſimilibus,principali cauſa durante,vnde quādo iudex non reſidens pro tribunali interloquendo inter partes ſine ſolennitate ſcripturæ aliquid pronūtiat de plano, & ſuper aliquo incidenti vel emergenti extra primum intentū principaliter hāc reuocare poteſt iudex,ſiue ſit ordinarius ſiue delegatꝰ ſiue arbiter, debet tamen eū cauſæ cognitiōe ferri, & ut dicit cōcedente non procedente.lij.q.iij.C.de inducīs §.ſpatiū. ſecūdū Goſ. & ſententiam interlocutoriā fert iudex contra reū cōtumacem,quādo citato reo & non veniente, pronūtiat actorē fore mittendū pro menſura debiti declarati, vel rei petitæ. De emergenti quæſtione,vt quando eſt quæſtio inter partes vel aduocatos rtū aliquis ſit recipiendus in teſtimonium,&c.vt ſuprà. Et illa ſententia tranſit in rem iudicatam quo ad duo, ſcilicet vt remedio appellationis attētati non poſſit,& vt excipiatur

ex ea.c.cùm dilectus. de elect. in fi.nó autem vt ex ea agatur actione in factũ,sicut ex definitiua.Aqualibet enim tali potest appellari secũdũ canones, non autem secũdũ leges;generaliter fallit in casibus. l.ij C. vt lit.penden.vel dicitur si interlocutoria sit talis quæ absorbeat totum ius alicuius, & instar habeat diffinitiuæ,ita vt post interlocutoriam non sit opus ad appellandum à diffinitiua,si ab ea appellatur, secus si post interlocutoriam saltũ sit beneficiũ appellationis à diffinitiua.Gofr.tenet primũ in sum.eo.tit.de sent.& re iud. Itẽ interlocutoria secũdũ eundẽ est declaratio iudicialis super aliquo articulo summariè ius tribuẽs interpartes.Et finaliter omne verbum à iudice in iudicio prolatũ:iudicialiter faciẽs ad causam,est sentẽtia interlocutoria.vt in authe.de litig.§.omne.collat.viij. &c. Et notãdũ,q̃ aliud est sentẽtia,& aliud est statutũ.Nam statutũ fertur pro futuris delictis, dicẽdo,Statuimus vt nullus hoc faciat,& faciens sit excõmunicatus ipso facto,vt no.in c.fin. de cõsti.li.vj.Sẽtẽtia verò prolata sic,Excõmunico te si furtũ feceris,prohibetur furtum, quia tract⁹ futuri tẽporis non spectat ad iudicẽ.de hoc gl.opti.de sen.ex.c. Romana.li.vj. &c.à nobis.de sen.exc. Itẽ differt sententia à canone in hoc, quia canon archiepiscopi in prouinciali concilio ligat subditos totius prouinciæ. xviij. distinctione.capit.vltimo. Sententia autem archiepiscopi dicendo,Quicũque furtum fecerit,sit excõmunicatus,nõ comprehẽdit subditos totius,puinciæ,sed solius diœcesis suę, vt est gl.in c.Romana prę.al:Item sentẽtia excõmunicatiõis siue iusta sit,siue iniusta,tenet.xj.q. iij.c.j.nisi in duobus casibus.l. post appellationem legitimã, & intolerabilẽ errorem in forma.c.per tuas.de sent.exc.solet.& c.venerabilis.e.ti.lib. vj. Et quomodo sentẽtia trib⁹mo dis dicit iniusta.s.ex causa, ex animo,& ordine,est gl.iij.in c. sacro.de sen.exc.& illud iterũ verũ est in sentẽtia excõmunicationis,in qua est speciale q̃ teneat non seruato iuris ordine,aliàs autem sententia lata iuris ordine non seruato,non tenet.C.de sen.& interlo. omiudi.l.prolatam.Item de definitiua & interlocutoria est glos. in clemen.vnica, super verbo definitiua.de sequestr. possess. & fructuum.Et not.quòd sententia lata super verbo possessorio dicitur definitiua, secundum glo.in c.fin.de iudi. & intelligitur quando causa possessionis est deducta principaliter in iudiciũ,vel habet annexũ petitoriũ,secus si per accidens veniret in iudiciũ.Etiam definitiua prout imponit finẽ causæ,nunquam datur super possessione, nisi sit proprietas annexa,vt ibi not.

Sententia cõuentionalis est amicabilis cõpositio,vt quando iudex conuenit aliquem & commouet eum ne faciat contra conuentionem.Alias sententias,scilicet præceptum, mulctam,dispẽsationem. Require in locis suis.

Sæpe notat regulã in contrariũ, vt in §.in fraudẽ.Insti. quibus ex cau.manumit.non licet.

Sæpius,id est aliquando, regulariter tamẽ cõtrariũ significat, & verificatur in duabus vel tribus vicib⁹. Itẽ facit cõtrarios casus speciales.l.si in diẽ.§. seruo.ff.de cond.& demonstr. secundum Dynum.

Septa oppidum est Aphricæ Mauritaniæ, ex aduerso Mellariæ positum,quæ nũc Tarifa,illud Cepta vulgò dicitur.In codice tit.de officio præfe.prætor.Aphricæ. l.in nomine domini. Iubemus,inquit,in traiectu q̃ est circa Hispaniam,qui Septa dicitur. Nebrissen.

Septa sunt clausuræ, & dicitur à sepio,vt est gloss.in clementi.ne in agro,de statu mona.

Septum,quod est à sepiendo dictum, cõplura significat: nam septa dicuntur quę sunt munita siue lapidibus siue formaceis parietib⁹,hoc est terra pauita,siue ex lignis, siue etiam ex vepribus & spinis. Hinc dicta Romæ septa in cãpo Martio. Hinc septa à Iurisconsulto appellantur quæ sunt opposita ad fossas inciles, ne aqua fluminis euagetur. Vlpiã.lib.40. Dig.tit.de riuis.l.j. Septa sunt inquit,quæ ad incile opponũtur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine causa, siue lignea siue lapidea sint. N.

Septũx septem habet vncias. Require suprà,As.

Sepulchrũ est locus,in quo mortuus continetur vel sepultus est,Sed monumentum dicitur idem locus sine corpore. Require suprà. N.

Sepultura secũdum Gof.quandoque dicitur officiũ quod impẽditur sepeliẽdis.Quãdoq; ipsa terra ad vsum sepulturæ deputata.Quãdoq; tũba marmorea vel lapidea vel locus cõcauus in ecclesiastico cœmiterio factus,in quo corpus catholici quiescit. Itẽ sepultura est ius funerãdi in ecclesię cœmiterio Est aũtius funerãdi potestas sepeliẽdi in cœmiterio, pueniẽs ecclesiis ex cõcessiõe Põtificis.

Sequela dicitur omne,quod naturaliter sequitur ad aliud, vt iumentum equã, vitulus vaccã.

Sequester est is apud quem res litigiosa deponitur à pluribus & sequestratur,vt ei qui in causa vicerit rẽddatur, dictus ab eo,quòd occurrenti aut quasi

sequenti eos qui contendunt, committitur res,de verb.sig.l. sequester.vide extrà,de iudic. c.examinata.Est enim secūdū (offr depositarius rei in iudicium deductæ,vt ff. depositi. l. propriè.

Sequestrū est illud scriptū, quod de sequestratione cōficitur, & si fit ex causa voluntaria,transfert possessionē in sequestrum secus si ex causa necessaria.l. interesse puto.ff.de acqui.poss. & no.in c.examinata,de iudic. in glo.& in glo.clementi.vnic. de sequestra.poss.

Sequestratio est rei,de qua agitur vel cōtrouersia est, separatio vel depositio,vel possessionis interdictio. Interim enim quòd res apud sequestrumest, nec actor nec reus possidet,vt ff.de statu ho.l. libertus. Non potest autē illa depositio, quæ sequestratio dicitur, fieri, nisi à plurib.quanuis alias & vnus & plures deponere possint, vt l.licet.ff. depo. Nam plures rē litigiosam deponunt, quando de voluntate partium fit. Etiā vnus deponere potest de mandato iudicis,vt in glos.c. examinata.de iud.& ibi per Doct. Et no.quòd secundum Gos.sequestratio fit aliquando causa omittendæ possessionis,& tūc neuter litigantium possidet, sed sequester.Aliquando causa custodiæ,& tunc possessio remanet penes possidentem. Et generaliter prohibita est sequestratio. C.de prohi.sequestra.l.vnica.Permissa verò casualiter.Primò voluntate partium,vt lite finita res victori detur. Secundò ex necessitate ne persona suspecta cū re mobili aufugiat.Tertiò ne persona suspecta circa rē immobilē fructus depopuletur vel dissipet.Quartò propter contumaciam non cauētis in collatione bonorū facienda.Quintò si seruus de possessione seruitutis proclamat in libertatem. Sextò cùm appellatur ab executore.Septimò cùm timetur de sæuitia viri,nec potest sufficiēter vxori caueri, sequestratur vxor.Octauò ne perdatur vendendi commoditas. Nonò cùm aliquis de comitibus præsidis furtū patitur,nam res sequestratur vsque ad tēpus successoris præsidis.Meritò enim sequestratio fieri non debet, nisi tunc demū cùm timetur ne possessor vel appellans fructus depopuletur,secūdū Gos. in sum.Alios casus vide in cle. vnica.eod.titu.& l.j. ff. de col. bo.& secūdū Archid.in c.quia res.xj.q.j.vbi latè de hac materia & per Io.Mona. & Ioann. And.in regula locupletari. de reg.iur.lib.vj. vide etiam gl.fi. in c.dilectus.de sequestra. poss. cum ibi no.

Sequioris vitæ eum vocat Vlpia. in l.cùm ij.de transact. qui sibi ex



bi ex se alimenta suppeditare nequeat, sed de alienis laboribus pendeant.

Seria, vas est fictile, vino aliisve rebus adseruandis aptum. Persius: O si sub rastris crepet argenti mihi seria dextro Hercule. Inde per diminutionem idem autor deduxit seriolam. Vlpia.in tit.de verbo.significa. l.vinaria dolia,inquit,& serias tamdiu in ea causa esse,quamdiu vinum continerent.

Seriæ, vasa sunt fictilia oblonga, de quibus Liuius in 4.secundi belli Punici sic inquit, Et in vico histrico fontem sub terra tanta vi aquam fluxisse, vt serias doliaque quæ in eo loco erāt, prouoluta velut impetus torrentis tulerit. & de his intellexit Vlpia in l.vinaria vasa. ff.de verbo signif.licet alij aliter.& in l.sed & si quid §. proprietatis. vide ibi gloss. ff. de vsufruct.

Sericoblatæ dicuntur vestimenta quæ inseruntur & texuntur serico,vt l.lotas. C.de murilegul. lib xj.secundum Accurs.

Legendum, Sericoblattæ,duplicitt.vt ibi attestatur Alcia. Nam blatta dicitur purpura: vnde Sericoblattæ vestes purpureæ serico intextæ.

Sericum, quemadmoūū diximus in verbo bombycinus,lanæ genus est,quod apudSeras Indos ex arboribus depectitur, non illud quod vulgò creditur.Horat.in Epodo:Inter sericos iacere puluillos amant.Vlpi tit. de auro & argēto leg.l. vestis. Vestimentorum, inquit, sunt omnia lanea,linea, vel serica, vel bombycina. N.

Seruiana & quasi seruiana actio, require suprà,Actio.

Seruitus est constitutio iurisgentium,qua quis contra ius naturale alieno subiicitur dominio Et quando seruitus inducta sit.vide gl.super verbo seruos. de Iudæ.& Sarra.c.ita quorundam.optimam glo.super verb. seruitutes. dist.j. ius gentium. sunt autem duplices seruitutes. s.prædiales, & personales.

Seruitus prædialis est quædā cōstitutio qua prædium prædio subiūgatur,& seruitutes prædiales, lex reales appellat,quę sequuntur prædia,& earū constitutio eatenus tenēt, quatenus expedit prædiis, id est ad fructus eorum percipiendos.

Seruitutum autem prædialium aliæ sunt vrbanæ, & aliæ rustice,sed has quidem seruitutes lex dicit esse iura communia, quæ libertatis sunt:vnde not. secundū Azo.in Sum C.de ser. & aquædu.q hoc verbum ius in eadem lege & in eadē voce supponit pro seruitute.Dictio enim semel posita,duas quandoq;importat significationes, s.propriam & impropriam,vel vtranque.Propriè autem secūdum diuersa dicuntur seruiO 4

tutes.Nã si non possem ex ędibus meis exire in agros meos vel peruenire ad viã publicam nisi per agros tuos, vel ortes, & emã à te licentiã eundi,hęc licentia dicitur seruitus itineris, quia prædiũ tuum in hoc mihi seruit.Et harũ seruitutũ quædam habent causam cõtinuam,quædam quasi cõtinuã, & quæda discontinuam,secũdũ glo in l. seruitutes.magna. in princi.in gloss.magna.ff. de serui.tit.gene.Et quæ seruitus dicatur habere causam continuam, & quæ discontinuam, declarat Bart.in l.iij.C.de seruit.& aqua.

Seruitutes rusticæ sunt quæ prædiis rusticis debẽtur,velutiter, actus,via, aquæductus , aquæ haustus,pecoris appulsus ad aquam,ius pascendi, calcis coquendæ,arenæ fodiendæ,quæ tria vltima possunt dici nominatæ seruitutes rusticæ:sed superiora propriisnominibus carent,quæ omnia require locis suis.Nam iter est ius quo ex æde mea per agros tuos possum in vicos publicos exire vel intrare,sed aquæ haustus est, vt aquam haurire possim de puteo tuo.

Seruitutes vrbanæ sunt quæ prædiis vrbanis debentur, scilicet intuitu alicuius ædificij , nam ædificiis inhærẽt,velut altius tollendi,aut non tollendi, ne officiatur luminibus vel prospectui domus vicini.Item stillicidiũ auertendi vel non auertendi in tectũ vel in aream vicini, vt stillicidium tecti mei cadat in aream vel fundũ eius. Item vt liceat immittere vel proiicere tignum in parietem vicini.Et no.quòd an seruitus sit vrbana vel rustica , colligit ex qualitate prædij,cui debetur ipsa seruitus , quod patet, Nam talis est seruitus , quale est prædium cui debet. Hinc est,q̃ licet via sit seruitus rustica,tamen si seruiat domui,quę est vrbanum prædium.l.vrbana prædia.de verb.sign.censebitur seruitus vrbana, inspecto fundo cui debetur. glo. in l.j.in glo.fin.de ser. vrb. præd.

Seruus est qui de iure gentiũ vel ciuili dominio alieno subiicitur,in hac parte & ius gentiũ & ius ciuile detraxerunt iuri naturali.Et dicuntur serui nõ seruiendo,sed à seruando. Imperator enim vel princeps captos hostib⁹ qui serui sunt capientium,vendere iubet,&per hoc seruare & non occidere, hostibus enim captis & sic in seruitutem redactis hoc seruandũ est, quod vtile & benignũ visum est.s.eos omnes seruari,& nõ occidi,hoc enim benignitatis est,sed occidi , crudelitatis.Ideo etiã dicta sunt mancipia,quia abhostibus manu capiũtur,vt insti.de iu. personа.& ff.de sta.homi.l. liber-



tus.Sũt etiam serui vernæ qui sunt ex ancillis manentibusin domo nati.l.Titię textores.ff. de lega.j.

Serui stricto modo dicuntur carentes libertate. Sed largo modo etiam seruientes pro pecuniis & mercede, dicũt serui,à seruiẽdo.Pan.in ru.de Iudęis.

Serui arcarij.Require suprà, Arcarij.

Serui.ascriptitij,vide ascriptiti⁹.

Serui atriarij vel atriẽses sunt illi qui atrij custodiam faciunt.

Seruus corruptus dicitur seru⁹ qui per alicuius inductionem factus est de bono malus , vel de malo deterior,scilicet, in anima & corpore.

Serui corrupti actio.Require suprà,Actio.

Serui cubicularij dicũtur qui lectum & cubiculũ domini sui procurant,qui vulgo camerarij vocantur à camera.

Serui dedititij dicũt qui in morte liberi , & in vita sua serui sunt,quorũlibertassublata est: vt insti.de liber.§.libertinorũ.

Serui Latini sunt qui à dominis erant manumissi:vt in vita essent liberi, & in morte serui, & eorũ bona tãquam seruorũ ad dominos deuoluebantur, vt in §.præal.insti.de libert.

Seruus librarius à libra dictus est qui,scilicet ponderib⁹ præest & librę nũmorum, & permutatorum custodiam habet domi domini sui.

Serui insulani aliàsinsularij sunt qui retinentur in insula, id est in domo,nec mittuntur in agros,nec in villam.Domusautem insula dicit eo , q̃ insunt ei habitatores,licet insula quã doque dicat in salo.i.mari sita.

Seruus mediastinus vel medianus est qui mediũ geritactum, scilicet qui nec est ordinarius nec vicarius,sed medius inter hos & illos connumerandus.

Seruus ordinarius dicitur qui a liis seruis est pręposit⁹. s.q habet alios seruos sub se , quib⁹ præest & præcipit eis qđ vult.

Seruus vicarius est qui seruo ordinario subministrat.

Seru⁹ originarius,vide origin.

Seruus publicusdicitur tabellio, non quia seruus, sed quia publicum exercet officium. ff.de adopt.l.non aliter.

Serui vernæ,vide in ver. Verna.

Serui victores sunt quos quis vi ct⁹ habet præparandi causa.

Serui villici sunt qui ad villam mittuntur.

Sesciũtia,est vncia cum dimidia. Plin.in calce lib. 36. Fastigiũ, inquit,seruari in pedes denos sesciũciamq;. Inde sesciuntiale quod sesciũciam continet. Pli. libro 13.Crassitudine, inquit, sesciunciali.Vlpia. in tit. de legatis præstandis.l filium. Vt partis,inquit, dimidiæ quartam,id est,dimidium totius assis sesciunciam retineat: quarta namq; pars tres vncias con

tinet, igitur dimidium quartæ sescuncia est, id est, vncia & semis. Ant. Nebr.

Sescunx cõstat ex vncia & dimidia, & est octaua pars assis, & debet eius litera tertia scribi s, & nõ x, vt insti. de here. inst. §. hereditas, secundum Accur.

Sestertius nũmus duos asses cũ semisse valebat: vnde dictus sestertius quasi semisse dempto de tribus. Assis autem non semper in eodem valore perstitit: nam as Seruio Tullo rege Romanorum pondere duo decim vnciarum percussus est, primum sub nota pecudis, ꝙ vnus as pecude permutabat. vnde pecunia dicta. Postea vero primo bello Punico sextantario pondere percussus est as, deinde secundo bello punico vnciales asses facti, atque deinceps paulatim principes Imperatoréque assium pondus valorémque imminuere, in tantum vt Saluatoris nostri ætate asses vix semunciales essent. Vnde Matthæi c. 10. Nonne, inquit, duo passeres asse væneunt? quod & Marcus aliis verbis idem significantibus dicit? Nonne quinque passeres væneunt dupondio? quod videlicet dupondius duos valebat asses. Si igitur de sestertij valore quispiam quæreret, nõ possemus simpliciter respondere, cum assis valor variis temporibus sit variatus: semper tamẽ valuit duos asses cum semisse. Accursius in codice Iustiniano, titulo de donationibus. lege. verba superflua, ingenue fatetur se nescire quid sit sestertium. Ant. Nebr.

Seu, dictio est disiunctiua. C. de sacrosanctis eccle. lege generali, & aliquando ampliat ff. de auro & argento legato. lege si quis ita, & secundum Bart. in dicta lege generali. & no. lxiij. distin. ego I. ud. & lxxv. distin. capitulo vltimo in fine, & per Archidia. de foro compe. in capitulo primo, libro vj.

Seueritas dicitur rigor & integritas iustitiæ. Arch. in cap. vt officium. §. verũ, in verbo seueritas. de hære. in vj. vel dic quod seueritas est per quam iudicialis sententia vel vindicta districtè exercentur, vel est virtus debito supplicio coercens iniuriam secũdum Alb. in suo dictio. in verbo Seueritas.

Sextans est sexta pars assis ex duabus vnciis constans.

Sextarius, vide Modius.

## De S ante I.

Si, de proprio significato importat conditionẽ, nõ tamen semper significat. Vnde quando que facit dispositionem conditionalem Quandoque executionem tantum. Quandoque significat causam incertã. Quãdoque certã Quãdoque cuẽtũ incertũ non cõditionalẽ, quia non



non suspẽdẽtẽ. Quãdoq; acceleratione. & quandoq; nihil significat. Exẽplũ primi ibi promitto vel lego si nauis ex Asia venerit: vtin l. itaq;. ff. si cer. pe. Secũdi ibi, iudex dicit, do tutorẽ si satisfecerit, quia sensus est. q. purè datur & immediatè sit tutor, sed administrare non debet nisi pri⁹ satisfecerit, vt l. muto. §. hãc autẽ. ff. de tut. vbi dicitur, hãc autẽ adictionẽ, quã præsides prouinciarũ faciũt, & Tutore si satisfecerit, conditionẽ non facere ratio est voluntas proferẽtis. Nã tutor à iudice non potest dari sub conditione. c. act⁹ legitimi. de reg. iur. lib. vj. Etiam quia inuitus datur tutor ergo non stabit in volũtate sua per conditionem. Nec iudices in decernendo solent facere indicia sua conditionalia. Exemplũ tertij. Lego Titio si negotia mea gesserit. Et est aliud exprimere causam per quia, & aliud per si. Nã per quia exprimẽdo falsa causa nõ vitiat, sed ꝙ si, vitiat. l. demõstratio. ff. de cõd. & de. nisi aliud appareret ex voluntate disponẽtis Etiam quãdoque si capitur pro quia, vt ibi, Si deus est, quia hic subiecta materia & fides catholica habet, ꝙ Deus creator est omniũ certitudinaliter. Quarti: quando ille euẽtus est de præsenti vel de præterito, vt ibi, promitto vel lego si rex est Parisiis vel fuit tali die, vbi euentus est disponentibus vel disponenti incertus, non tamen cõditionalis, quia non suspẽdit. Nam actus purus statim valet vel non valet. §. fin. inst. de ver. obli. & hic accelerationẽ significat. Etiã quandoq; nihil significat, vt ibi, promitto si talis morietur. ar. l. si pupillus. §. quã sub conditione. ff. de nouat. & delega. quia non potest significare conditionem, quæ est de euentu futuro certo. Sed quia nihil certius morte, ergo materia subiecta non patitur. Dicit tamen Bar. ꝙ in vltimis voluntatibus operatur cõditionem, dicendo lego, si heres morietur, vel si Sẽpronius morietur, non ex eo quod mors sit incerta, sed quia incertũ an legatarius morietur antequam heres vel Sempronius. alleg. l. quib⁹ diebus §. quidam Titio. ff. de cond. & dem. vbi dicitur quòd legatum tale, si mater tua morietur, est conditionale. Petrus dicit contra, ꝙ est purũ. Et sic in tex. allegato, debet sumi pro cum, quod significat principaliter tempus, & per cõsequens conditionem. Item nihil significat, vt ibi, promitto si volueris, lego si heres voluerit. l. sub hac. ff. de act. & oblig. quia actus in voluntate obligandi est, & sic nulla est dispositio vel restrictio fit, nisi disponens videatur decidere. l. si ita expressum.

sum.ff.de cond.&demon.Finaliter autem semper ad mentē disponentis recurrendum est, quia sæpè cōtigit, qvna dictio vel oratio pervnum capitur in vno significato,&per alium in alio.Sunt ergo circunstantiæ attendendæ, per quas mens proferentis declaratur.

Si non valet hoc iure,valeat illo: si non valet iure testamenti,valeat iure codicillorum,&c. Hę clausulæ significant, si non potest valere ex defectu solennitatis,vt testamentum, scilicet, quòd non sunt septem testes, vel non sigillauerunt eodem contextu,valeat iure codicillorū,si sint quinque testes, quia disponēs hoc voluit, & lex admittit. Significat ergo dictio si,appositа hisverbis vel aliis, quòd voluntas disponentis declarata exverborū significato, vel alio quouis modo dictat.

Sic,qualiter intelligatur, vide extra de priuileg, cap. ex ore.de confir.vti.ca.examinata, & de verb.sig.cap.abbate. cum simi.

Sicca est ferrum vel cultellusbreuis,in vtraque parte scindēs& acutus,quo maximè vtuntur qui apud Itallos latrocinia exercent,sed eiꝰ interpretatio est larga,vt contineat telū,lapidem, lignum, & quodlibet ferrum,vt instit.de pub.iud.§. item lex.& §.sicarij.

Sycomorus ficus est Aegypti peculiaris: Latinè interpretatur ficus fatua: habet enim ficos nostris non absimiles,insulsas tamen. Eius arboris meminit Iurisconsul.tit.de extraor. crim. l.saccularij.Si quis, inquit,arborem sycomorum exciderit: nam & hæc res vindicat extra ordinem non leui pœna, idcirco quod hæ arbores colligant aggeres Niloticos. Nebr.

Sicarij dicuntur homicidæ & interfectores, dicti à sicca, id est ferro vel cultro.inst.de pu.iud. §.sicarij,etiam dici possunt sicarij,qui alicuius vitæ armis insidiantur.de pœ.distinc. j is, qui cum telo.de homicid.cap. sicut dignum.in glos.

Sigillum,est parua statua, quoniam signū pro statua plerunque accipitur.Ouidius in primo de arte:Siue erit ornatus, non vt fuit ante sigillis.Aphricanus de leg.j.l.cætera.Vel singula sigilla adæquata legari posse. Item Vlpia. tit. de fun. instr.l.quæsitū.Sigilla, inquit, & statuæ affixæ non continentur.Accu.annulosnescio quos ferreos,interpretatur. Nebr.

Sigillatim,id est singulariter: ita exponit Hostiens.in c. venerabilis.de testi.& Archi.in c.præsentium.§.testes.eod.tit.lib.vj. & habetur de hac dictione in l.sed & si per prætorem.§.fi.ff. ex quib.cau.maio.& in l. cùm quidam.C.de verb.significic.

Sigillum præter vulgatam significationem interdū significat par



ruam statuam. l. quæsitum. §. Papinianus.de fund.instr.

Signum quid sit,& quomodo signum differat à sacrificio, de consec.distin.ij.sacrificium, & c.signum,& quomodo multiplex est signum, vide extra de consuet.c.ij.in gl. frequentius autem accipitur pro sigillo.l. 3.de tabul.exhib.

Signare est aliquam formam vel signum alicui imprimere, vel notam imponere, vnde testamentum signare, id est notare debet quis, vt notum sit illud quod in testamento scriptum est.Isido.lib.v.Etym.sed subsignare est subscribere, vt si testes vocati & rogati à testatore subscribant.

Signatas tabulas(inquit Vlpia.in l.ad testium.de testam.) accipi oportet,& si linteo quo tabulæ inuolutæ sunt,signa impressa fuerint.

Signatum aurum vel argentum quod dicatur,docuit Iurisconsul. clarissimè in l.Quintus.de au. & argen.leg.

Signator,vt autor est Pedianus, erat qui testamento aut aliis instrumentis aut contractibus nomen suum subscribebat.Sallustius in Catilina:Ex illis testes, signatoresque falsos commodare. Iuuenalis: Signator falso qui se lautum atque beatum. Vlpia.tit.quemad.testam. aper.l.cùm ab initio.Cogat,inquit,signatores conuenire,& si gna sua recognoscere. Nebr.

Signatorius annulus,est qui characterē.i.sculpturā habet, quo vtimur ad imprimendū signa.

Significatio secundum Azon. de verb.sig.propriè est demonstratio facta, proprio nomine rei de qua quæritur atttributo,sed largè ponitur si proprium nomen non interueniat,si tamen res per aliud verbum,quod aliquo modo accedere possit ad rei ostensionem notificetur.

Signius,a,um,à Signia vrbe Campaniæ.Vnde pira signina Iuuenali,& vina signina Martiali, & structura siue opus signinū: quod vt scribit Plin.lib. 15.cōficitur fractis testis cōtusis calce addita.Columella lib.x.velut signinum opus pilis condensat,operis quoque signini intrita quomodo fiat, Vitruuius libro 8.exponit. Vlpia.in tit.de riuis.l.j.§. sed si.si quis inquit,terrenum riuū signinū facere velit,vbi pro signino signatū mendosè legitur in codicibus antiquioribus.Qui verò non intelligebant quid signinum aut signatum esset: in ciliceum commutarunt. In archetypis tamen Pandectis Florentinorum signinum habetur. Nebrif.

Signinum opus,vt interpretatur Nebrif.ex Plinio,dicitur quod conficitur fractis testis contusis,addita calce.

Silentiarij sunt idem quod consiliar

liarij vel secretarij principis, qui silere debent, & occultare principis consilia, vt ff. de mino.l.verum & glos.iij. l. illud. C. de collat.

Siliginarius, est custos siliginis, id est, horrei in quo siligo asseruatur. Est autem siligo frumenti quoddam genus candidissimi: aliquando siligo pro farina purgatissima, atque ipsius tritici delicijs accipitur. Plinio libro decimo octauo. Siliginē dixerim propriè tritici delicias. Celsus libro secundo: Ex tritico, inquit, firmissima siligo. Vlpianꝰ in titulo de furtis. l. si quis vxori. §. apud Labeonem, & siliginario, inquit, quis dixerit, vt qui nomine eius siliginem petisset. Item Iulianus tit. de neg. gest. l. ex facto. N.

Siliginarius, custos siliginis. l. si quis vxori. de furt.

Siliqua secundum Isid. est vigesima quarta pars solidi, alij dicunt octaua, alij quarta pars vnciæ, super quo vide l. liberto. §. filium. ff. de annuis leg. & in auth. sed hodie. C. de episco. & cler. & in auth. de sanctiss. episc. §. sportularum. Aliquando est cortex seu pellis fabæ & ciceris. l. frugem. § fin. ff. de verbo. signific. & ibidem glos.

Sylua cædua est quæ ad hoc vt cædatur deputata est, & dicitur aptæ cædi, quia facilè sucrescit.

Sylua palatis ex qua palis & pedamenta sumuntur.

Sylua pascua dicitur quę pascuis pecudum est assignata.

Simile dici non potest, vbi dissimilitudo subest. xxviij. q. j. sicut enim. & l. iij. ff. de iniu. rup. & irrit. testam. & qualiter interpretetur hoc verbum simile, vide cap. olim. de verb. sign.

Similitudo est rerum differentiū comparatio secundum Boe. & quæ similitudo ad speciem vel genus referatur, est glos. not. in ver. curam animarum. in cap. non potest, de prębend. libro vj.

Simonia secundum Goffr. est studiosa cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi spirituale, vel spirituali annexū, quod spirituale censetur, ius enim percipiendi prouētus præbendales. s. ratione præbendæ vel prælaturæ, spirituale non est, sed annexū spirituali. s. canoniæ, propter restēporales, quę ex illo iure proueniūt. vt s. fructus. 1. q. j. si quis obiecerit, sic & ius patronatus dicitur annexum spirituali propter quandam confœderationem, quia cadit in laicū à quo possidet, vt c. de iure. eo. tit. Et dicitur à Simone mago, qui fuit primꝰ auctor huius sceleris in nouo testamento. Ipse enim voluit emere gratiam spiritussancti à beato Petro: sic Giezi in veteri testamēto voluit gratiam sanitatis Naaman Syro vendere, vt 4. Reg. 5. Vnde simoniacus dicitur propriè emptor spiritualium, sed Gieziticus venditor eorūdē. j q. j. qui studet. Et est simonia peccatum enorme, respectu eius qui per simoniam beneficium acquisiuit, qui pœnitentiā agere non potest beneficio retento, vel dicitur enorme, id est indispensabile, quia dispensari nō potest cum simoniaco, nisi in beneficio resignato, sicut in simoniaco in ordine contingit. vt xiij. distinctio. nerui. Et simoniacę etiam occultus in ordine susceptо, qui vitiosum habet character, vt j. q. j. quibusdam, suspensus est quo ad se & quo ad alios. j. q. j. Reperitur etiam simonia sola intentione absq; pacto vel facto committi, vt in c. qui studet. præalleg.

Simplex præceptum est cum præter iur. contest. iudex contestatione partium accedente, aliquid præcipit, verbi gratia, si quis à reo in iudicio absq; libello cū instrumento debiti petat. x. & confiteatur de plano, tunc iudex sine alia cautę cognitione vel commissione sibi præcipiat, vt certo termino soluat, & hoc dicitur præceptum, & non sententia, quia sententia non dicitur nisi quando ordo iudiciarius est seruatus.

Simpliciter, quid hoc verbum importet, not. per Innocen. & Hostien. in cap. olim. de accus. & in Specul. de inquisit. §. 3. vers. sed quid ergo. Item de hac dictione vide per Bartol. Ioannem de Imola, Alexandr. & Francis. de Aret. in l prima. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligatio.

Sine, hęc dictio tria importat. Est enim priuatiua, negatiua, & exclusiua particula. no. ff. de pig. actio. l. j. § præter. Item importat argumentum à contrario sensu, extra de iis, quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli. cum apostolica. §. fin. Aliquando includit v. distinct. ad eius, & de temp. ord. cap. nec episcopi & ibi in glo. Aliquando ponitur pro non. ff. mand. l. si mādauero. §. fugitiuus. Aliquando pro contra. §. de acquiren. posse. l. si ex stipulatione, & plenè de hac dictione, vide per Alberic. de Rosa. in authen. quod ius. C. de procurat. & Bar. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

Singulare sæpe ponitur pro plurali. l. in vsu. de verb. sign.

Synthesis, inter alias significationes designat etiā genus quod damvestis duplicis, quę sit alio nomine Abolla. Martia. Synthesibus dum gaudet eques dominusque senatus. Idem alibi: Sic micat innumeris arcula synthesibus. Scęuola. tit. de auro & argen. lega. l. Titio. Ex synthesi, inquit, tunicas duas & palliola. Nebr.

Sciphones, vt scribit Alc. in l. fe-

ri. de

ri.de verb.sig.erant instrumenta quibus olim fabri vtebant ad extinguenda incendia, siphonum meminit Vlpianus in l.quæsitum.de fun.instru. tametsi invulgatis codicib⁹ scopę, non siphones, impressum sit.

Si quis,generis tantū est masculini,quia fœmininū propriam habet terminationem,ea est,si qua.Iurisconsult.tamen de verborum signi.l.verbum si quis. si quis,inquit, tam masculos quàm fœminas complectitur. Ant.Nebris.

Si quis,verbum hoc, tam masculos quàm fœminas complecti tur.l.j.de verb.sign.

Sisto,sistis, verbum est aliquando absolutū, pro eo quod est sto stas,vt apud Virgilium primo Georgicor. sistunt amnes, terræque dehiscunt, aliquando actiuū,significatque statuo statuis.Idem quarto Aeneid. Et sistere flumina vidi,& illud ex Euangelio:vt sisterent cum Domino,in hac significatione accipitur apud Iurisconsultos iudicio sisti, & iudicatum solui,sisti pro statui & repræsentari ponitur. Nebr.

Sistere dicitur in iudicio,qui prę stat eius,de quo agitur,præsentiam.l.item apud Labeonem. de verb.sig.vide suprà in verb. iudicio sisti cautio.

Sitocomia.i.fames vel guerra.C. vt nemi lic.in emp.spe. in glo. rub.vel dic sitocomia frumentaria dicitur: vnde sitocomæ præfectus frumentariæ. Nam siton frumentum,& como, curo dicitur,vt habetur in l. fin. ff.de administra.rer.ad ci.pertin.vbi corruptè legitur sitonias,pro sitocomas.

Sitonæ,latinè frumentatores dicuntur, quo nomine appellabantur magistrat⁹quidam qui frumentum & annonam curabant,vnde sitonia tale eorum munus.

Sitostasius erat qui vēdendo frumento præerat,secundum Alciatin l.in æstimatione. C. de frum.Alex. Lege tamen Zygostasij.

Situla, vrna est aquæ ex puteo hauriendæ accōmodata.Plautus in Amphytrione:si situlam iam cepero,illi puteo animam omnem traxero.Hiero. quoq; Esaiæ 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ reputatæ sunt: in tit.locati.in l.qui fundum. Rota quoque per quam aqua traheretur,nihilominus ædificij est quam situla. Nebr.

Situs,us,pro squallore siue inculture cuiusque rei,dictus à desinendo,quia ea quæ deserūtur ex negligentia, redduntur inculta. Virgil.primo Georg. Et segnem patiere situ durescere campum.Idem in 6.Aeneidos. Per loca senta situ, quod Seruius pro lanugine & squallore exponit, quæ fit in locis solecarentib⁹.Vlpia.li.xxxvij.Dig. de bonorum possessio. secundum Tab. l. Vetustate, inquit, vel situ putrefactum. N.



Siue euenerit, siue non euenerit, hæ orationes de se sunt contrariorum casuum, & tamen iunctæ significant puritatem, scilicet,quòd actus qui deponitur his verbis sit purus,& sumitur significatū ex hoc quod certum est alterum casuum euenturum,& sic dispositio redditur pura,facit l.necessariò. §. quòd si pendente. de peric. & commod.rei vend. vbi habetur quòd venditio facta hoc modo siue nauis ex Asia venerit siue non,est pura,vt l.si pupillus. §. qui sub conditione. ff.de noua. vbi habetur, quòd qui stipulatur sub conditione omnino extitura,purè stipulatur.vt l.itaque.ff.si cert.pet.vbi conditio dicitur,cùm in incertum confertur. Et sic pater quòd hæc conditio non reddit actum conditionalem de per se,sed hæc oratio applicata dispositioni vltimæ voluntatis eam reddit conditionalem, vt l. huiusmodi. ff. quando dies leg.ce.vbi dicitur quòd legatum hoc modo factum,siue illud factū fuerit,siue nō,est cōditionale,& intellige siue non fuerit infra certū diem, ne in infinitū expectetur.Et licet certū sit alterū casuū euenturū,tamen incertū est,an viuente legatario vel nō,& sic incertitudo facit conditionē in vltimis voluntatib⁹,facit l.j. ff.de cōd. & demōst.Secus in contractu qui purè transmittitur,siue factū existat siue non,ergo contractus factus cū ille morietur nō est cōditionalis.sed in diē.l. nā si cū moriar.de cōd.inde.Et sumitur in his significatum ex cōmuni modo intelligēdi, nisi aliud certè appareret ex voluntate testatoris vel contrahentium. Ant.Nebris.

Smyrna è Græcis appellatur,quā nos myrrham odoratamdicimus.Lucretius lib.2.Contēctus odor Smyrnæ melisque sapores.apud Galenū quoque interpres semper smyrnam verbum græcum pro myrrha reliquit, Apud Martianum tit.de publica l.interdum.sinura pro smyrna mendosè legitur.

## De S ante O.

Sobrini & sobrinæ dicuntur qui vel quæ ex patruelibus, fratribus,vel sororibus consobrinis vel amitis progeniti vel progenitæ sunt.

Sobrinus propior,& sobrina propior, sunt patrui magni vel amitæ magnæ, auunculi magni vel materteræ magnæ, filij filiæve.

Socer est pater mariti. l. sicut autem.ff.de re iudic. etiam est pater vxoris.vt ead l.

Socrus est mater mariti vel vxoris.

Adde quòd soceri appellatione continetur etiam auus mariti vel vxoris, & appellatione socrus, auia. l. soceri. de verb sign.

Socer magnus, & socrus magna, appellantur auus & auia mariti vel vxoris. l. non facile. ff. de gradibus.

Societas, est duorum pluriúmve conuentio honestè contracta, ad vberiorem quæstũ & commodiorem vsum: require suprà, Actio pro socio.

Sodales dicuntur, qui sunt conuiuiorum participes: fuit & Romæ collegium sodalium, de quo Cicero in Catone maiore: Primum, inquit, semper habui sodales: sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt sacris Idæis Magnæ matris acceptis: epulabat igitur cum sodalibus omnino modicè, huiusmodi autem sodalitates à Græcis phratria dicuntur, de quibus Aristoteles in Politicis. Erántque plerunque inhonestæ. Gellius libro 19. Adolescentem, inquit, Taurus à sodalibus conuictúque hominum scænicorum abducere volens. Casus libro xlviij. Dig. de collegiis illicitis. l. fi. Sodales, inquit, sunt, qui eiusdem collegij sunt, quam & Græci Etaian vocant, & hæc videtur ex Solonis lege translata esse: nam illicita est eadem.

Sodales, qui sunt eiusdem collegij. l. vlt. de colleg. illicit.

Solarium, vectigal quod reipubl. solvitur, ob publici soli occupationem. l. ij. ff. ne quid in loco public.

Solarium idem quod stipendium, secundum Alcia. in l. inter donum. de verb. sign.

Solennitas sumitur pro actu reali, vt solennitas stipulationis, dum quis fideiubendo se obligat interrogatione præcedente, & responsione sequente. insti. de fideiuss. §. fi. Et hoc est no tandum pro intellectu huius, si scripsium reperireturaliquem fideiussisse, quia sub hoc verbo significatur solennitas stipulationis, nisi fieret in patria tali, in qua efficax est simplex promissio. Similiter in authentico instrumento, si reperitur ibi scriptum aliquem promisisse, sub hoc verbo includitur solennitas stipulationis. l. j. C. de vsur. & §. si ita scriptum. instit. de inutil. stipul. Et sumitur significatum ex solennitate instrumenti, quod significat ibi contentum solenniter factum, etiam ex parte notariatus: quia notarij non redigunt instrumenta in scriptis publicis, nisi de actibus coram eis solenniter celebratis. Aliàs promissio non facit de se solennitatem stipulationis, secus de fideiussione, dum saltem apparet, inquantũ, pro quo, & penes quẽ, aliàs etiam nulla esset fideiussio. l. cùm de indebito. ff. de prob.



prob. §. si iuncta. l. j. de fideiuss. & sic de aliis, in quibus includitur solennitas vel non.

Solertia, id est cautela. de iure patro. c. vnic. lib. vj. per Archi. vel ingenij scientia vel astutia. no. in l. j. §. non fuit. ff. de dolo. & in l. j. C. si maior fac.

Solet, quid importet. vide Bart. in l. j. C. quomodo & quan. iud.

Solicitus dicitur inquietus, quasi solers & citus, secundum Isid. in tit. de solicitudine.

Solidus, a, um, dicitur quod integrum est, neque habet inane quicquã, aut parte aliqua fraudatum non est. Hora. 1. Carm. Aut partem solido demere de die Vlpianus de fideicommiss. liber l. ergo. §. illi. De solido, inquit, sic accipere debemus, de sorte, & de vsuris. N.

Solidum, id est firmum. Et componitur cum in, vt insolidum, id est, quilibet eorum, per se solùm, vnde locum habet in promissionibus stipulatione valatis, quæ stipulatio concipitur per verba futura, & inserit insolidum se daturos vel seruaturos.

Solidus, idem est quod aureus, & lxxij. solidi efficiunt libram auri. instit. de pœna teme. litig. §. fina. ff. de in ius voc. l. libertus. Item solidus & aureus qualiter accipiantur in iure, & quot solidi faciant libram. Panorm. in capit. conquerente. de offic. ordin. vbi Felin.

Solium Latini, Græci thronũ vocant, & est locus in quo Reges sedent. cap. quorundam. & ibi Archid. de elect. in vj.

Soluendo esse, est habere vnde soluat, vel soluere possit insolidum per se vel per alium. ff. de verb sign. l. soluendo. & sic dicitur quis esse soluendo. Econtrà non soluendo dicitur ille, qui soluere non potest.

Solum, idem est, quod terra: vnde

Sit tibi terra solum, quo possunt vincere solum.

Vbi primum est substantiuum nentri generis, secundum adiectiuum masculini generis: vnde dicitur:

Quicquid plantatur, seritur, vel ædificatur:
Omne solo cedit, radices si tamen egit.

Insti. de rer. diui. §. cùm in suo.

Solus est cui nullus est contrarius. dist. viij. si solus.

Soluta oratio dicitur, quæ neque coniunctim neque disiunctim connexa est, vt cùm dicitur in instrumentis, vendidit, dedit, tradidit, & alia id genus. l. sæpè. de verb. sign.

Solutio secundum Goffre. est rei quæ debetur redditio. Institut. quib. mod. tol. obl. in princ. vel largè est ab obligatione liberatio. Et alia est naturalis, siue vera, quæ fit per redditionem eius quod debetur, alia ciuilis siue imaginaria, & fit multipliciter: per nouationem, delega-

zionem, acceptilationem, vel compensationem, de quibus in locis suis.

Solutum matrimonium dicitur siue morte siue diuortio. l. cùm querebatur. ff. de ver. sign. & l. si quis. ff. solu. matri.

Solutus dicitur cui libera facultas recedendi est. l. qui neque. de verb. signifi.

Sonticus morbus est ille qui per petuò nocet, nisi sit curatus, vt de suprà morbus.

Sordes apud Iurisconsl. significat auaritiam.

Sors est ars diuinandi. Diuinatio autem propriè in malo sumitur. Item etiam sors idem est quod sortilegium, vt extrà de sorti. Item sors est portio hereditatis, eo quod per sortes solent diuidi hereditatum portiones. de præben. cùm secundum apostolum. xxj. distin. cleros. Sumitur etiam pro fortuna vel euentu. xxvj. quæstio. ij. sors. Item pro capitali capitur, vt de vsur. c. j. & ij. de hoc vide gl. in procæ. cle. in verb. sortis.

Sortilegium est quando aliquid per creaturam diuinatur. Et species diuinationis numerantur. xxvj. quæst. iij. c. igitur. & eadem cau. quæst. v. episcopi. & c. nec mirum.

Sortilegi vel sortilegistę sunt diuinatores, vel isti qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas sanctorum vel apostolorum vocant sortes vel diuinationes, sententiã vel scientiam profitentur, siue diuinationis, aut quarumcunq; scripturarũ inspectione futura promittunt. vt xxvj. q. c. j.

Sotulares dicuntur quasi subtalares, à sub, & talo. Et aliàs subboti, genus calciamenti: vt in cap. ne in agro. de statu mo.

## De Sante P.

Spado quis sit: vide ff. de excusatu. l. spadonem. & institu. de adoptionib. §. illud. & vide suprà in verbo, castratus.

Species significat terminum significatiuũ plurium differentium numero: vt homo, ille terminus significat omnes homines inter se differẽtes numero, qui terminus homo significatur per hoc nomen species, prout est vnum de quinque prædicabilibus. Sed secundum legistas sumitur species quandoque p indiuiduo: vt Seius, Stichus, fundus Cornelianus.

Species apud veteres Iurisconsultos frequenter accipitur p eo quod recẽtiores dicũt casum. aliquando tamen significat id quod fit ex aliqua materia, vt in §. cùm ex aliena. Inst. de rer. diuis. quandoque ponitur pro parte. §. nunc autẽ. Inst. de iure nat. & l. ij. de liber. agnosc.

Speciale delictum quod, vide in verb. delictum.

Speciosas personas acciperedebemus clarissimas personas vtriusque



triusque sexus: itẽ easquę ornamentis senatoriis vtũtur. l. speciosa. de verb. signific.

Spectabiles qui, require suprà in ver. magistratus, & est optima gl. in authen. vt ab illustri.

Spectacula sunt quæ fiũt in loco, vbi ludebãt tragœdi & comœdi, vt dicunt Græci, & habetur in authe. de consulibus. & spectaculum prohibitũ est, prout importat effusionẽ sanguinis. C. de gladi l. vnic. libro xj. & l. legatum. ff. de vsu. & vsufr. Sed ludi permittebantur ad lætificationem populi, vt comœdiæ & similia. l. ij. & iij. C. de specta. lib. vj.

Specularia, quorũ fit menito in l. quæsitũ. §. itaque. de fun. instr. cõficiebantur ex speculari lapide in tenuissimas crustas secto, & pollucido, vt tradit Alciatus in l. malum. de verb. sign.

Specularij inter artifices nominãtur. l. j. C. de excu. artif. lib. x.

Speculatores propriè dicũtur prę fides prouinciarũ. l. j. C. de priuicar. & l. ordinariorum. C. de cohor. lib. xij. & eorum auctoritas est magna. Panor. in cap. suspitionis. de officio deleg.

Speculum quasi exemplum est. c. enimuero. xix. dis. vnde ecclesia Romana est speculum aliarũ: vt d. c. enimuero. & triplex speculum, secundum Archi. in §. ecce. xxxvj. distinctio.

Specus est altus locus supra terrã per quem ducitur aqua. ff. de riuis. l. j. §. specus. Itẽ poniturpro fossa qua colligitur aqua, & est ampla & rotunda ff. de aqua plu. arcen. l suprà iter. vbi glo. ponit differentiam inter specus, & cuniculum, vide suprà in litera C.

Sperãt, id est, putant. insti. quibus ex cau. manumit. non liee. §. in fraudem. versicu. sæpe.

Spæristerium, locus est vbi pilla luditur: nam sphæra pilla interpretatur, & sphæristes qui pila ludit. Sueton. in Vespasiano: Fauces, inquit, cæteraque membra sibimet ad numerum in sphæristerio defricaret. Plinius in epist. Apodyterio superpositũ est sphæristerium. Lampridius in Seuero scribit eum de disse operam sphæristerio. Vlpianus li. xvij. in titu. mandati. l. siquis mihi. Hypocausta, sphęristerion, & quædam ipsius valetudini apta sua impensa faceret. Accur. velut œstro quodam percussus diuinat sphæristerion esse locum amœnum herbis. Ant. Nebr.

Sphæristerium, de quo in l. si quis mihi. ff. mand. locum fuisse in balneis, Bud putauit. Lamprid. in Alex. accepisse videtur pro locoad ludũ pilę accõmodato.

Spica nardi, quæ spica quoque cilissa vocatur, Græcè dicitur stachys nardi, de qua inter cætera Iurisconsultus meminit in titulo de publicanis. l. interdum. Nardi stachys, inquit, id

est, spica nardi. Nebr.

Spiculatores, pro apparitoribus. l. diuus. ff. de bon. dam. Legendum ibi speculatores, & sunt carnifices. Firm. lib. ij. cap. xxvj.

Spoliatio est à possessione rei immobilis, violenta, & injuriosa dejectio, vel rei immobilis ablatio: dicit violenta, quia si quis sponte possessionē suam renuntiauerit, vel abiurauerit, locum non habebit spoliatio, & per consequēs nec restitutio: nam restitutio spoliatorum est ablatorum in indicio redintegratio. Et quia credendum est canones loqui sano intellectu, spoliatus intelligitur in casu, quo criminaliter accusat, qui tota sua substantia, vel maiori parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos opponere debemus. Habet enim spoliatus priuilegium, vt non possit exui iam nudatus: vt est text. in cap. frequens. de restitut. spolia. lib. vj. Vnde,

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Vide Goffre. in Sum de restitu. spol. vbi prædictam definitionem spoliationis subtiliter declarat.

Sponsus & sponsa sunt qui inter se de futuris nuptiis promittunt per verba de futuro, à spondeo sic dicti, id est, promitto, vt l. iij. ff. de sponsal.

Sponsa dicitur etiam quam pater spondet alicui futuram sponsam seu vxorem: vt l. ij. ff. eod. titulo.

Sponsalia sunt futurarum nuptiarum conuentio & repromissio. ff. de sponsal. l. j. & xxx. quæst. v. nostrates. & ita iste consensus est de futuro matrimonio. Cōsensus verò nuptiarum est de præsenti matrimonio. Sed dicit Placen. eundem esse cōsensum sponsalium & nuptiarum. Sponsalia autem dicta sunt à spondeo: nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi vxores futuras: vt l. ij. ff. eodem titulo. & inde sponsi & sponsæ appellatio nata est, & certè stipulatio potest interuenire, sed non necessaria. Et nota, quòd sponsalia dissolui possunt pluribus modis, secundum Ioan. Andr. in tractaculo super quarto decretali, & not. super rubr. de sponsal.

Sponsalitia largitas dicitur, quod dat sponsus sponsę, sine animo tamen recompensandi, sed omnino gratis, vel econuerso. Et ista donatio dicitur cōtractus de iure ciuili. vt in §. ius autem gentium. insti. de iure nat. gent. & ciui. in gl. super verbo penè.

Sponsio appellatur omnis stipulatio promissióque, etiam quæ non fit per sponsi interrogationem l. sponsio. de verb. sig. hinc & sponsor dictus, licet gloss. in auth. de fideiuss. cū tantū sponsorem esse crediderit qui sponte & à nemine rogatus pro alio se obligat.



Sportulę sunt salaria apparitorū, vel secundum Azo. C. eod. tit. fortè apparitores ista non sibi, sed pro fisco recipiebant, & illa reponebantur in sporta, vel in aliquo simili vase, vt corbe, in quo cōsueuerunt aliqua portari, & ita sub tuta custodia fisco conseruabantur: & sic continentia ponuntur pro contentis, vt C. de spor. & sump. in rubro & nigro. Appellantur sportulæ, & iudicantium mercedes.

Spurco, spurcas, præter eam significationē quam habet in promptu, significat etiam vinū aqua diluere: quoniam vt ait Festus Pompeius, spurcum vinum dicebatur, quod erat aqua mixtum. Vlpianus ad legem Aquiliam l. si seruus. Qui vinū, inquit, spurcauit, vel acetum fecit. Sed & aquæ dicuntur spurcari, cùm corrumpuntur aliqua re, quæ illas vitiet iniecta. Paulus de extraordinariis criminibus. l. j. Si aquas, inquit, spurcauerit. Nebris.

Spurca est aliquod turpe, p quod aqua turbatur. l. apud Trebatium. ff. de aqua pluuia arcend. l. si seruus seruum. §. inquit. ff. ad legem Aquil. & l. j. § j. ff. de extraord. crimin.

Spurcare vinum, est aqua infusa vitiare, & ita sumitur in d. l. si seruus. ad legem Aquil. vt ibi annotauit Bud. ex Festo.

Spurius dictus est, qui Græcè dicitur nothus, sic appellatus, vel quasi sine patre, vel ab eo quod est Græcè sporon, quod significat pudenda: nam sporus est semen. In primo Institutionum libro, in titul. de nuptiis, mendum est manifestum, spadon, pro eo quod esse debuit spora. Solent, inquit, filij spurij appellari à Græca voce spadon, tu lege sporon. Nebr.

Spurius, est filius ex incestuosis nuptiis natus, & dicit à Græca voce, parathimporan, quod est vulgò cōceptus, vel sine patre, vt ff. de ita. ho. l. vulgò cōcepti. Vel est natus de concubina: vt de renunc. c. nisi cùm pridem. §. personæ verò. in glo. quę distinguit nothum, spurium, manserem, & naturalem.

Spurij qui dicantur, vide Panor. in c. tanta. ver. quidam sunt filij spurij. qui filij sint legt.

## De S ante Q.

Squalor est infectio propter multitudinem carceratorum. l. si quis. C. de custo. reorum.

## De S ante T.

Stabularius, is dicitur, qui mercede in tabernam meritoriam viatores excipit, qui caupones quoque dicuntur. Apuleius in primo de asino. Pretio mansionis stabulario persoluto, viam capessimus. Idem in eodem.

stabulum pro ipso loco diuersorij. Ianitor,inquit, pone stabuli ostium humi cubitans. Vlpianus titulo de iniuriis. Ad meritoria, inquit. vel stabula non pertinebit. Vlpianus libro tertio Dig.tit.de iis qui notantur infamia.l.Athletas. puta,inquit,si caupo fuit vel stabularius. Nebris.

Stabula antiquitus pro diuersoriis & tabernis accipiebantur: vnde stabularij dicti. Est tamen quando stabulum positum inueniatur pro septis,quibus iumenta gregesque stabulantur, & ita ferè hodie hæc vox vsurpatur.l.eo iure.in quibus caupig.vel hypo.ta.con.

Stabularij dicuntur qui aduocatis hospitibus& stabulariis præponuntur,à stabulis sic dicti: Qui verò sic receperunt hospites,& qui sine equis,vocantur caupones.

Stadium est octaua pars milliaris Italici, quod(vt historicè refertur)Herculesvno anhelitu curebat,&postea stabat,& est spatium centum & triginta passuum,secundum Azo. insti.de rerum diui.§. vniuersitatis. in ver.stadia.

Stallus in choro & locus in capitulo censentur de partibus beneficij canonicalis.Parnomita.in capitulo,cùm inter.de renuntia.

Statim,vide suprà, in ver.facere. Et ibi dictis adde, quòd hoc aduerbium statim, aliquando denotat idem quod ipso iure, secundum Ias.in §.tursus. Instit.de actio.

Statio,onis,aliquãdo accipit pro vigilia,vt apud Ouidium primo Metamorph. Atque omnes in statione manebant.Modestinus tit.de re milita.l.desertorem. Qui stationis, inquit, munus reliquit. Hinc milites stationarij dicti,qui sunt vigiliis deputati. Vlpianus titulo, de officio præfecti vrbi.l. omnia omnino. Milites, inquit, stationarios habere ad tuendam popullarium quietem. Aliquãdo statio accipitur pro portu in quem se recipiunt naues,aut ex tempestate,aut negociandi gratia. Virgilius tertio Aeneidos: Nunc tantum sinus & statio male fida carinis. Idẽ in quarto Geor. Deprensis olim statio tutissima nautis. Vlpianus titul. de fluminibus. l. ait prætor. Stationem, inquit, dicimus à stando.is igitur locus demonstratur vbi naues stare possunt. Nebris.

Statio modo significat vigiliam, vt in l.desertorem. de re milihinc stationarij milites, modo sumitur pro omni loco,vbi naues tutæ stare possunt.l. j.§ stationem.de flumi.& ne quid in flumi.publi.

Stationarij dicuntur milites qui vt alicubi teneant stationem, sunt constituti. Possunt etiam dici librorum venditores,quia stationem faciunt pro libris vendendis.Item dicuntur elee mosynarum quæstores.in cap. cùm ex eod.de pœni. & remis.

Statiua dicuntur loca, in quibus aliquis moratur,à stando.

Statores sunt nuntij, vel apparitores magistratuum, qui reos in ius vel in carcerem ducunt. l.obseruare.ff.de offic.proconsu.& lega.licet alibi mendosè legatur stratores,vt in l. in eadem.ff.ex quibus causis maio.

Statua secundum Papi.est simulachrum,idolum, imago. Et est differentia inter statuam & imaginem,quia in statua nihil est quod non designet effigiem hominis, in imagine est pictura sola,& multæ partes quæ non designant mẽbra hominis, vt dicit glo.super rub.C.de statu. & ima.& Azo.in Sum.C.eo.ti.

Statuimus bene significat sententiam deffinitiuam,vt c. in his, de verb.sig.& importat cõmuniter nouũ ius, secus decernimus &innouam⁹,vt in c.decernimus,de iudic.& in c.innouamus.de treu.& pa. Nam decernimus discussionem dubij,innouamus antiqui iurisrenouationem,& statuimus noui iurispromulgationem importat.

Statuliber est, qui statutã & destinatam in tempus vel in conditionem habet libertatem.l.j. de statulib.

Status est conditio hominis, in qua vt plurimum potest, vt ait Pla.

Statuta libertas, est libertas concessa sub conditione,vt dicendo,lego seruo meo libertatem: si nauis ex Asia venerit.

Statutum est ius ab homine positum,vel dispositio ex qua ius producitur, nã est idem quod lex municipalis, seu ius ciuile quod vnaquæque ciuitas sibi constituit.insti.de iu. nat. gen. & ciui.& significatur ius statuti ex verbis in statuto positis, quæ significant quod sonant, aut strictius,aut extensius, vel aliter:prout obscuritas eorum declaratur,seu quouis medio probabili concluditur, de quo latissimè Doct. maximè Bart. in l.oẽs populi.de iust. & iure.

Stellatura,nomen erat militaris annonæ,vt autor est Bud. in l. moris.ff.de pœn.

Stellionatus crimen, latissimè patet,de quo apud Iurisconsultos titulus est, atque vt semel dicam circa quod genus crimis lex stellionatus versetur. Vlpianus. l. 3.ff. de crim.stell. breui ostendit dicens,q⁹ vbicũque crimẽ nomine caret,illic stellionatum obiicimus,dictus est stellionatus à stellione animalivenefico atque hominum generi inuidente, quippe qui cùm intelligat exuuias multis morbis esse remedio,cùm primum illas deponit, illico deuorat.Plinius libro 30.de stel-

lione: Nullum,inquit, animal fraudulentius inuidere homini tradunt:Inde stellionum nomen in maledictũ translatum à Græcis dicitur Ascalabores: Aristoteli Colotes,vulgò persuasum est esse Taurutulam bestiolam in Apulia notam. Anto.Nebris.

Stellio dicitur qui animo inconstans,& varius est verbo vel facto,vel qui rem aliquam obligauit alicui,&deinde impigno rat alij non facta mentione de primo,& generaliter quod in his criminalibus causis dicitur dolus,in ciuilibus dicitur stellionatus. Stellio enim propriè est animal variis maculis plenum & venenatum , simile lacertæ,& est corpore pictum lucentibus guttis,vide hoc suprà,crimen stellionatus.

Stichus est nomen proprium.

Stigma est signũ vel instrumentum quo brachia fabricensium figurabantur, cui erat impressum nomẽ Imperatoris, facies verò eorum non figurabantur, vt l.si quis.C.de pœ.secundum Ioan.And.in c.si index laicus. de senten.excom.lib.vj.in glo. verbi agnoscitur.

Stylus aliquando ponitur , id est dispositio.C.de sacrosan. eccl. l.j Item quomodo differt ab vsu vel consuetudine : vide.ff. de leg.l.de quibus, & Ioannes Andreas in no. in capitulo fin. de consuetud.

Stillicidium quid sit, vide inst.de serui.§.item prædiorum.

Stinarij dicuntur amatores,idem dicuntur carnearij.

Stipatus,id est vallatus , fulcitus secundum Ioan.And. in ele pastoralis.ver.stipatũ. de re iudi.

Stipendium , merces militum,à stipe, hoc est pecunia. l. ager. de verb.sign.

Stipes est persona à qua alij originem ducunt.

Stipteria Græcè,Latine interpretatur alumen,quoverbo vtitur sæpe Galenus, vel potius Galeni interpres : dictaque est stypteria à stypto , quod est astringo,quoniam alumen vim habet astringendi.Vlpianus titulo de rebuseorum qui sub tute la.l.sed si Silapidacinas,inquit, vel quæ alia metalla pupillus habuerit stypteriæ vel cuiuslibet alterius materiæ. Nebr.

Stipteria,cuius mentio fit in l.iij. de reb.eo.qui sub tute. significat alumen,vt ostendit in Parer.Doctissimus Alcia.

Stipula illecta dicitur culmus cũ spica non collectus,sed in metendo derelictus, quem postea rustici , cùm supereſt ocium, colligere solent.l.Sylua. de verborum significatione.

Stipulatio est firma verborum cõceptio, qua quis aliquid se facturum daturúmve promittit alteri super hoc ipsum interroganti , & dicitur à stipulon Græcè, quod est firmum Latinè:denominatur etiam à stipite. Constat autem stipulatio ex interrogatione præmissa,& responsione subsequenti: quẽadmodum contradictio ex affirmatione & negatione,hoc modo promittis vel dabis mihi decẽ:promitto vel dabo tibi.Quãdoque dicitur stipulatus ille qui promittit per stipulationẽ passiuè.Vel sic, stipulatio est solennis promissio facta interrogatione præcedente, & responsione sequente.

Stipulationum alia est pura , alia conditionalis, & alia in diem.

Stipulatio pura est quę necsit sub conditione,nec in diẽ, sed purè,vt dicẽdo,dabis hoc? dabo.

Stipulatio conditionalis habet fieri sub conditione hoc modo, promittis mihi dare centum si nauis ex Asia venerit? & respondes promitto.

Stipulatio in diem fit hoc modo, dabis mihi decem in calendis Iulij? & respondes,dabo.

Stipulatio Aquiliana est quæ nouat omnẽ cõtractũ,vt sic quicquid mihi debes ex quacũque causa idem mihi promittis? si enim ex mutui datione mihi debitor fis , velimque acceptũ ferre.i.per acceptilationem remittere,non poterit res expediri nisi per obligationem quę in rem contrahitur.Require suprà,Aquiliana actio.

Stipulatio prætoria ideò dicitur quia à mero prætoris officio proficiscitur.insti. de diui. stip. §.prætoriq,&harum stipulationum prætoriarũ videntur esse tres species, scilicet iudiciales cautionales,& cõmunes.Iudiciales eas dicimusquę propter iudicium interponuntur, vt ratum fiat iudicatum solui,& ex operis no.nuncia.Cautionales sunt quæ instar actionis habẽt, & vt fiat nouatio , intercedũt, vt de legato stipulatio,& de tutela,& ratã rẽ haberi,& damni infecti.Communes sunt stipulationes quæ fiunt iudicio fistendi causa. Et omnes stipulationes natura sui sunt cautionales,hoc enim additur in stipulationibus , vt quis cautior sit & securior interposita stipulatione.

Stipulor,stipularis , verbum frequens est apud Iurisperitos, significatque promittenti assentire:& ferè ad aliquid sunt promitto,& spondeo, ei quod est stipulor,vt si dixero, promitto tibi centum aureos,tu respondebis,stipulor à te centum aureos. Hinc nascitur contractus stipulationum spõsionúmque.Seruius Sulpitius in libro quem scripsit de dotibus,citaturque à Gellio libro quarto. Noctium Atticarum : Qui vxorem,inquit , ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat,stipulabatur eam in matrimonium ductum iri , qui daturus erat, item spondebat ductum: ũ

quæ

quæ promissa erat, sponsa appellabatur: qui spoponderat ducturum, sponsus. Colume. lib.11.Fœnoris,inquit,tui Siluine quod stipulanti spoponderam tibi. Dictúmque est stipulari, vt ait Varro de lingua Latina,à stipe,hoc est pecunia: quoniam qui pecuniam obligat,stipulari dicitur, hinc stipulatus,us. Papinianus in titulo soluto matrimonio. l. post dotem. Non erit impediendus pater, quo minus ex stipulatu agat. Ant.Nebr.

Stipulũ veteres firmum appellabant fortè à stipite descendens secundum Iustinia.in§.primo. de verb.oblig.instit.

Stirpes sunt ferulæ seu virgulta, quæ de radicibus nascuntur.

Stola vestis erat ad talos demissa,matronarũ insigne. Ouid.secundo de tristibus: Quas stola contingit, & stola sumpta decet. Vlpianus de auro & argento legato l.vestis. Muliebria,inquit,sunt,veluti stolę,pallia,tunicæ. Ant Neb.

Stola species erat antiquitus vestis muliebris l.vestis. de auro & arg.leg.

Stragulus,a,um, est quod sterni solet aut lecto, aut strato, aut equo,aut iumento, vt melius iaceas siue sedeas. Hinc vestis stragula, ephippium stragulũ, & stragulum substantiuè. Varro de lingua Latina: Quicquid lecto sternebant, à sternendo stragulum appellabant. Apuleius libro quarto de asino: Vestem stragulam subiectam iactare consuerat Plinius libro septimo: Frænos & stragula equorum Peletronium inuenisse ferunt. Vlpianus titu. de verborum significatione. l.in stratum. In stratum, inquit, omne vestimentum contineri quod iniiciatur, Labeo ait, neque enim dubium est,quin stragula vestis sit omne pallium. In victu ergo vestem accipiemus non stragulam, in stratum omnem stragulam vestem. N.

Stragula vestis est. l. vestis. §.j.& fi.ff.de auro & argen. legato.l. j.iuncta l.sequenti. & l.quæsitum.§.sed si fundus.ff. de fundo instructo.

Stramenta,dicuntur calami frumentacei spicis demissis, dicta à stando,siue à sternendo. Varro primo de re rustica: Cùm comprehendit,inquit, fascem spicatum desecat,& strumenta stantia in segete relinquit, & paulò post, Alij stramentum à stando dictum putant, quasi stamen. Alij à stratu, quod substernatur pecori. Calami igitur qui lecto insternunt stramenta appellantur. Vlpianus libro xix titulo de actionibus. Dig.empti.l.fundi. Fundo, inquit, vendito vel legato sterquilinium & stramenta emptoris & legatarij sunt.

Stramenta dicuntur quicquid solo quiescendi gratia insternitur,veluti storeæ,paleæ,& mattæ,quæ vulgò dicuntur mattacia.l.quos.§.vlti. vbi Alciat. de verborum significe.

Stratores etiam à sternendo dicuntur, quia custodientes in carcere reos condemnatos puniebant,vel stratores dicuntur esse isti, qui stabulis vel equis stantibus in eis præsunt. Et dicuntur à stratorio, id est stabulo,secundum Accurs.C.de stratore.lib.12.in rubr.

Stratum dicitur generaliter omne genus vestis vel omne indumentum.vt ff. de verb. sign. l.stratum, aliàs instratum, sed magis propriè vestes cubiculares dicimus stratum, à sternendo. Etiam via publica strata dicitur.

Stratura est locus vilis ad iacendum dispositus.in auth.de monachis.§.cogitandum.

Strena est donum factum Kalendis Ianuariis.C.de aduo.diuer. iudi l.laudabile. & xxxvij.dist. legant episcopi.

Strepitus,id est clamor vel tumultus,extrà,de electione. c. quorundam.in princ.lib.vj.per Archid.& dicitur quandoque vocatio.l.ij.C.de epis.& cler.&de causis commissis sine strepitu & figura iudicij.clemen. sæpè, & ibi plenè per Ioan. Andr. de verbor.signif.

Strepitus iudicialis, extrà,de sen. c.vlt.& vide.C.de fals.l.vbi.



Stricti iuris quot modis dicatur, vide C.de iudi.l.placuit,& per Archid.de appel.c.fi.lib.vj.

Strobylus,dicitur tum arbor ferens nuces pineas, tum ipsæ nuces pineæ.Plin.lib.16. de pini generibus: Easdem, inquit, arbores esse per oram Italiæ, quas strobylos vocant. Galen. libro 2.alimentorum. capit.de pineis nucleis. Vocant, inquit, ipsos qui nunc Græci,non conoa,sed strobylos. Idem in 7. decameridon: Quos omnes,inquit,Græci nominant strobylos, antiquitus ab Atticis dicebantur coni. Vlpia.tit.de leg. 3.l ligni appellatione. De pinu inquit,integri strobyli. Idem tit.de verb.sig.l.carbonũ, superiora verba repetit. Nebr.

Strobyli,nuclei pinei.l.Carbonũ. de verb.signific.

Structile opus, Require, Opus structile.

Studium(vt dicit Azo) est vehemens & assidua ad aliquã rem agendam cum summa voluntate occupatio.ex qua voluntate labor in opus defertur, & perdit laboris tædium versus in oblectamentum.

Studium liberale & Latinũ olim tantum erat Romæ & Constãtinopoli:in aliis autem locis non nisi ex priuilegiis, vt C.de stu.li.in rubro &nigro.lib.xj.& in procemio Digestorũ.§. hæc autem tria, hodie Imperio scisso studium in multis locis fit,

&

& maximè Bononiæ,quæ legatis studij obtinet monarchiam.

Stuprum est illicita virginis defloratio,quamuis in vidua cõmitti dicatur, nisi sit meretrix vel licita concubina secundum leges.ff.de concubi.l. in concubinatu.in fi. Item committitur in pueris. ff. ad legem Iul. de adulter.l.stuprum.

## De S ante V.

Suarij Require suprà,Porcarij.

Suasio accipitur in bonã partem, vel etiam in malam. ff. de ser. corru.l.j.§ persuadere. & C.de fur.& ser.corrup.l. si quis.

Sub, aliquando exponitur, id est post, de interd.& releg l.j. aliquando,id est coram.C. de iureiur.l.generaliter.§. fin. Item sub,qualiter ponatur, not.in l. Mathematicos.C. de episcop. audien.& vide ibi glos.

Subarrhatio fit per annulum datum sponsæ sine aliis verbis,fit etiam aliis modis,vt not. in c. si quis vxorem.xxvij.q.ij. & in c.fin.de despon.impub.

Subdiaconi dicuntur qui subiacent officiis & præceptis Leuitarum.c.cleros,xxj. distinct. & eorum officium est calicem & patenam ad altare deferre & Leuitis tradere. cap. perlectis. xxv.distinct. nec debet aliquis ordinari in subdiaconum nisi promissa castitate. xxviij. dist. §.ecce.& ca. ij. seq. & tempore Apostolorum Subdiaconatus non erat ordo sacer. c. nullus. lx.distin.hodie secus.c. à multis extrà,de xta. & qualit.

Subdisiunctiua coniunctio à grãmaticis sic definitur,quæ voce disiunctiua vtrunque adesse significat,vel simul vel discretè, vt Alexander siue Paris: nam qui prius vocabatur Alexãder Priami filius, postea cognominatus est Paris,dormit vel disputat,nam potest neutrum facere. Sed de particula subdisiunctiua, quanquam ad grammaticum pertineat disserere, copiosissimè disputauit Proculus Iurisconsultus in titulo ,de verborum significatio. l. hæc verba,&c. Nebr.

Subdisiunctiua est quæ diuersa diuidit, siue ea simul esse possint, siue non, diuersa autem hic intelligenda sunt, quæ habent medium , veluti cum dicimus,aut sedet, aut ambulat: quorum medium est accumbere siue stare. Idem si inuicem non repugnent , vt cùm dicimus , omne animal aut agit, aut patitur:potest enim simul & pati & agere. l. hæc verba ille aut ille.ff.de verb.sign. Sed & quoties sensus coniungitur, licet verba disiungantur , subdisiunctiua est , vt Alexander siue Paris.Bartol.in rubric. C. de nauicular. libro vndecimo. Idémque si aurum vel argentum à te petam , non enim alterum peto, vt alterum excludam,



dam,cùm vtrunque sim paratus accipere.

Subditus propriè dicitur ratione domicilij. glos.est in clemen. vnica.in verbo subditos,de foro competen.& vide Panorm. in ca.iij.de appellatio. & in gl. in capitulo nuper.de senten.excommunica.& glossa est in ca. statutum. §.cum verò.de rescriptionibus.lib.vj.

Subgrundæ,sunt regulæ propendentes extra tectum domus ad parietum defensionem, ne imbribuscorrampantur.Varro li. 3 de re rust.Aues subt' subgrũdas,inquit , ab initio villatico vsas tecto.Vitruuius libro 10. Pinnas,inquit.ex tabulis & supernè subgrundasproclinatas. Labolenus de verborum significa.l.malum nauis , inter proiectum , inquit , & immissum hoc interesse Labeo ait, quod proiectũ esset id quod ita proueheretur,vt nusquam requiesceret,qualia mentana & subgrundaria essent , id est, tecti partes impendentes ad parietum munitionem. Plinius tamen subgrundas accipit pro tegulis inferioribus: nam in tectorum structura duo sunt ordines tegularum,alter superna rum,alter infernarum. Scribẽs nanque libro xxv. de duobus Sedi generibus,hoc est, maioti & minori: dicit minorem appellari hypostegon , & subdit causam cur sic appelletur, quoniam in subgrundis ferè nasci tur,hoc est in tegulis inferioribus,id quod vulgò videmus in tectis nasci. Ant. Nebr.

Subhastari est rẽ vænalem proponi hasta supposita , quod frequens est circa prædia quæ nũtiant' vel censentur fisco vacare , & sic per subhastationem plus offerenti debetur.

Subhasta,id est prœconizata,l ordo C.de execut.rei iudic. & de subhastatione habetur in authent.hoc ius porrectum.C.de sacrosanctis eccle. & qualiter fiat,vide Specu.in tit. de empt. & vendi.§ 4. versicu. hoc quoque,& per Bar.in l.licitatio. ff. de publi.& in l. si tempora. C. de fide instru.& iur.ha fisc.

Subgrunda est vna pars tecti vniuscuiusque domus , quæ incumbit extremis capitibus tignorum tectualium , vt ff.de his qui deiec.vel effude.l.si vero.§.prætor ait. Et aliàs dicit' subgrauida vel subgrandia.

Subiectiuum est de natura subitũctiui,Felinus pulchrè in capitulo ad hæc,de reseriptis, & c. primo post principium.de testibus cogendis.

Subnotare dicimur,cum quasi inuentarium conficimus, adscribimúsque quot corpora instrumentorum sine,& de qua re.l. fin.de bo.auto.iud.pos.

Subornatio est informatio facta per aliquem de veritate tacenda,& falsitate dicenda, secundum

dum Gulielm.de Mon. Lau.in clemen.testibus.de testib.

Subpunctare literam est eã damnare punctis suppositis, vt quãdo litera superflua inferius pũctatur,vt habetur suprà,in litera C,de ver.Cancellare.

Subrogare & aliquem in locum alterius substituere, vel constituere,vt officiales vel iudices alios subrogant.Et potest scribi r, pro b, commutando, vt furrogare.

Subselhum,est sella inferior. Varro de lingua Latina:A sedendo inquit, sella & selliquastrum, deinde ab his subsellium, vt suscipere quod non planè sapit, sic subsellium dictum quod non planè erat sella.Iuuenalis: sed cùm fregit subsellia versu. Florentinus de suppel.leg. l.supellectili.Trapezophora, delphica subsellia.Item de acquirendo rerum dominio.l.Adeo. Neb.

Subsidiaria actio. Require suprà, Actio subsidiaria.

Subsignare est subscribere, vt testes in chirographo solent signare:& quasdam notulas subscribere. Et quando subscribens se consentire dicatur, & quando non:est bona glo.in c. si quis presbiterorum, in verbo subscripserit.de reb. eccles. non alienand.

Subsisto, pro eo quod est adhæreo siue dubito:nam qui incedẽs subsistit, videtur de aliqua re deliberare quid agat, vt de Aenea Virgil.1.Aeneid. dixit: Substitit hic, arcúmque manu celeréque sagittas Corripuit. Callistratus lib.50.tit. de iure immunit.l.semper.Subsisti, inquit,potest,an prohibendi sint à præside. Item Vlpia.lib.3.tit. de procur.l.seruum.Quantum inquit, ad filiumfamilias verũ est,in seruo verò subsistimus. Hic serie verborum coactus Accurs.non potuit nisi verè interpretari, exponens pro eo quod est dubito. Neb.

Subsistere est dubitare.l. semper. de iure immunita.& l.seruum. de procurator.

Substantia est per quam materia in certam speciem deducitur, vt in vasis vel vestibus artificium:in emptionis contractu, pretiũ,& ita differt à materia, forma,& solẽnitate, de quibus dictum suo loco.Doctores tamen quandoque hæc nomina indifferenter vsurpant, diffiniúntque substantiam generaliter esse, quę necessariò ad rei essentiam requiritur. Nonnunquam etiam substantia significat patrimonium,vt in l.vlt.C. de verbor.significic.

Substantiuum reuertitur ad adiectiuum, vt ratio & vindicta, id est rationabilis vindicta. ff. de offic. procur.l.obseruare.§. proficisci. de aqua plu.arce.l.j. in princ.Item substantiua duo copulata quandoque resoluuntur in adiectiuum, & alterum ex ipsis duobus substantiuis,vt vis ac potestas. i. violenta potestas.ff.de tute l.j.



Substitutio est secunda conditionalis institutio,quia institutio dicitur primus gradus, & substitutio secundus.Et licet substitutiones in infinitum de vno in alium possint procedere, tamen omnis institutio post primam dicitur substitutio, & secundus gradus, sicut secundæ nuptiæ dicuntur omnes quę sequuntur primas. Et diuiditur, quia substitutionum alia est directa,alia obliqua.Et no.differentiã inter verbum directum obliquum,& commune. Vnde directum est quod significat, vt ille, cui relinquitur, vel in quem disponitur,sua manu recipiat,vt est verbum instituo,vt patet.ff.de hered.insti. Item illud,heres esto:vt ibidem. Item accrescat;similiter verbum capiat,vel accipiat. Sed verbum obliquum est quod significat, vt ille in quem disponitur, vel cui relinquitur,de manu alterius accipiat,vt est verbũ restituo, facit l.restituta. ff. ad Trebel.& per tot.titul. Item volo, & quando per fideicommissum pars hereditatis est restituenda.l.pater filium.§.fin.ff.de legat.iij.Item verbum rogo, &c. Sed verbum cõmune est, quod vtranque significationem habet,siue de manu sua siue de alterius quis recipiat, vt est verbum substituo,sicut in l. Centurio.ff.de vulg.substit. Habet enim quandoque directam significationem, quandoque obliquam.

Substitutio directa dicitur, cùm nullo mediante quis capit hereditatem definientis, & directè efficitur heres ipsi testatori qui instituit eum. Instit. de pupilla.substit.§.quo casu.Et hæc subdiuiditur,quia alia est vulgaris,alia pupillaris,alia exemplaris, alia breuiloqua, siue reciproca, alia compendiosa.

Substitutio vulgaris dicitur quia vulgò ea à quolibet fieri potest,dum tamen hic testamentum facere,& ille ex testamento capere possit. Et hæc diuiditur,quia quædam est vulgaris expressa & quædam tacita. Substitutio vulgaris expressa est,quæ fit verbis negatiuis expressis, hoc modo. Titius heres esto,& si ipse heres non sit vel erit,Seius heres esto, id est sit:sic enim instituo mihi Titium heredem,vt si ipse noluerit vel non potuerit esse heres, sit heres Seius Substitutio vulgaris tacita fit per verba affirmatiua,veluti cùm non miles puberem & impuberem heredes instituit, & communi verbo eos substituit, hoc modo, Sei impubes, & Meui pubes, heredes estote vel sunto, quos vnanimiter inuicem substituo,

vel sic,& in idem redibit, puberem Seium & impuberem Meuium heredes facio, & eos sibi inuicem substituo: ex qua substitutione colligo, quòd si vnus non fuerit heres, vel si vnus moriatur, alius insolidum sit. Et dicitur vulgaris, quia fit à quolibet de vulgo,siue in potestate siue non. Et dicitur tacita, quia puberem tacitè vulgariter impuberi substituit,quæ substitutio magis esset pupillaris, nisi propter adiunctam personam. Sed in milite talis substitutio pupillaris est propter priuilegium militis. Quæ substitutio, quantum ad puberem attinet vulgaris est,quantum ad impuberem pupillaris,quoniam si pubes hereditatem adeat pro parte sua, non euanescit substitutio prius facta,sed si impubes hereditatem adeat priusquam expleuerit pubertatem, euanescit, vnde sub expressa pupillari continetur tacita vulgaris. l. nam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill.

Substitutio pupillaris est quæ soli pupillo & impuberi fit. Et est etiam duplex,alia expressa,alia tacita. Substitutio pupillaris expressa fit hoc modo, iste filius meus impubes heres esto, & si heres non erit,aut si heres erit, & intra pupillarem ætatē decesserit, ille heres esto: vel sic, instituo mihi in heredē T. filium meum pupillum,& si nō erit heres,aut si erit heres, & infra annos pubertatis vel in pupillari ætate decesserit, substituo ei Seium:hæc dicitur expressa substitutio, quia in ea omnia verba exprimuntur,quę exprimi oportet: Substitutio pupillaris tacita est hæc,filius meus impubes heres esto:& si ille non erit,iste heres esto vel sic quisquis mihi heres erit, sit heres filio meo.Hæc dicitur tacita,quia verba quædam non expressa hic tacitè subintelliguntur,quæ exprimuntur in expressa substitutione pupillari. Nā per hanc tacitè intelligitur ꝙ si filius decesserit in pupillari ætate,ille qui erit heres patri,erit heres filio:Et debentur illæ pupillares substitutiones solis pupillis in potestate parentū existentib.& ab ipsis parentib.fiunt:perquod euidenter patet,quòd non à matre, sed à solo patre fiunt,cùm mater filios non habeat in potestate. Sed nunquā substitutus ex pupillari expressa repellitur à matre pupilli,& substitutus ex tacita repellitur à matre pupilli, & succedit ipsi pupillo mater. Item qui est substitutus ex pupillari substitutione, fit heres ipsi pupillo: ille verò qui est substitutus ex vulgari, fit heres ipsius testatoris:Item pupillaris tacita intelligitur esse vulgaris expressa, qua mater substituitur pupillo,& hoc propter priuilegiū matris.Item eodem modo quando quis pupillo vel alij substituitur propter adiunctam personam.



Substitutio exemplaris vel exemplaria est quæ fit à parentibus vtriusque sexus filio furioso vel mētecapto.Et dicitur exemplaris, quia fit ad exemplum pupillaris substitutionis, quia sicut pater prouidet filio pupillo,qui testari non potest, de hereditate,ita prouidet filio mente capto vel furioso,& hoc modo T.filium furiosum vel mente captum mihi heredem instituo,& si decesserit furiosus vel mente captus antequam ad sanam mentem peruenerit,substituo ei talem filium suum vel fratrem, vel aliquem alienum, si deficiat filius vel frater.

Substitutio breuiloqua siue reciproca est quæ cōtinet duas vulgares & duas pupillares substitutiones,vt duo impuberes instituti à parente qui habet eos in potestate inuicem substituuntur hoc modo, S. & T. filios meos impuberes mihi instituo heredes,& eos inuicem substituo: vnde quia continet expressam pupillarem si aliquis prædictorum decesserit in impuberi ætate, mater impuberis discedentis omnino repellitur,& succedit substitutus, & hanc substitutionem lex appellat,reciprocam, & omnes quatuor expressæ sunt.

Substitutio compendiosa est quæ fit sub verborum compendio, quæ verba in pupillari expressa sunt prolixiora,& ex hoc dicitur compendiosa,& habet fieri hoc modo: Instituo Titium filium meum mihi in heredem, & quandocunque decesserit sine filiis,substituo ei Seium, vel sic:Iste filius impubes heres esto,& quocūque tempore decesserit,ille heres esto, quæ substitutio tantùm locum habet in milite, de hoc in l. precibus.C.de impub & aliis substi.

Substitutio obliqua siue non directa & fidicommissaria est illa quę fit per fideicommissum, vt hic,quicūque vestrum sine liberis decesserit, rogo vt eius portio ad superstitem perueniat,& quando quis instituit heredē, & eius fideicommittit vt quàm citò possit eius hereditatem adeat,& eam alteri certæ personæ cui & quando testator voluerit restituat, videlicet tali die, vel sub tali conditione,si decesserit sine filiis, vt si fortè in ea conditione fuerit, ꝙ testator magis diligat eum & ex testamento eius directo nihil capere possit, puta quia directè & immediatè capax nō est(qualis est spurius) saltem hoc modo aliquid capiat & cō sequatur ex hereditate,vel totam ipsam hereditatem, vt C.

ad Trebell. per totum quasi. & ff. eo. ti. in multis legibus, & in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. Et no. quòd in substitutionibus fideicõmissarijs locum habet earum deductio, in directis autem non. cap. si pater. de testa. lib. vj. vbi est casus. & ibi vide glo. De his substitutionib⁹ est glos. in c. Raynuti⁹. præalleg. & instit. de vulga. & pupil. substit. per totum.

Substitutus heres, require suprà substitutus. Et not. q⁹ in omnibus substitutionib. primò præcedere debet institutio sicut primus gradus, & postea poni debet substitutio, vt secundus: hinc est quòd dicitur institutus primus heres, & substitutus secundus, l. cùm proponas. C. de hered. instit.

Successio naturalis est ex parte matris, legitima est ex parte patris, ita no. glos. sing. in l. j. C. vnde vir. & vxor.

Substruere, est ædificium à fundamẽtis deficiens fulcire. hinc substructio dicta parietis fultura. Vitruuius libro 1. Non solùm in murp, sed etiam in substructionibus. Columella libr. 1. Pro fultura, inquit, & substructione fungetur. Vlpian. libro xliij. tit. de riuis. l. j. Verbo, inquit, reficiendi, tegere substructe re, sarcire continentur.

Successio quandoque fit de capite in caput, & quandoque de gradu in gradum secundum Azo. in summa de successio. edict. C. & ff. eodem titulo. l. j.

Successio de capite in caput est cũ deficiente primo capite liberorum, oritur secundum caput agnatorum, & isto deficiente succedit tertium caput cognatorum, & cognatis deficientibus succeditur quarto per ordinem, vnde vir & mulier vel vxor, vt C. vnde vir & vxor. in authentic. præterea.

Successio de gradu in gradum est quando plures personæ sunt in eodem capite in diuersis gradibus, vna prior, altera posterior: nam priore repulsa spe, vel repudiatione, sequens succedit, vt ff. de succes. edic. l. j. & C. eo. tit. per Azo. in Sum. Et ad pleniorem, scilicet doctrinam successionum ab intestato, sic est distinguendum, aut dubitatur qualiter descendentes succedant ascendentibus, aut qualiter ascendentes descendẽtib⁹ aut qualiter collaterales collateralibus. Primo casu aut supersunt legitimi & naturales, aut legitimi tantùm, aut adoptiui, aut naturales tantum, aut nati ex illicito coitu, vt sputij, &c. Si legitimi & naturales, aut superstant tantùm filij primi gradus aut vlteriores. Primo casu, aut omnes emancipati, aut omnes in potestate sunt, & tunc iure veteri & nouo succedunt æqualiter sublata differentia sexus. l. leg xij. tab. C. de leg. hered. & insti. de hered. quæ ab intesta. defe. §. emancipati. C. de suis & legi. here. l. vltim. & auth. in successione. ibi. Aut superstant quidã emancipati, & quidã in potestate, & tũc iure veteri Digestorũ vocabantur, emancipati de iure prætorio, existentes in potestate de iure ciuili, omnes æqualiter, licet diuersis iuribus vocarentur. C. de leg. here. l. meminimus, ibi: cùm igitur prętorem filium emancipatum, &c. ff. de bo. poss. l. sed cũ patrono. §. bonorum: In iure verò authenticorũ vocabantur etiam emancipati, cum suis æqualiter, vt in authen. de hered. ab intestato veni. reliquum. ibi nullam, &c. Si verò superstant vlteriores, aut erant concepti viuente eo de cuius hereditate agitur, aut eo mortuo. Si eo viuente, aut nascuntur eo superstite per quem coniunguntur, & constat eos excludi si velit ille adire hereditatem, quia præcedit eos in gradu. Sed si nolit vel non possit, quia moritur antequam adeat, vocantur vlteriores per eum coniuncti, & si soli & eodẽ gradu, vocantur, æqualiter, sed cum patruis vocantur in stirpes iure veteri & nouo. Idem si nascuntur mortuo patre, quia paria sunt eum non esse mortuum & repudiare, & eum mori ante quàm repudiet.



Si verò erant concepti mortuo eo de cuius hereditate agitur, nec prætorio nec ciuili iure vocantur, nec excludunt sequẽtes, vt hæc omnia euidenter probantur. C. de suis & legi. here. l. nepotes. & in authenti. in successione. ibidem præal. & insti. de here. quæ ab inte. de. §. cum filius. & in auth. de hered. quæ ab inte. §. reliquum. præal. & ff. de iniust. rup. & irri. testa. l. si quis filio. Sanè tamen hæc intelligantur esse vera non æqualitate tituli. C. de his qui ante aper. tab. l. vnicà. & de caduc. tol. l. vnic. § in nouissimo. eod. casu quando ius competebat adulto filio, vt C. ad senatusconsul. Orfi. l. vltim. prædicta procedunt si nascuntur eo existente in potestate per quem coniunguntur. Si verò sit emancipatus, & nepotes reponantur, id est remaneant in potestate eius de cuius successione tractatur, considerato iure ciuili antiquo, præferuntur nepotes, sed per edictum de coniungendis cum emancipato liberis, vocatur simul, & tantum consequitur filius, quantum omnes nepotes ex eo nati, vt apparet. ff. de coniungen. cum eman. l. j. §. inter ipsum. ff. de contra tab. l. j. §. qui habebat. & l. cum emancipatus. §. si pater. Sed iure nouo authenticorum præferuntur filij, quia priores in gradu cum sublata sit differentia patriæ

testatis. Et sic est correctus ille titulus de coniun. cũ emancip. vt not. eo. tit. l. j. in princ. & C. de suis & legi. l. fin. & auth. in successione. ibidem. quod intelligo vt ibi dicitur, nam titulus ille adhuc hodie manet, secundum la. de Rauen. scilicet, quo ad successiones ex testamento. Si autem mortuo ascendente supersunt descendentes legitimi tantum, vt adoptiui, tunc si dantur in adoptionem ascendentibus per lineam masculinam vel fœminipam, succedunt eis ex testamento & ab intestato, & exheredati habent querelam. Si dantur extraneis in adoptionem, aut moritur pater adoptiuus testatus aut intestatus. Si testatus regulariter nihil relinquere cogitur. Fallit in casu si arrogatus sit impubes, cui cogitur quartam relinquere ex constitutione diui Pij. l. Papinianus. §. si quis. ff. de inoffic. testa. ita simpliciter dicit Cy. Sed quid si erat factus pubes, an debeatur sibi quarta? die vt not. C. de adop. l. ij. Si autem moritur pater adoptiuus intestatus, aut sine legitimis & naturalibus, & tunc secundum omnes succedunt adoptiui. Aut extantibus legitimis & naturalibus, & tunc (reprobata quorumdam opinione qui dixerunt contrarium) vocantur etiam cum legitimis & naturalibus æqualiter si tempore mortis reperiantur in potestate. Hæc probantur. C. de suis & legi. l. fi. Tertio casu quando mortuo ascendente, naturales tantum supersunt aut extantibus legitimis, aut non extantibus. Primo casu aut decedit pater testatus, aut intestatus. Si decedit testatus, tunc potest eos instituere in vncia. vt l secunda. & in authe. ibi posita. C de natural. libe. Si intestatus, in nihilum succedunt, sed aluntur. in authentica de natural liber. §. si verò. & C. de natura. liber. authentic. licet. Secundo casu quando non extantibus legitimis filij naturales supersunt, aut extantibus parentibus aut non extantibus. Si extant, aut decedit testatus & tunc potest naturales instituere in solidum, parentibus relinquendo legitimam, Aut intestatus, & non supersit coniunx legitima, & tunc succedunt in duas vncias, vt in authent. licet. præalleg. Quarto casu quando supersunt spurij, aut tractatur de successione lineæ paternæ aut maternæ. Si paternæ, spurij ex illicito coitu nati, nulli succedunt, in authen. quib. mo. nat. effic. sui. §. vltim. Si maternæ, aut tractatur de successione matris, aut successione coniunctorum per matrem. Si matris, aut non est illustris, aut illustris. Si primum videlicet, non illustris, aut supersunt



persunt spurij vulgò quæsiti, aut supersunt spurij incestuosi vel nefarij. Si sunt vulgò quæsiti, succedunt matri indistinctè. vt ff. ad Tertyllia. l. j. §. i. & insti. eodem titul §. nouissimè. Si sunt suscepti ex damnato coitu, non succedunt, vt in authentic. qui. mo. natur. effic. sui. § fin. Si verò mater est illustris, tunc aut extantibus iustis filiis, aut non. Et dic, vt C. ad senatusconsl. Orfi. l. fi qua. Si verò de successione coniunctorum per matrem indistinctè succedunt, & eis succeditur, vt ff. vnde cog. l. si spurius. & l. hac parte. Secundo casu principali, scilicet, quando agitur qualiter ascendẽtes succedant, aut supereſt pater & mater, vel mater tantùm vterque simul cum fratribus vtrinque coniunctis, aut cum coniunctis ex altera parte tantùm, aut supersunt auus vel auia vnà cum fratribus. Primo casu iure veteri præferebatur pater matri, si filius fuit in potestate, quia olim occupabat iure peculij, & quia erat agnatus, mater verò cognata, vt ff. ad Terty. l. vl Item hæc erant tunc vera in naturali & legitimo patre, secus in naturali tantùm quem non habet in potestate, & sic non habet beneficium manumissorum. Item secus in legitimo. vt ff ad Tert. l. patrem. hodie verò filius habet heredem, & non occupat iure peculij. vt in auth. de here. quæ ab intest. defe. §. j. Item sublata est differentia agnationis & cognationis, vt eo. tit. §. nulla. & ideò pater & mater pariter vocantur, vt C. ad Tertylia. in authen. defuncto. Secundo casu habet locum insti. de senatusc. Tertyl. §. j. quia hodie simul vocantur in portiones viriles: vt in authentic. de here. ven. ab intesta. §. consequens. & in authentica, defuncto. præalleg. Tertio casu præferuntur pater & mater fratribus coniunctis ex altera parte tantùm: vt in authentica præalleg. defuncto. &c. Quarto casu est opinio inter Bulgarum ex vna parte, & Martinum & Ioannem ex altera, vt in iam alleg. authen. defuncto. Tertio casu principali cum tractatur de successione collateralis aut sunt fratres vtrinque coniuncti tantùm & succedũt: vt ff. de suis & legi. here. l. j. §. vltim. aut supersunt coniuncti ex altera parte tãtùm, vt vterini tantùm vel consanguinei tantùm, & tunc aut supersunt ex legitimo nati matrimonio, aut non. Si primum, tunc succedunt: vt C. de legit. hered. authentica, post fratres. Si secundo aut sunt coniuncti per patrem tantùm, & non succedunt: vt in authen. qui. mo. natura. effi. sui. § filium. Si per matrem succedunt etiã spurij vel vulgò quæsi

ti:vt ff.vnde cogna.l.ij. Aut supersunt vterini tantùm,&consanguinei tantùm, & tunc pariter succedunt in bonis à se quæsitis, quia cognatio hodie ab agnatione non differt: vt in auth.post fratres.præall.Sed in bonis quæsitis à patre præferũ tur cõsanguinei, & in quæsitis à matre præferuntur vterini:vt C.de legi.here.l.de emancipatis. Et in hoc non remanet illa lex incorrecta. Aut supersunt vtrinque cõiuncti cum consanguineis tantùm, vel vterinis tantùm, & præferuntur in vndecunque quæsitis: vt in auth. itaque.C.communia de succes. Nam duplici iure vtuntur: vt in corpore vnde sumitur. Aut supersunt fratres, & filij fratrum,& tunc succedunt,eadem distinctione seruata, vtrinque coniunctorum: vt in auth.cessante. C. de legit.hered. dic vt ibi. Vel supersunt etiam nepotes fratrum vel vlteriores, & tunc qui prior est in gradu, potior erit in iure. auth.post fratres. præalleg. secundùm Dyn. cuius hæc fuit distinctio, paucis per Cynum additis:qui hãc ponit ad literam.C.communia de succes.in authen.itaque. Et datur super cap. autoritate. de concess.præb.lib.vj.

Succinum, gemma est ex gemmi arboris glessariæ congelata, quam diximus à Græcis appellari electrum. Iuuena.In tuius manibus seu pinguia succina tritas Cernis ephemeridas. Martia. Inclusit tenuem succina gemma feram. Plin.de succino deque medicamentis, ex eo multa lib.xxxvij.

Sucula machina est tractorij generis,artemoni simihis.de sucula meminit Vlpia. in l.sed addes.§ illud nobis.ff.loca.& Cato de re rustic. in instrumento torcularis tradit esse debere suculas quinque,funes ductarios quinque,trochleas decem.

Suffragium, est propriè patrocinium quod præstat aduocatus, aut consiliũ, vel seruitium,xij. q.ij.quicunq; suffragio. Quandoq; ponitur pro salario quod debetur aduocato, secundum Azo.C.de suffrag.Quandoque est consensus in scriptis redactus,scilicet cum dicitur: ego B. nomino P. in prælatum: & sic sumitur de elect.cap.perpetuo, lib.vj. Est etiam auxilium deprecationis pro animabus facta.De hoc vide gl.in c.cùm creatura.de celeb.missa.

Suffragari, id est, auxiliari. Inde dicuntur suffraganei,id est, auxiliarij diœcesanorum episcoporum.de elec.c.suffraganeis. vbi episcopi diœcesani dicunt, archiepiscopi metropolitani.

Suggillo,as,pro eo quod est contundo,is. Vnde suggillata dicuntur membra,quæ sunt contusa, vnde liuores suboriuntur.Plinius libro 30.Liuentia, inquit,



inquit,& suggillata pulmones arietum sanant.Idem libr.20. Suggillata & alios liuores legat. Suggillatum,vt inquit Festus, dicitur ex Græco, quod ea pars quæ est sub collo hipopion,ab eis dicitur. Sed aliquã do reperitur suggillo pro eo quod est derideo, propterea quod qui ex cõtusione liuores contraxerunt, derideri solent. Vlpianus lib.xlvij.Dig.titul.de iniuriis.l.item apud Labeonem Si quis,inquit,non ad suggillationem domini iniuriam seruo fecit. Nebrissen.

Suggillare.i.deminuere.l.sed & si hac.§.prætor.ff. de in ius voc. not.per Archi.in c.fundamenta.de elect.in vj.&l.verbum.C. quib ex caus.infa.irrog. & l.apud Celsum. §. aduersus. ff.de dol. except.

Summa secundũ Pap. i. suprema vel prima,quo ad tractatum.s. vel summa.i.breuis:vt instit.de actio.§.omnium.in glos.

Supellectilis appellatione, quæ res contineatur, ex titulo qui est libr.xxxij.Digest.de suppellectili legata, facile possumus intelligere. Quanquam enim supellex videatur dici de stragulo tantùm,siue lodice,ab eo quod super lectum imponatur etiam ad alia domus vtensilia eius significatio se extendit, imò & ad alias res quæ sunt aut possunt alicui ornamẽto esse.Persi.Tecũ habita, & noris quàm sit tibi curta supellex.

Supellex est domesticũ patrisfamilias instrumẽtũ, in quo cõtinentur mensæ,scyphi, trapezophora,subsellia,culcitræ, toralia,vasa aquaria, pelues, aquiminaria, cãdelabra, vasa ænea vulgaria.i. nõ ad certũ officiũ attributa,& cætera instrumenta domus, vt scribit Paulus l. iij.ff.de sup.leg. Dicitur autem supellex,(vt Labeo ait) quia hi, qui in legationẽ mittebantur, secũ supellectiles deportabant, vt in l.Labeo.ff.de supel.legat. Quæ aũt cõprehendantur sub vocabulo supellectilis determinat Bal.in l.in legatis.C.de leg.

Super,hęc prepositio de suo significato significat in iure hypothecationẽ,& per hoc si testator legat annua decẽ super tali fundo, sensus est ꝙ ipsum fundũ hypothecat ꝙ illo legato,&idẽ in promissione:nã hypotheca dicitur ab hyno.i.sub, & thesis positio,quasi suppositio.Itẽ dictio super, quãdoque nõ significat hypothecationẽ, sed quãdoq; aliquid impedit: verbi gratia, cõcedo tibi decẽ annua super tali re,trãsferẽsin te dominiũ ex hac causa,ꝙ trãslationẽ dominij impeditur hypotheca.vt in l.pignus. ff.de re iud.Itẽ dictio super,quãdoque ponit pro de,vt in c. super spoliatione,de ordi.cog.c. super literis de rescrip.c.super eod. de elect.Et sic dicit Alexãder. Cũ

fupereſt pro de,&c. Quandoque ſuper,ponitur pro propter:vt not.in dictis iuribus.

Superexactores dicuntur qui vltra quàm debetur,nomine tributi exigunt,& tales tenẽtur in duplũ,& propter cõſuetudinẽ capitaliter puniũtur l.vnic. C.de ſuperexac.& debet reſtitui protinus ei à quo exactum eſt, de quo in l.ſi bene.ff.de vſur.&in l.fin ff.quod metus cau.

Superficies,in ædificiisdicitur domus quæ in alieno ſolo ſiue area ædificata eſt. Itaque fieri poteſt, vt eiuſdem domus duo ſint domini. Alter domus ſuperficiatæ:alter ſoli.Vnde pulchrè Seneca libro tredecimo Epiſtolarum tranſlatione ſumpta ex modo loquendi Iuriſconſultorum: Philoſophia,inquit,nihil aliunde petit,totum opus à ſolo excitat. Mathematica,(vt ita dicam) ſuperficiaria prima quorum beneficio ad vlteriora peruenit. Paulus titulo de damno infe.l damni. Et qui in cõductoſolo,inquit, ſuperficiem poluit.Item Iauolenus titu.de vſucapionibus.l. eum qui.Cũ ædes,inquit duabus rebus conſtet, ſolo & ſuperficie. Iulianus quoque de legatis primo l.ſi fundum.Appellatione,inquit,ædificij,aut ſuperficiem ſignificat,aut ſolũ. Caius item titul.de ſuperficie. Superficiarius,inquit, ædes appellamus, quæ in conducto ſolo conſtructę ſunt.Dominus verò domus,ſuperficiarius dicitur:vt in titu.de dam. infe.& ſæpe aliàs. Nebriſ.

Superficies dicitur quicquid ſupra faciem terræ eſt, quapropter in prædiis vrbanis ſuperficies dicuntur parietes & tecta:in ruſticis,arbores, herbæ frutices.

Superficies & emi & locari poteſt.l.prima.§.tertio, ff. de ſuperficie.

Superficies, de ſuperficia. in rem actio.Require ſuprà de actionibus.

Superficiariæ ædes ſunt quæ in ſolo conducto vel empto ſunt poſitæ,quarũ proprietas ciuili & naturali iure eius eſt, cuius eſt ſolum.vt ff de ſuperficie l. ij.vel ædificia ſuper ſoli ſaciẽ facta,puta quia dominus ſoli ex locatione cõceſſit ſuper ſolum ſuum ædificia fieri.

Superficiarius appellatur qui in alieno loco ſuperficiem ita habet,vt certam penſionem præſtet.l.ſuperficiario.de rei vend.

Superilluſtres ſunt Senatores, Conſules,Patricij,Dictatores, vt not in l.j ff. de offic.eius cui man.eſt iuriſ.

Superindictum ſecũdum Pla.eſt quod propter fertilitatem indicitur,vel neceſſitatem pub. extra ordinem, non per luſtra. Indictio autem vel indictum quod per luſtra indicitur, vt no.Bal.inl.ſi.C.ſine cẽ.vel reli.



Superindictum eſt munus extraordinarium,quod propter neceſſitatem belli indicitur: vt declarat gl.& Bart.in rubr. C de ſuperindictio.lib.x.

Superlatiuus aliquando ponitur pro poſitiuo.inſti.loc.§.vltim. Aliquando reſoluitur in poſitiuum.l.cùm pater.§..rogo. ff. de leg.ij.& de tut & curat.dat. ab his.l.diuus.& in authen.de monac.§.ſi.& no.viij.q.j. licet.

Superſedere dicitur qui voluntate differt.not.l.fin.C. depoſi.& l.Lucius.in princ.ad municip.

Supina ignorantia,pro ſtulta,bebeti,& craſſa. l. nec ſupina.de iur & fac.ignor.

Supinũ habet duos caſus tãtùm, accuſatiuũ & ablatiuũ, in ablatiuo ſignificat terminũ à quo, vt minor natu:vt in l.iij. §.minorem ff.de mino nam tẽpꝰ legis cõputatur tẽpore natiuitatis,vt à termino à quo, ſed in accuſatiuo ſignificat terminũ ad quem.Ratio, quia voluntas defuncti.ſ.ei obtemperari, eſt terminus ad quem.Eſtnec iſto caſu nec præcedenti ſignificat conditionem, quia nihil quod ſuſpendi poſſit ſubeſt. Supinũ ergo in vtroque caſu.ſ.accuſatiuo & ablatiuo ſumptũ, de ſe ſolo nõ importat cõditionem, niſi addatur ei verbum vel participium futuri temporis: vt venturus vel iturus,tunc enim ex adiuncto quod cõtinet euẽtum,conditionem ſignificabit: ſed non ex ſuo proprio ſignificato,quo tantum ſignificat terminum à quo vel ad quem.

Supplicarij dicuntur qui ob aliquod delictum enorme in publicum deuoluuntur ęrarium, quæ deuolutio dicitur bonorum publicatio.

Supplicatio eſt petitio veniç prioris erroris,vel eſt quædam benignitatis ipſius ſuperioris imploratio Et ponuntur tres differentiæ inter ſupplicationem & appellationẽ,vt in gl.in ver. ſupplicauit.cap.ex literis.de in integr.reſtit.Et ſumitur ſupplicatio ſtrictè pro ea quæ porrigitur aduerſus ſentẽtiam quæ petitur reuocari,quamuisaliàs capiatur largè pro qualibet precum porrectione. Et ponit Butrig.quartam differentiam, quia nonlicet tertio appellare, ſed bene licet tertio ſupplicare,quam differentiam Ioann. Andr.(quem ſequitur Bar.) reprobat,dicẽs But.erraſſe, quia ſi intelligitur, quòd poſt duas ſupplicationes tertia admittitur,tunc eſt contra caſum l.ſi quis aduerſus.C.de preci.Imp. of. Si ſecundo intelligitur, q poſt duasſentẽtias latas in cauſa appellationis liceat poſtea loco tertiæ ſentẽtiæ facere ſupplicationẽ, itẽ falſum eſt, quia quando nõ licet tertia vice appellare,nec licebit ſupplicare. Alia differẽtia, Licet in appellatione à ſententia definitiua

(ſecus

(secus tamē in interlocutoria) nō sit necesse exprimi causam aliquā, tamen in supplicatione necessariò apponitur causa saltē colorata, aliàs superior non debet admittere supplicationē. Itē differūt, quia solus princeps superior concedere habet supplicationem, sed appellatio etiam fit ab inferiori

Supra. i. præter. ff loc l. ex conducto. § sed si labes. Aliquando. i. vltra, in auth. de nupt. §. illud quoq; Aliquando refertur ad modicū tēpus. ff. ex qui. ca. ma: l. ab hostib⁹ §. sed quod simpliciter. Aliquādo stat in propria significatione: vt cùm dicitur, porticus mea est supra tuā ff. ad l. Aquil l. j. §. quēadmodum.

Suus quis dicatur cùm dicit' quis prosequi iniuriā suorū: vide in c. decętero. de testi. & in l. si fœmina. C. ad Turp. nā dicitur ille, qui etrā admittitur ad successionē ab intestato siue iure agnationis, siue cognationis, de quoin l. negāda. C. qui accu. nō pos canonizata iij. q. xj. cap. negāda Bal. & mod. dicūt illū esse suū, pro quo potest quis agere sine mandato, vt sunt oēs agnati, cognati, filij, liberti, patroni, &c. cōtra quosnō pōt qs cōpelli testificari in causa criminali, vt not. in c. de cætero. præal. Itē aliter capitur cū quis dicitur esse suus. i. suę mētis vel apud se, vt in l. Fulcinius. §. adeò autem latitatio. ff. qui. ex cau. in pos ea. Item suū est verbum ambiguum. Ideo dicens suum non esse, adiicere debet neque sibi cōmune. ff. de verb. sign. pupillus. in fi. &c. & quod cōmune est, meū dici pōt, vt l. serui electio. § adeò. ff. de leg. j.

Suus heres, vide in ver. heres suus.

Sylua, vide suprà, in S, ante I, licet non rectè, cùm scribi debeat per y, non per i.

Symbolū est quadruplex, quoddā apostolorū, qđ secūdū quosdā theologos continet xij. articulos fidei propter xij. Apostolos Christi, qui in vna & eadē hora instinctu spiritus sancti ipsum cōposuerūt, vnde dicitur symbolū à syn, qđ est simul, & bolus, morsellus, quia quisque apostolorū suū bolū. i partē apposuit. Secūdū aliostheologos verius est qp principales articuli fidei nostrę sunt tātū vij. secūdū qp tātum septē sunt dona spiritus sancti, quos quilibet Christianus scire tenetur, clericis explicitè, laici implicitè, vt patet de sum. Tri. c. firmiter. in tex. & gl. Aliud est symbolū maius, quod canitur in missa, factū in synodo Nicena propter Græcos, qui nō credebat, qp spirit⁹ sanct⁹ procederet ab vtroq;, sed à patre tātū, de cōse. dist. v. c. vl. & pe. Tertiū symbolum est Athanasij, scilicet, Quicunque vult saluus esse, quod canit' in primis. Quartū symbolū est ius, scilicet primus, ti. de sum. Tri. & fi. cath. vt ait Isid. vij. li. Ety. c. vj. in quo id quod de fide cath. & sum. Tri. in prædictis symbolis continetur, confirmatur & repetitur.

Symphoniaci serui erant hi, quibus antiqui vtebantur, vt in classe classicum pugnantibus canerent, vt docuit Asconius referens celeuma cani consuetum per symphoniacos seruos remigibus, & de his meminit Vlpian. in l. sed & si quid. ff. de vsufru. & Cice. in lib. de diuinatione. Ab hac (inquit) muliere præfectus Antonij quidam symphoniacos seruos adducebat per iniuriam, quibus se in classe vti velle dicebat.

Syndicus est procurator vniuersitatis vel collegij pro certo salario ad iudicia constitutus, scilicet qui causam vniuersitatis agit vel defendit, & dicitur quasi singulorū causas dicens, Est enim syndicus Græcè, defensor Latinè. Nam officiū eius est agere vel defendere nomine vniuersitatis causas pręsentes vel emergentes, vt ff. quod quisque iu. in rub. & in gl. j. in c. vnico. co. ti. & quando dicitur causa vniuersitatis agi per procu. debet exponi. i. syndicum vel actorē, vt de procu. c. quia in causis. & de iur. cal. c. cùm causam.

Syngrapha, Latinè sonat cōscriptio, inde dicta qđ vtriusq; manu scripta, vtriq; parti tradi soleat.





## De S ante Y.

Synodus ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus, & inter cætera concilia quatuor venerabiles fuerũt synodi, quæ totam fidẽ cõplectũtur quasiquatuor Euãgelia,& quatuor symbola,& totidẽ Paradisi flumina. Prima Nicena. cccxviij. episcoporũ,à Constantino Imperatore peracta,qua damnata est blasphemia Arrianæ perfidiæ de inæqualitate Trinitatis.Nam secundũ glos. dicebat patrem maiorẽ filio, & filium maiorem spiritusancto.Secunda centum quinquaginta patrum Theodosio seniore Constantinopoli condemnans Macedonium negantem spiritum sanctũ esse Deum,& cõsubstãtialẽ patri,sed(secundum glo) seruum patris & filij j.q.j. eos qui. Tertia Ephesiana, centum episcoporũ sub Theodosio iuniore,quæ dãnauit Nestorium asserentem d as personas in Christo,& beatam virginẽ nõ Dei,sed hominis tantum genitricem.Et hæc ostendit in duabus naturis, vnã Christi personam,& dicitur prima ad differentiam synodi Ephesinæ secũdæ,quæ fuit reprobata, dist. xvj.quoniã sanctæ. Quarta Calchedonensis,quingentorũcẽtũ & triginta sacerdotũ sub Martiano principe, dãnãs Euthicẽ Cõstantinopolitanum abbatẽ verbi Dei & carnis vnã naturã p.onuntiante.n,scil.cet diuinã per resurrectionem,dist. xvj.c. vj. Dioscorum eius defensorẽ quõdam Alexandrinũ episcopũ,& Nestoriũ episcopũ cũ reliquis hæreticis.De his est text. ad literam.dist.xv. c. canones. & §.harum prior,& secundum Greg.in c.seq. & de eisdem Gelasius Papa,in c.frequen.de his etiam vide text. §. suscipimus. in epistola inter claras. C. de sum.Trini.& fide catho.

Synthesin Græcè Latine omnem possessionem importat.l. alum æ.§.Titio.& ibi glossa. ff.de adimen.lega.

Sed Scæuola in l.Titia. de aur.& arg.leg.in alium sensum accepisse videtur, nempe pro ordine quodam,conformi vestium compositione,quam linguavernacula Italica libream vocamus,cum tunica,sagum,chlamis,caligæ, eiusdem sunt coloris, & ita interpretatur Alcia. lib.ij.Patergon.

## De Tante A.

TApaldum est genus vestimẽti.cle.fin ver.sed & tales, de vita & honesta cleri.

Tabe,id est putredine. C. de custo reo.l.j.

Tabellarius siue tabellio est publica persona sacramento astricta ciuitate vt rationes & acta in formam publicam redigat à principe ad hoc officium deputatus & confirmatus, vel sic, Est persona publica habens



bens officium scribendi instrumenta super contractibus vel aliis rebusad faciendam fidem super eisdem.

Taberna generaliter dicitur omne ædificium vtile ad habitandum l tabernæ ff.de verborum significatio. non sumpta abusione vocabuli per etymologiam.l.ij. §.appellata.ff.de rebus credi. sicut etiam sumitur in l.heres absens. ff. de iudi. & l. tabernam.ff de fundo instruct. Strictè tamen dicitur domus, in qua vinum venditur.l. palã. in principio.ff de ritu nup.Ali quando taberna, id est statio, & tunc impropriè.l.ij. C de episcopis & clericis.Differentia est inter tabernam & cauponam,quia taberna est locus in quo paratum est vinum vendi,licet non vendatur, caupona verò vbi venditur.

Tabernaculum dicitur à taberna.l. tabernæ.ff de verborum significatio.iuncta l. inde not. in l palam.ff de ritu nuptiarũ, aliquando est domus Deo dicata.cap.j.& ibi Archid. extrà, de sentent. & re iudicata. Aliquando dicitur habitaculum militare.not. per eundem Archidiaconum in cano. ad hoc. xvj.quæstio.j.

Tabernarius dicitur qui tabernam exercet vinum vendens, qui &tabernæ institor dicitur. ff.de exercit.act.l.j.

Tacitum propriè & verè dicitur quod nullatenꝰ est expressum, & hoc in iure nihil significat, eo quod non est significatum eius nec apparet Dicitur autem in iure expressum quod non aliter quàm verbis expressum est:nam inter modos significandi verbi obtinet principatum,ideò verbis expressum dicitur verè expressum.Et quod dico verbis,idem dico scriptis, quia illa continent verba.Aliter autem expressum quamverbis: dicitur tacitum ad differentiam expressi verbis.

Et hoc est tacitũ iuris quod non est expressum verbis,verbi gratia,mutuaui doliũ vini, nõ exprimitur qꝺ reddatur vinũ eiusdem bonitatis, hoc tamen tacitè intelligitur l. cùm quid. ff.si cert.pet.& sumitur ratio ex natura mutui,quæ est qꝺ res reddatur quæ eidem in valore cũ mutuata esse censetur,hoc est, si est eiusdem naturæ &bonitatis, hoc tacitum intellectum idem significat & operatur, ac si esset verbis expressum. lege cum quid.præalleg.

Taciturnitas est quãdoq; habenda pro cõfessione.Etiã quãdoque tacitum habetur pro expresso.ff.si cer.pet.l.cùm quid. & ca.gratum.de offic deleg.

Taciturnitas non respondentis habetur pro confessione. l de ætate.§ qui tacuit.& §.nihil.ff. de interrog actio.gl. & Panor. in c.quoniam.de probat.

Tabulæ

Tabulæ testamenti inde vocatæ sunt, quia ante chartarũ vsum in tabulis tã testamenta quàm epistolæ scribebantur, quarum portitores tabularij vocabantur, secundum Isid. lib. v. Et tabulæ testamenti propriè sunt testamentum editum in scriptis signatũ & perfectum. Sed abusiuè etiam illa testamenta tabulas appellamus quæ falsa sunt & illicita, secundum Azo. in sum. C. de tabu. exhi.

Tabulas testamenti hodie intelligimus omnem materiæ figuram, in qua testamentum scriptum fuerit, siue sit charta, siue membrana, siue coriũ alicuius animalis, siue lignũ, siue quæcunque alia materia. l. j. de bo. poss. secun. tabul.

Tabularij etiam secundum Accur. sunt qui faciendis publicis instrumentis publicè præsunt in singulis ciuitatibus. Require suprà, scribæ. & C. de tabul. libro decimo.

Tacere hoc verbum de se nec significat consensum, nec dissensum, sed tenet medium. Vnde nota, est dare consensum, dissensum, & medium, quod non est consensus nec dissensus, vel aliter. Nam habemus velle & nolle & medium quod non est velle nec nolle, nam velle est consentire, nolle est dissentire, siue resistere per motum animi, vnde in vtrisque, scilicet velle & nolle est motus animi ad hoc quod vult vel nonvult, id est resistit. Sed non velle siue non nolle est cum nullus est motus animi ad vnum vel ad aliud pro vel contra, facit l. j. in §. scientiam. ff. de tribu. ac. vbi dicit Vlpian. Scientiam hic eam accipimus, quæ habet & voluntatem, sed (vt ego puto) non voluntatem sed patientiã. Non enim velle debet dominus sed non nolle, si igitur scierit & non protestatur, id est non cõtradicit, tenetur tributoria actione, si verò dissentit non tenetur illa actione, tenetur autem si consentit, aut si non consentit si tamen non dissentit, vt ibi dicitur. Sequitur ergo quòd tacere de se, nec consensum, nec dissensum significat. Quandoque autem sic, quando aliunde sumpto quouis probabili medio concluditur tacentem consentire vel dissentire, de quo latissimè tractat Dyn. in reg. qui tacet, & seq. de reg. iur lib. vj & nouissimè Ias. in l. quæ dotis, post Barto. solut matrim.

Tacens verum ita incurrit crimẽ falsi sicut si falsum diceret. l. j. de cri. falsi. in l. qui testamentum. ff. de falsis.

Tacitè intellectum diuersimodè capitur in iure, scilicet per modum dispositionis, conditionis vel aliter, prout ex diuersificatione significati vel clausula concluditur, verbi gratia, in cõtractu societatis facta conuẽtione q̃ vnus sociorum habeat duas partes lucri, intelligitur etiam tacitè q̃ habeat duas partes damni. Et hoc tacitè intellectum capitur per modũ dispositionis seu cõuentionis. vt in §. illud. Insti. de socie. Et sumitur significatũ ex æquali mente paciscentiũ in tacito expresso. Itẽ ibi cõcedendo aquæ haustum intelligitur concedi iter ad illum. Et hoc tacitè intellectum sumitur etiam per modũ dispositionis, sed non principaliter sed accessoriè seu consecutiuè, vt in l. iij. ff. de ser. rustic. præd. Ratio, quia in itinere nulla est vtilitas nisi inquantũ deseruit ad aquæ hausti. Item ibi, promitto partum filiæ, vel fructũ fundi, intelligitur si nascantur. l. interdum. ff. de verbo. obliga. quia nisi nascantur, nihil est in legato vel conuentione, sic vtilitas esse non potest. Item ibi, debitum sub conditione acceptum simpliciter, intelligitur tacitè, si conditio debiti extiterit quo ad effectũ acceptilationis non quo ad dispositionẽ. vt l. si sub conditione. ff. de accept. Item ibi, promitto tibi x. intelligitur si petieris, non per modum conditionis, sed per modũ admonitionis, & interpellationis, vt ante nõ sim in mora, postea sic. l. si cùm petieris. ff. de ver. obl. iuncta l. mora. ff. de vsur. Ratio, quia debitor non



est in mora retinendo debitum volente creditore, sed eo inuito quando fit interpellatio. Item & ibi, patronus operas stipulatur à liberto simpliciter, intelligitur cùm fuerint indictæ: quæ adiecto requiruntur in operis, sicut in alia stipulatione intelligitur cùm petieris. & est ratio, quia patronus stipulatur operas ad vtilitatem suam.

Tacitè inesse multipliciter contingit. verbi gratia: conuenio cum depositario propter amissionem rei depositæ, ne agam contra ipsum. In ista conuentione tacitè inest vel continetur remissio, quia si per dolum perdidit, agere non possum depositi, sed pone, facto conuentionem quod non agam de dolo, dicit tex. quòd non valet cõuentio. Et sic valet tacita remissio, & expressa non. l. si vnus. § illud. ff. de pactis. Et sic expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil ibi operatur. Ratio, quia expressum aliter significati quia in primo casu significatur remissio doli, nec simpliciter, sed prout continetur in obligatione siue actione depositi. Ideo pro dolo non potest agi actione depositi, sed alia actione, scilicet rei vendicatione, quia dolo desiit possidere, vel actione de dolo. Sed in secundo casu dolus simpliciter remittitur, &

sic, si conuentio teneret, non posset pro dolo agi aliqua actione, & sic remaneret impunitus, & ideò non tenet conuentio, quia daretur occasio delinquendi. vt l. conuenire. ff. de pac. do. Item ibi, concedo rem precario simpliciter, tacitè intelligitur, quod durat donec voluero siue reuocauero. l. j. ff. de precario. Etiam morte mea non finitur. l. iiij. ff locati. quia in precario simpliciter concesso intelligitur voluntas, scilicet quòd per voluntatem contrariam siue reuocationem non perseueret, & quòd perseueret donec reuocetur, sed morte non reuocatur, igitur perseuerat. Sed quando conceditur quandiu concedens voluerit, tunc significat quòd durat quandiu voluntas adest. Sed morte quis desinit velle, ideò tunc finitur precariũ. Item ibi, iudex condemnat quem pœna capitis, siue deportationis, ad quam tacitè sequitur pœna adẽptionis bonorũ. Pone, condemnatus appellat, pendente appellatione moritur, ipsa pœna principalis tollitur, & etiam accessoria; scilicet ademptionis bonorum. Tunc morte illius pœna principalis, scilicet deportationis, tollitur etiam accessoria, scilicet ademptio bonorum, vt in l. iij. C si pendent. app. mors interue. Ratio, quia tacitum intelligitur accessoriè & consecutiuè, modo sublato principali expresso, aufertur & accessorium. Sed dum duo exprimuntur, quæ ambo principalia sunt, ad sublationem vnius non aufertur aliud, sicut dum pœna imponitur in duobus factis vtrunque est æquè principale. Alij dicunt, quòd etiam in isto casu pœna ademptionis tollatur, quia expressio (vt dies) non fit nisi ad maiorem declarationem. Etiam pœnæ in dubio sunt moliendæ, de pœnit. distin. j. §. pœnæ. licet fortè secus in vsuris. Est tamen in arbitrio iudicis, cuius mens attendi debet, quia secundum eius mentem vel arbitriũ, morte finitur vel non. Item ibi, lego alicui simpliciter, intelligitur præsenti die, & sic exprimo in præsenti die, tunc significat quòd verba sonant, scilicet quòd præsens dies isti legato apponitur, & hæc expressio, si illud non esset, nihil operaretur aliud quàm tacitum, nec aliud tacitum quàm expressum. Sed ex clausula posteà apposita, scilicet legata, quibus dies non est appositus volo solui annua, bima, trima die, aliud significatur in tacito, aliud in expresso, quia ex tacito, cui clausula apposita non est, vel dies ex clausula secuta, debẽtur annua bima, &c. In expresso vbi dies est appositus, dicendo præsenti die ad ipsum



ipsum legatum prædicta clausula non refertur, quia isti legato dies est appositus. Vbi autem tacitè intelligitur, non est appositus: licet idem operaretur si aliud non sequeretur. Item ibi, lego tibi purè, intelligitur si volueris, hoc tamen nõ facit legatum conditionale, nec impedit transmissionem legati, si legatarius ante moritur, & tamen exprimendo hoc in legato dicendo lego tibi purè si volueris, legatum est conditionale. l. si ita expressum. ff. de cond & dem. Item ibi filium meum exheredo, intelligitur tacitè cõditio si heres adierit. Sed pone ꝙ hæc cõditio exprimatur, dicit text. ꝙ exheredatio vitiatur. l. si quis. ff. de here. inst. Ratio secundũ doct. quia aliter intelligitur, & aliter exprimitur. Nam intelligitur quo ad effectum, s. vt exheredatio habeat effectum si heres adierit, non autem intelligitur ꝙ exheredatio sit cõditionalis, sed quãdo exprimitur, tunc refertur ad dispositionem, & sic exheredatio est conditionalis: & ideò vitiatur, quia est actus qui non recipit conditionem, per c. actus legitimi. de reg. iur. libro vj. Et est ratio diuersitatis in legato, & in exheredatione, quia verisimiliter non videtur testatorem legatum velle facere conditionale per expressionem illius conditionis, si heres adierit, si apponat illa, secus in exheredatione quã testator videtur velle facere conditionalẽ, dum apponit cõditionẽ talem vt magis restringat. Sed per appositionẽ cõditionis vitiatur lege positiua, ideò non valet cõditio, ergo expressa ad dispositionem vitiat, sed tacitè intellecta ad effectum non vitiat, etiam quando apparet de mente exprimentis, quòd per expressionem vult aliud significare, scilicet facere actum conditionalem, qui non est conditionalis ex tacito intellectu, tunc actus est conditionalis, quia exprimens hoc vult, qui ad hoc conditionem exprimit, & sic tunc legatum relictum si heres adierit, est cõditionale, & verisimile est, quòd conditio exprimatur, sicut intelligitur ad maiorem declarationem, & sic licet actus non recipiat conditionẽ, per illam tamen expressionem, non debet vitiari, quia solùm quod tacitè inest, exprimitur, & lex positiua non admittens conditionem, videtur intelligi de conditione extranea, & non de illa quæ inest quæ exprimitur ex abundanti. Sic etiam exheredatio potest esse conditionalis quando testator sic voluit, sed quia non recipit conditionem, vitiatur: Etiam acceptilatio erit cõditionalis propter voluntatẽ acceptũ ferentis, sed quia etiã non recipit conditionẽ vitiatur. Et ita

in his debet attendi mens disponẽtis,& seruari quod vult, & prout vult,nisi vbi lex positiua non impedit.Itẽ vbi iudex dat tutorem pupillo simpliciter intelligit tacitè quòd ministret si satisdederit. Sed pone quòd iudex in dando tutorem hoc exprimat,dicit tex.quòd valet datio,& eo modo intelligiturquo exprimitur.l. muto.§.hanc autem.ff.de tutel.& hæc lex facit pro prædictis.Et est ratio huius legis,quia verisimiliter exprimitur sicut intelligitur in dubio hoc,iuncto quod si faceret conditionẽ,actus vitiaretur, quod non est dicendum in dubio,maximè in hoc casu propter periculum quod pupillo immineret,si tutoris datio non teneret.Item ibi, pmitto x.simpliciter,intelligitur tacitè quòd soluam cùm petieris, dicit text. quòd idem significat,nec aliud operatur,l.si cùm petieris.ff. de verb.obl.quia etiam intelligitur sicut exprimitur,nec habet aliud significatumquam expressum ex communi modo intelligendi.Sed ibi,lego illi si capitolium ascenderit,hæc cõditio tacitè cõtinetur sivoluerit,quia volens ascendit,& tamen exprimendo hanc conditionem aliquid operatur,quia legatum vitiatur,quod non vitiaretur tacitè intellecta.l. nonnunquam. ff.de cond.& demon. Et est ratio,quia aliud significat conditio si ascenderit, & si voluerit: nam legando sub cõditione expressa si voluerit,legatum ponitur in sua libera & mera voluntate,ideo vitiatur per legem ponitiuam statuentem quòd legatum non possit poni in libera voluntate,secus in illa conditione,si ascenderit,quia si ascenderit,siue liberè volens siue nõ, tamen conditio impletur,& sic de aliis exemplis.

Talis,id est ille.C.de sum. Trini. & fide cathol.l.j.

Talio,genus erat pœnæ ex lege xij.tab.quo damnum illatum simili damno pensabatur.§.pœna.Instit.de iniur.

Tamiaca prædia,vide prædia Tamiaca.

Tanquam est nota similitudinis. c.solitæ.de maio. & obed. Aliquando nota veritatis.c.ex parte.de sponsa.De ista dictione tãquam,vide in l.fin.§.qui duos. ff.de adopt.

Tanti per quod significat per tantum spatium,siue per tantum tempus,vt inquit L.Valla,semper ferè desiderat iungi huic particulæ dum,pro donec. Terentius in Heautontu. Ego te meum esse dici tantisper volo, dum quod te dignum estfacias. Et paulo post: Decreui tantisper me minus iniuriæ meo gnato facere,dum fiam miser. Liuius libr.1.Tantisper dum prisca illatota mẽte repeto.Gellius lib.6.loco dum, æquiualens posuit quoad tantisper, inquit, quo ad fieret permutatio.Vlpianus titu.de tutelis.l.qui habet tutorem. Dummagis ætati quã dementi tantisper sit consulendum. Ant.Nebris.

Taxare est idem quod æstimare.

Taxatiuæ dictiones sunt tantùm, solum,dumtaxat, tantummodo,& consimiles.

## De Tante E.

Tectorium,opus est quod calce aut gypso incrustatum est,& tectorium substantiuè pro ipsa calce siue gypso quod super inducitur.Varro libro 3.de re rustica:Cùm villam, inquit, habes opere tectorio spectandam. Gellius libr.12. Villas inexcutas & rudes nec tectorio quidẽ prælitas esse dicit. Per translationem quoque de fœmina eerusata dixit Iuuenalis:Tandem aperit vultũ & tectoria prima reponit. Vlpianus titulo de damno infecto. l.ex damni. Ob tectoria,inquit,& picturas. Item Proculus titu. de seruitu. prædiorũ vrbanorum. l. quidã. Si parietem demolitus sit vicinus,non pluris,quàm vulgaria tectoria existimari debent. In alia tamen significatione videtur accipere Paulus in titulo, vti possidetis.l. si duo. Si vicinus,inquit, meus in parietemeo tectoria habeat & in parete suo. Ant.Neb.

Tegulæ sunt lateres, differunt tamen,quia tegulæ dicuntur à tego,quasi tegentes,non sunt cocti,sed ligna sub lateribus posita pro eorum substentatione. Sed lateres fundantur ex lapidibus & argilla,& coquuntur.

Telos græcè,tributum dicitur latinè.Inde telonarij publicani dicuntur & tributorum collectores seu exactores. Et etiam telonium dicitur locus in quo tributum exigitur.

Telum,largo quodam modo quicquid nocere potest appellatur. Nam apud Virg.atque alios auctores aliquando pro ense etiã accipitur. Iustinia.tamen libro iiij.Institutionum,titulo de publicis iudiciis: Telum,inquit, vt Caius noster ex interpretatione legum Duodecim tabularum scriptum reliquit, vulgò quidem id appellatur, quod arcu mittitur,sed & omne significat quod manu cuiusque iacitur:& paulo post,dictum ab eo quod in longum mittitur, à Græca voce telum figuratum, quæ verba Caij iterum ponuntur in titulo de verborum significatione.l. si calumnietur. §.telum. Nebr.

Telum non dicitur tantum quod ab arcu mittitur, sed etiam quod à manu,eo quod in longum mittatur,ergo lapis,lignũ, ferrum,nomine teli continetur. tex.est insti.de pub.iud.§.telum autem.

Temeritas est cùm quid facimus

propria voluntate,& sine superioris auctoritate. ita definit Gemi.in c.cum qui. §. insuper. de præben.libr.vj.vbi etiam dicit,quòd temeritas est quando quis facit actum à iure prohibitũ,& de temeritate vide Bar. in l.i.ff ad Tertyl.

Templarij sunt præceptores vel commendatarij & personæ religiosæ,vt clemen. de reli. do. & cle.cùm ex eo.de sen. excõ. per Ioan.And.in rub.de reg. & cap.ecclesia sanctę mariæ.de constitu. tales deputantur ad administrationem ecclesiasticam,& sic possunt agere & defendere iura ecclesiæ, vt cle.j. de rescript. & possunt etiam esse personæ incognitæ & de longinquis partibus, cap. cum deputati.de iudic. & quandoque eliguntur, & habent ecclesias parrochiales, & sic auctoritas diœcesani debet interuenire, facit capit. vnicum de capel.mona. libro vj. & no. in d.cle.j.de reseri. quandoque non habent ecclesias parochiales,& sui maiores habẽt eos deputare & instituere præter consensum diœcesani.Et secũdum Inno.in dignitate comparãtur institutoribus.c.q; quibusdam. de fideiusso.quia instant negotiis sibi commissis.vel etiam cõparantur visitatoribus siue visitatoribus missis à superioribus ad aliqua officia exercenda.

Temporaria res, dicitur quæ ita extruitur vt ad certum quoddam tempus duret, & non in perpetuum.Plinius libro octauo. Temporario,inquit, curipo. ostendit Idem libro trigesimosexto: Theatri, inquit, temporarij, & vix vno mense futuri. Seneca libro nono epistolarum:Hæ sunt,inquit,amicitiæ quas temporarias populus appellat. Paulus titulo quibus ex causis. l.ad cognitionem. Exilio,inquit, temporario. Papinianus titul.de pœnis.l.seruus. Cùm seruus per errorem in opus temporarium fuisset datus, expleto tempore domino seruum esse reddendũ respondi. Nebr.

Tempus continuum est quod cõtinuè currit diebus feriatis, & non feriatis, siue in præsentia siue in absentia sit copia iudicis,vel non.C.de præscr. long. tempo.l.fin.

Tempus verò vtile non currit diebus feriatis & absentiæ, & diebus quibus non est agendi cõpia.Et istud est multiplex, scilicet continuè vtile & inutile quo ad sui principium tantum, non quo ad progressum,&c.vt in glo.cle.vnica:de in integ.restit.vbi gl.remittit, de concess. præben.c.ij.& cap.quia diuersitatem.in fin.

Tenor literarum est idem quod sententia literarum,require suprà, Sententia literarum, sed tamen tenorem literarum dicimus



rectè tenorem tex. quamuis titellis scribatur, vnde tenor dicitur ipsa sententia literalis, licet rhetoricè plurima scribantur.

Tepidarium, locus erat in balneo tepidior,quemadmodum calidarium,calidior. Celsus libro 1.Tunc,inquit, in calidarium transire, vbi tepidario paululum insudauit.Idem in eodem: Si est balneum ante omnia in tepidario residere. Vitruuius libro v.Sudationes,inquit,quæ sunt coniungendæ tepidario. Paulus in titul.de seruitutibus prædiorum vrbanorum.l.fistulam.Si talis,inquit, sit vsus tepidarij, vt assiduum humorem habeat,& id noceat vicino posse prohiberi eum.

Tepidarium est idẽ quod balneũ, è tepore aquæ nomen trahens.

Tergiuersator dicitur qui in vniuersum ab actione recedit, qua si tergum vertens, vt in c.vlti. de collu. deteg.in gl.iiij. & ibi no. Et differunt tergiuersator &præuaricator & calumniator: vnde nota bonus versus.

Tergiuersator desistit, præuaricator,
Verum ipse occulat profert calumnia falsum.

Tergiuersari est in totum ab actione desistere,& dorsum vertere. ff.ad sen. turp. & in gl.præalleg.in c.vlt.de collu.deteg.

Tergiuersatio quandoque est versutia vel calliditas qua quis inducit alium vt desistat ab eius inquisitione,& sic capitur ī c.vlti. in gloss. præalleg. Quandoque etiam est frustratio,delusio vel colludium.

Terminus dicitur finis vel limes distinguens confinia agrorum, hinc Virgilius xij. Aeneid. Limes agro positus,litem vt discerneret aruis,& in c.forus. de verb.sign.

Terminus peremptorius obtinere debet tantùm temporis,quãtum tria edicta,nisi aliud exigeret iustitia, vt in cap.dilecti. de dila.in gloss.

Terram integram Caius votat, in quam dominus adhuc non immisit pecus pascendi gratia. l.sylua.de verb.sign.

Terra proscissa,in d.l.sylua.est quæ primũ aratrũ experta est,grãdioribus glebis relictis.

Territorium,est vniuersitas agrorum intra fines cuiuscunque ciuitatis, ab eo dictum, quòd magistratus eiusdem loci intra eos fines terrendi, id est amouendi vel submouendi ius habet.ff.de ver.sig.l.pupillus.§.territoriũ.Alibi ponitur ꝓ diœcesi.gl.in cle.ne Romani. de elec.

Tessera,tùm pro symbolo,hoc est belli signo accipitur. Virg. 7. Aeneid. It bello tessera signum. tum pro talis, vt vulgò accipiuntur: nam talus aliud est. Martialis: Hæc mihi bisseno numeratur tessera pũcto. tum pro frumenti quadam

mensura, de qua Sermis in illud Virg. j. Georg. Numeros impressit, acervis tesseras interpretatur, quibus frumento numerus designatur. Iuuenalis: Summula ne pereat, qua vilis tessera venit. Frumenti. Sueton. in August. Ne plebs frumentationum causa frequentius à negotiis auocaretur, ter in annum quaternorum mensium tesseras dare destinauit. Hinc Persius per diminutionem fecit tesserulã, Scabiosum inquit, tesserula far possidet. Iustinia. libro xj. Cod. titulo de frumento Alexandrino l. diurnos. tesseræ, inquit, designentur. Paulus de legatis secundo. l. mortuo. Si ratio tesseræ frumentariæ legata sit. Vlpia. libro v. Dig. de iudiciis l. sed & si. Si libertis, inquit, suis tesseras frumẽtarias emi voluerit. Neb. Tesseræ frumentariæ signa erant frumentaria, quibus exhibitis, frumentum à principe dabatur populo Romano, vt hodie quibusdam in locis nummi plumbei vel ærei, vel quid simile, quod pro symbolo sit. Ex quo factum est vt tessera pro iure percipiendi frumentum ponatur. Vnde ff. de iudic. l. sed & si susceperit, ita legitur, Si libertis suis tesseras frumentarias emi voluerit.

Testamentum est voluntatis nõstræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit. ff. eodem titulo. l. j. Et additur cum institutione heredis. inst. de lega. § ante heredis. & hoc de vniuerso patrimonio, vt excludatur singulare relictum & codicillus. Et dicitur testamentum quasi testatio mentis, vel vltimum elogium, seu vltima voluntas, qua quis de rebus suis disponit legatario legata assignando. Et diuiditur, quia aliud est testamentum nũcupatiuum quod cõsistit in sola nuncupatione testatoris, non in solennitate scripturæ, tamen septem testes necessarij sunt & heredum nominatio. Instit. eodem titulo, §. finali. Aliud est in scriptis conditum, quod similiter exigit numerum testium, subscriptiones, & signacula septem testium. Antiquitus autem tria genera testamẽtorum in vsu fuere, de quibus infrà in verb. testamentum surreptitium. Item testamenti aliam diuisionem ponit Isidor. lib. v. scilicet, testamentorum aliud iuris ciuilis, aliud iuris prætorij.

Testamentum iuris ciuilis est testamentum septem testium sigillis signatum, subscriptione firmatum, quod apud ciues fit, & inde dicitur ciuile.

Testamentum iuris prætorij est septem testium signis signatum. Et dicitur sic, quia fit apud prætores, secundum Isidorum ibidem.





Testamentum holographum est manu auctoris totum conscriptum & subscriptum, vnde & nomen accepit ab holon, id est totum, & graphos scripturavel litera, quasi tota litera, secundum Isid.

Testamentum inofficiosum est quod frustra liberis exheredatis, sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est, secundũ Isid. lib. v.

Testamentum irritũ est, si ille qui testatus est, capite diminutus est, vel captiuitate detentus, aut si non ritè vel cõtra legem factum est, secundum Isid.

Testamentum ruptum ideò vocatum est, quia nascente posthumo neque exheredato, neque herede nominato, disrumpitur, secundum Isid.

Testamentum surreptitium est quod in fraudem heredum seu legatariorum & libertorum non palam prolatum est, quod si non latet dictis personis, nõ proinde supressum videtur. Erant autem olim tres alię species, quæ hodie in vsu esse desierunt. Quoddam erat pacificum testamentum, & appellabatur calatiscomicus, à calos, quod est bonũ, & comicuspax, quia in bona pace fiebat, vel à calatis comitiis, hoc est bonis conuẽtibus, à calos bonum, & comitia conuentus vel conuentiones sapientum. Bonæ enim conuentiones erant quæ in pace fiebant: nam fiebant testamenta diebus feriatis propter penuriam hominũ, quia aliis diebus non feriatis erant homines diuersis negotiis occupati, quare testes non poterãt inueniri: vel dicitur à calo, id est voco, quia personarum vocatio fiebat. Aliud erat bellicũ, quod procinctum dicebatur eo qtempore præliorum cùm in prælium exituri essent homines in procinctu faciebant. Posteà accessit tertia species. s. testamentum per æs & libram, quod per emãcipationẽ. i. imaginariã quandãvenditionẽ sub quinque testib⁹ agebatur, & libripendæ. i. æstimatore, qui libripendebat. i. æstimabat familiam id est hæreditatem, & emptore qui erat loco heredis, ciuibus Romanis, id est liberis hominibus & puberibus præsentibus. Prima duo illorũ testamentorum penitus aboleuerunt. Tertium verò partim remansit in vsu. s. quo ad numerum testium, videlicet septenariũ. Erant enim quinque testes libripens, & emptor. Et prædicta nomina testamentorum ad ius ciuile referebantur, quia ius ciuile inuenit illa.

Testes sunt quos ante iudicium quisque sibi placitat & allegat ne possit liberum aut dissimulare, aut subtrahere se. Vnde etiam legati appellantur. Item testis est rei gestæ probator.

Sed testis cogendus est qui ad testimonium faciundum cogitur. Dicuntur ergo testes quia testimonium adhibere solent, sicut signatores qui testamentum significāt secundū Isid.li. vj. Item antiquitus superstites dicebātur eo q̄ super statu causæ proferebantur, nunc parte nominis ablata per aphæresin testes dicuntur & considerantur conditione, natura, & vita, vt in c. forus. de verb. sig. ad fi. Testes etiam continentur sub nomine instrumentorum. cap. peruenit. de testi. cog. Et qualiter testis examinetur, vide c. constitutus. de fideiusso.

Tetraetericū dicitur quod quarto quoque anno instauratur. Bud. in l. Septilia. ff. de pollici.

Textrinum, locus vbi texitur. l. qui textrini. C. de murileg. libro vndecimo.

## De Tante H.

Theatrum est locus in ciuitate communis & publicus ad spectacula, & dicitur à theorando, id est inspiciendo, vt in foro vel palatio communi, sicut in harena Veronensi, instit. in glos. de re. diui. ver. theatra. §. vniuersitatis.

Theatralis liberalitas est quod dati consueuit ad ludum theatri. C. de præd. curia. l. vlt. in gl.

Theriaca, non tyriaca, vt non medicorum corruptè habent, antidotum est notissimum contra venena. de cuius compositione duo extant Galeni opera, alterum ad Cæsarem, alterum ad Pamphilum, dicta theriaca, à ther, quod est fera, hoc est vipera. Plinius libro vicesimonono, Fiunt, inquit, ex vipera pastilli, qui theriaci vocantur à Græcis. Hieronymus in Iouinianū, li. ij. Viperæ, inquit, carnes vnde theriaca conficitur, quantis rebus aptæ sunt, norūt medici. De fundo instructo. l. quæsitum. Theriacam, inquit, & cætera medicamenta, non tyriacam. Nebr.

Thesaurus propriè dicitur pecunia abscondita sub terra, cuius non est memoria. l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acq. rer. do. Quādoque impropriè dicitur, vt ff. de acq poss. l. peregrè, in prin. & ff. ad exhi. l. thesaurus.

Thlasiæ dicuntur spadones, quibus testes fracti sunt. Thlibiæ verò qui attritos eos habent.

Thymelicus, interpretatur histrio, quoniam thymele, es, est pulpitum siue scæna. Apuleius pro magia. Si choragium, inquit, thymelicum, num argumentarere vti etiam me Gragi dij sytmate histrionis? Augustinus libr. vj. de ciuitate Dei: Quæ sunt, inquit, illa sacra, quib' agēdis tales elegit sanctitas, quales nec thymelica in se admittit obscœnitas. Vitru. lib. v. Ex eo, inquit, scænici & thymelici separatim nominantur.

Vlpia-



Vlpia. lib. iij. tit. de his qui not. infamia. l. athletas. Neque thymelici, inquit, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Item de consecra. distinc. v. can. non oportet. Sed vtrobique themelici corruptè legitur. Ant. Neb.

Thymelici, sunt fidicines, citharistæ, lyristæ, tibicines, qui in orchesta actiones suas peragebant, sicut histriones in scena, vt M. Vitruuius est auctor.

Thlasiæ siue thlibiæ, quod idem est, Latinè dicti qui habent testiculos attritos, appellati sic à thlae, quod est frango, siue thlibo quod idem significat. Vlpianus titulo de verborum significatione. l. spadonum. Thlibiæ, inquit, & thlasiæ, sed & si quod & aliud genus spadonum est. Item Paulus ad legem Corneliam de sicariis l. si quoque. ij. inquit, qui thlibias faciunt, ex constitutione diui Hadriani, in ea sunt causa, qua ij qui castrant. Vtrobique emendosi sunt codices recentiores. Accursius tota errat via, nunc dicens esse ferramētū castratorium, nunc venasquæ inciduntur, nunc id quod verissimum est, nescire se, quid thlasia aut thlibia sit, cū sit non castratus siue exectus, sed qui vt diximus attritos habet testiculos, de quo dominus per Mosen scribit in Deuteronomio, cap. vigesimotertio. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis & absciso veretro ecclesiam Domini.

Tyberius Cæsar, Liuij Drusi ex Liuia Drusilla filius, Augusti deinde priuignus, ab illo ea lege est adoptatus, vt ipse Germanicum Drusi Neronis fratris sui filium adoptaret. Ex Suetonio in vita Augusti, Tyberij, & Caij Cæsarum. Iustin. lib. j. titulo de adoptionibus §. pe. Augustus, inquit, non ante Tyberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptasset, vtprotinus adoptatione facta, incipe ret Germanicus Augusti nepos esse. Accurs. Imperator. inquit, volebat adoptare quendam nomine Germanicum, & hic Germanicus nolebat consentire. Vnde Augustus calidè suasit cuidam nomine Tyberio, vt illum Germanicum adoptaret, quod fecit. Quis talia historiarum portenta fingeret, nisi Accursius, aut Accursij admiratores. De Tyberio verò tanquam de persona ignota & obscuradixit cuidam Tyberio: cum successerit Augusto in Imperio. Quòd si historias seculares nunquam legit, nunquamue audiuit illud ex Euangelio Lucæ tertio: Anno decimoquinto Tyberij Cæsaris, &c.

Tibias, aliàstilibias, instrumentū est ad abscindēdum virilia, vel aliter, vt not. in l. hi quoque. ff.

ad

ad legem Cornel.de sicar. Imò thlibiæ legendum est.

Tibialia apud Pau.l.pe.de re mil. dicuntur arma quibus crura muniuntur.

Tignus vel tignũ dicitur esse omne genus materię lignęæ, vt in l.xij. Tab.& Azo in Sum.eo. tit.& institu.de rer.diuis.Vnde tignarij dicuntur omnes qui ædificant.

Tignus iniunctus, Require suprà actio.

Tiguli dicuntur foramina, quibus exit fumus.

Tympanium, margaritarum genus est,ex altera parte sphæricum,atque ex altera planum: quasi in tympani effigiem formatum.Plin.lib.9.vbi de margaritis & vnionibus: Quibus inquit,vna tantùm facies est, & ab ea rotunditas,auersis planicies,tympania nominantur. De auro&arg.leg.l.pediculis. Cùm quædam,inquit,ornamẽta ma millarum ex cylindristriginta quatuor,& tympaniis & margaritis detraxisset.

Tyrus,colonia Syriæ Phœnices, insula quondã,sed ab Alexandro in continentem translata, vnde Lucanus in 3. Et Tyros instabilis,preciosaque murice Sidon.Tyriorum coloniæ meminit Iurisconsult.in titulo de censib.l.vltim.

Titubatio est cùm ego hincinde duo contraria scio,nec tamen alicui eorũ(quia dubito)credulitatem meam applico.Vnde titubare dicitur quis,quando suspicionem habet super eo de quo cõtenditur,vt c.in nostra præsentia.de procur.in glos.in verb.titubasset, etiam titubare est defectuosè loqui vel ignoranter,vnde titubans pro ignorante habendus est.C. de cõd. indeb.l.vlt.& ff.de lib.ho.exhi. l.iij.§.is qui.arg.cap.dominus. de secund.nupt.vbi glos.pro& contra.& ca.proposuit.de coniug.ser.in glos.

Titulus quandoque signum dicitur, quandoque causa acquirendidominij,quandoque ipsa ecclesia,vt titulus sancti Petri, quandoque clericatus,quandoque canonicatus in aliqua ecclesia,vnde dicitur quis intitulari,id est, clericari vel canonicari.Item quandoque capitur pro causa mobili ad dominij translationem,vt pro locatione,vt c.ecclesia sanctæ.ij. vt lite penden.Item titulus est iusta causa possidẽdi quod nostrum est,& sic exigitur iustus titulus in vsucapione & præscriptione.c.si diligenti de præscrip.& glo.Sum.xv.q.ij.Etiam titulus possessori causam tribuit præscribendi:vt c.j.de præscri.lib.vj.& est vnũ de principalibus requisitis ad præscriptionẽ.Dicitur etiã titulus quilibet ordo ecclesiasticus quælibet dignitas vel prælatio,& sic dicitur quis intitulari in aliqua ecclesia,id est, ordinari, secundum Ber.in cap.dudum.de elect.super verbo intitulatam. & ff.si cer.pet.in rubr.



Titulus nonnunquam accipitur pro rubrica,vt l.j.ff.si cert.pet.

Titulus possessionis vel possidendi, & initium possessionis, & causa quare quis possideat: vt emptio,venditio,donatio,permutatio: quia per emptionem & similia incipimus possidere.

## De Tante O.

Tochi secundum Azon.dicuntur sustentatores pauperum.

Trochi scribendum est.

Toga prætexta, dicebatur apud Romanos,quo vtebantur pueri vsque in annum octauumdecimum, tunc enim sumebant togam virilem, quæ libera dicebatur.Seneca in epist.Tenes memoria cum prætexta posita sumpsisti virilem togam.Pueri quoque in ea ætate prætextati appellabantur.Iuuena.Et prætextatus adulter. Hinc Festus Põp.ait:Prętextatis nefas erat obscœno verbo vti, ideóque prętextatum appellabant sermonem, qui nihil obscœnitatis habebat.Vlpian. de auro & argen.leg.l.vestis. Puerilia autem sunt veluti togæ, prætextæ,aliculæ,chlamides, & pallia quæ filiis nostris comparamus. Præterea verò appellata est, quoniam purpuri vesti interrexebatur. Nebr.

Togatos dicimus aduocatos,à toga veste nominatos, quam habebant olim aduocati, diuersam à cæteris,vt per hoc cognoscerentur.

Tolerare,pro sustentare dixit Alphe.in l.in lege,de verb.sign.

Tomentum est quicquid puluillo aut culcitræ infercitur, siue illud sit lana, siue pluma, siue stramentum,siue carices,&iunci concisi,quod tomentum circense appellatur,id est, vulgare,triuiale, & pauperibus commune,dictum à Circo Romano,vbi eiusmodi tomenta vendebantur.Martial. Tomentum concisa palus circẽse vocatur, concisam appellat paludẽ, carices,& iuncos,qui ad tomentum concidebantur, quod à temo, quod est incido, dicitur, non vt indocti putant, ab eo quod tum erat. Seneca de vita beata:Si super circense tomentum per fascias veteris linthei effluens incubabo.Suet.in Tyberio:Druso.inquit, adeo alimenta subducta, vt cogeretur è culcitra tomentum mandere.Varro quoque de lingua Latina.Quod in culcitra tomentum aliúdve quid calcabũt, ab inculcando culcitra dicta.Vlp. de leg.iij.si cui lana. Lanæ, inquit appellatione, tomentum non continebitur. Exponetu, id est lana quæ culcitræ inculcata est:nam ea poterat in dubitationem venire.Quod verò

Accur

Accursius putat genus esse vestis, vel coopertorium de lana factum, quis non iure possit ridere? Nam vt in eadem lege habetur, si lanæ appellatio eatenus extenditur quo ad telam peruenerit, hoc est vt idem Accursius interpretatur, vt solùm textet texere, nondum tamen est in tutela posita, quomodo vestis siue coopertorium ex lana factum, debet lanæ appellatione contineri? Quid quod Paulus in eodem titulo expresse dicit: Lana legata vestem quæ ex ea facta sit deberi non placet. Ant.Nebris.

Tomentum accipit Nebrissensis pro omni quod insarcitur pului llo, siue illud sit de pluma lanâve, siue de stramentis vel alia qua alia re.

Topiarius, est operis topiarij artifex. Opus verò topiarium dicitur quod in viridariis topiarij faciunt, exprimentes varias figuras animalium aliarúmq; rerum ex myrto, citro, buxo, hædera, aliisque arbusculis, fruticibus, & herbis, quarum natura flexibilis est. Plinius libr. 15. Satiuarum, inquit, myrtorum genera topiarij faciunt. Idem libro 12. ficum indicam ad opus topiarium dicit pertinere. Et lib. 21. de chamædaphne. Topiaria, inquit, herba inopiam florum aliquando supplet. Idem lib. 22. acathon herbam appellat topiariam, quia topiario operi accõmodari potest, Cicero ad quintum fratrẽ: Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit hædera, atque ibidem: Vt denique illis paleati topiariam facere videantur. Vlpia. tit. de fun. instru. l. instrumenta. Si viridaria, inquit, sunt topiaria accedunt instrumento fundi. Et in eodem tit. l. quę situm. Hostiarij, inquit, vel topiarij, & diætarij. Aphricanus tit. de legatis tertio. l. cùm quæ rerentur, prædiis legatis, & quę eorum prædiorum causa empta essent, neque topiarium, neque saltuarium legatum videri ait: topiarium enim ornandi, saltuarium autem tuendi & custodiendi fundi, magis quàm colendi causa paratum videri. Accursius cuiusmodi ornatus esset topiarij, nescuit, cùm dicit illius officium esse, purgare agrum spinis & vepribus, & facere fossas. Imò verò cuiusmodi serui legato cederentur, cùm necessariò ager purgàri debeat spinis, & fossæ atque elices deducendæ sint, atque ad culturam pertineant. Nebris.

Topiarius est qui prædiũ ornat, saltuarius qui custodit. l. cum quærebatur. §. fin. ff. de leg. iij.

Tonsura in clerico: vide glos. in clem. quoniam, de vita & honest. cleri. & xxiij. dist. cap. prohibete. cap. clerici. cap. si quis ex clericis. cap. non liceat cuilibet.



libet, & xij. q. j. duo sunt.

Toral, mappa est quæ toro, id est mensæ imponitur. Varro de lingua Latina: Toral, inquit, quod ante torum. Horatius 1. Episto. Ne turpe toral, ne sordida mappa. Florentinus de suppellectili legata. l. de tapetis. Sicut thoralia, inquit, quæ stragulorum non sunt. In eodem tit. l. suppellectili, vt diximus in verbo mappa, oralia pro toralia legitur. Nebr.

Tormentũ dicitur quasi torquẽs mentẽ, à torqueotorques. Quęstio verò est veritatis indagatio per tormẽtũ seu torturã, & potest appellari quęstio à quærendo, quia iudex per tormẽtũ inquirit veritatem. Panor. in c. cũ in contẽplatione. de reg. iu.

Torneamenta dicuntur quædam nundinæ vel feriæ, in quibus milites ex edicto conuenire solent, & ad ostensionem virium suarum & audaciæ, temerè cõgregari vel congredi. vt capitulo de tornea.

Torrens est aqua in imbre cum impetu quę in æstate torrescit, id est, arescit: secundum glo. in clem. dudum. de sepult.

Vide ff. de flumin. l. j. §. ij. & de aqua plu. arcend. l. in summa. §. penultimo.

Tota. l. omnis. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. vers. idem dicimus.

## De Tante R.

Trabes est vestis consularis, vt C. de consul. l. j. libr. xij. qua veste etiam vtebatur Imperator, etiã se consulem vocabat: vt in authen. de consulib.

Tractatorij, erant viri qui tractabant & contractabant, id est, manibus contingebant & palpabant animalia publica, & equos sacro vsui deputatos. Vel dicuntur tractatoria literæ impetratæ pro licentia vehendi animalia, vel literæ datæ licentiæ ad tractandum & puniendum criminosos, secundum Accur. C. eod. tit. in rubr.

Tractatores Alciatus scribit appellari eos, qui habent tractatorias, id est licentiam adducendi equos in cursu publico: quam Plin. in epist. & Iurisconsulti vocant diploma.

Traaere, duplicem habet significationem, vno modo est rem suam in alterũ transferre. Corporalis enim res tradi potest, & à domino tradita alienatur: hoc patet per etymologiam dictionis. Dicit enim trado quasi transfero dominiũ, & sic bene dicitur in instrumẽtis venditionis, iure proprio tradidit, id est transferens tradidit seu dedit. Alio modo tradere capitur pro inducere in possessionem, siue pro ipsa corporali præstatione rei, vt cum dicitur: possessionem tradidit vel ipsum equum per frænum, vel librum in manibus.

Traducere vsus est Paulus. in l. si duo.

duo vti possid. pro facere traduces. Traduces autem in vitibus dicuntur, qui aliunde tracti ac propagati sunt.

Traha est instrumentum rusticũ, quod æquandis cespitibus vel fœno colligendo aptatur.

Traianopolis, ciuitas Siciliæ, à Traiano Cæsare cognominata, vt ex verbis Iurisconsulti colligimus. in titu. de censib. l. vlt. In Sicilia, inquit, Selinis & traianopolis. Sed cùm traianopolis oppidum sit Misiæ maioris, atque alterum eiusdem nominis in Piceno Italiæ interpungenda sunt legis verba, aut Selinis sit in Sicilia, & traianopolis altera ex illis duabus.

Ant. Nebris.

Traiectitia pecunia, dicitur, vt Modestinus lib. 22. Digest. tit. de nautico fœnore, scribit, quę trans mare vehitur, & ibidem sæpe. Aphricanus quoque in titulo de actionibus & obliga. l. traiectitiæ pecuniæ. Item Cod. de veteri iur. enuc. l. tanta. Dicta est autem traiectitia, à traiiciendo, hoc est, transmittendo, vnde est frequenter apud historicos, traiicere montem, & traiicere marę, & traiicere flumen, & traiicere exercitum, traiicere merces, traiicere pecunias. Atque vtrunque simul traiicere exercitum, mare, flumen. Quare traiectitiæ pecuniæ nomine veniet ea, quæ permutatur, & transuehitur vltra montes & maria. Nebr. Traiicere est mare transire. Vnde dicitur: Si pontonibus mare traiiciatur, id est, transeatur: Inde traiectum est per mare transitus. Etiam alio modo est nomen ciuitatis.

Traiectitia dicitur pecunia quæ locatur vel permittitur alicui per mare adquēcunque locum transuehenda vel deportanda. ff. de actio. & obligatio. l. traiectitiæ.

Transactio est de re dubia, & lite incerta nondum finita dato aliquo promisso, vel retento, non gratuita pactio, vt in cap. super eo. de transact. Et est idē quod compositio inter aduersarios, & litem intelligo præsentem vel futuram, quia ante litem contesta. potest fieri transactio. vt ff. de condic. indeb. l. elegan ter §. si quis post. Item litē sub audio iustam vel iniustam: vt C. eod. tit. l. ij & si quis quando agit, credit se habere iustam causam, aliàs contrariũ, vt ff. de condict. indeb. in Sum. vt tamen inter insistentem & resistentem, vt si actor per calumniam insistat, nulla sit transactio: sed si reus per calumniam resistat, valeat transactio quantum ad eum. C. eod. titu. l. sub prætextu. licet per aliam viam, hoc est per actionem de dolo, vel replicationem doli consulatur actori, vt ibidem dicitur quando dolo reus induxit actorem ad transigendũ. Et dicitur in descriptione, non gratuita pactio: ideò quia fieri non potest gratis, imò expedit quòd is, cui fit transactio, aliquid det vel dare promittat transigenti. vnde fieri debet aliquo dato retento vel promisso, alioquin transactio non procedit. Et in eo quod dicitur, aliquo, intelligitur etiam de modico: quia si quæstio erat de re valente centum, potest fieri transactio pro decem vel pro minori, nec potest dicere transigens se deceptum, quia transigit super incerto. Item in eo quod dicitur re dubia & lite incerta, intransitiuè ponitur: vt sit sensus, de re quæ dubia & incerta est: lite, id est propter litem, quia lis quandiu pender, facit rem dubiam & incertam. Nam euentus litis & iudiciorum incertus est. l. quod debetur. ff. de pecu. vnde super eo quod in quæstione vertitur, lite pendente potest fieri transactio: & ideò dicitur, lite nondũ finita. Nam si iudicatum esset, nec appellari posset, nec aliquo remedio sententia retractari, ita quòd de sententia non dubitaretur, certè transactio non valeret, vt si quis condemnatus ad decem dicat, Verum est me tibi condemnatum esse ad x. & verum est quòd debeo, sed si vis esse contentus, quinque dabo incontinenti, tunc transactio nulla esset, & iudicatum negaret, adeò tamen liquida foret probatio, vt non sufficeret negare, adhuc est idem: vt C. de pœn. l. qui sententiam. Dicitur enim transactio quasi actionis in amicitiam seu amicabilem compositionem transitio: trãseunt enim à lite & ab actione, qui componunt inter se paciscentes, cùm tamen gratis non remittitur actio, secus si gratis remittitur, quo casu non fit trãsactio, sed simplex donationem pactio, qui eũ trãsigit, quasi de re dubia & lite incerta neque finita transigit. i. cõponit, vt in c. super eo. ti. in gl. ij. & sic is trãsit ab actione qui transigit, & is qui agit propriè dicitur transigere, vt C. eo. tit. l. ij. præal. reus autem impropriè. Item in spũalibus non valet trãsactio proprio nomine dicta. c. si quãdo clerici. de offic. deleg. & c. super eo, præalle. & est tex. in c. cõstitut⁹. & c. præterea. e. ti. Ratio, quia trãsactio in spiritualibus cõtinet speciem simoniæ: verbi gratia, duo litigant super aliquo beneficio ecclesiastico, puta ecclesia vel præbenda, & etiam super iure præsentandi: talis transactio cùm sit super re sacra, non valet quando alter illorum dat alteri x. vel xx. annuatim vt cesset à lite, & alter obtinet ecclesiã seu præbẽdam seu ius præsentandi, cùm sit annexum spirituali: ergo species

simoniæ est, vbi aliquid datur vel promittitur siue retinetur in talibus vt possideatur, alias procederet in spiritualibus nullo dato retento vel promisso, sed tunc propriè non est transactio, sed in temporalibus valet transactio tali modo sumpta. Sumitur autem aliter & largo modo transactio, prout est amicabilis compositio, & si potest fieri in spiritualibus, vt in capit. statuimus, de transactionibus. arg. cap. nisi essent de præbend. & cap. vlti. de rer. perm. Et hoc dum ex vtraque parte datur spirituale, auctoritate tamen superioris, vt aliqui litigent super ecclesiis, & episcopus vel archiepiscopus componat eos iure. Item non valet transactio in subiectione spirituale cap. præterea. ij. eodem titulo. Subiectio enim est spirituale quid, & ideò aliquo dato vel promisso siue retento remitti non potest. verbi gratia, iste subiectus est tali abbatiæ, scilicet ecclesiæ sancti Petri, modo transigere, id est, dare triginta solidos, vel aliud in certo sensu vt sit exemptus ab abbatiæ subiectione, qui census est, licet esset recognitio debitæ subiectionis. cap. omnis anima. de censi. tamen non valet talis transactio propter subiectionem. Sed si gratis vellet quis aliquam ecclesiam eximere subiectam, bene posset ex ea annuatim aliquid accipere, nec esset simonia. cap. constitutus. de relig. domi. vel sibi constituere soluendum censum in recognitionem dominij, vt in capit. omnis. præallegato, vel ad indicium perceptæ libertatis, vt in cap. 1ecce pimus. de priuileg. Item in matrimonio compositio vel transactio non valet. capit. finali, de transac. Et nota duas regulas. Prima est affirmatiua, quòd in omni causa criminali vel in omni crimine pro quo venit imponenda pœna sanguinis, licitum est transigere, excepto crimine adulterij. Ratio huius regulæ, quia vnicuique licet redimere sanguinem suum. Sed ratio exceptionis est frequentia criminis adulterij. xxxij. quæst. vij. quid in omnibus. de iudic cap. at si clerici. §. de adulteriis. Secunda regula negatiua est, quod in aliis criminibus, in quibus non venit pœna sanguinis, non est licitum transigere, excepto crimine falsi, in quo potest transigi: ratio regulæ est, ne delicta maneant impunita. Ratio verò exceptionis, quia non potest maius crimen imponi quàm falsitatis, qđ admit omnem honorē. Et hæc dicta procedūt de iure ciuili. Iurenamque canonico hic non licet transigere: ibi sic, quia ibi non venit pœna sanguinis imponenda. Item transigi non potest super alimentis, nisi autore prætore. ff. de transact l. cùm hic insum. Ergo no. q. quædam insunt quib nec compositio, nec dispēsatio, nec transactio locum habet. Quomodo enim posset fieri per amicabilem compositionem, dispositionem vel per transactionem, vt vir dimissa vxore aliam superinduceret? vel vt monachus talis existēs proprium haberet? de sta. mona. cùm ad monasterium. vel vt subiectus in subiectione perdurans, domino nō obediret. s. in licitis & honestis. in his ergo cum similibus transactio locum nōhabet, vt in fi. eo. tit. Effectus autem transactionis est vt omnia instrumenta ad causam spectantia, super qua transactum est, & quicquid aliud est quod opē partibus ferre poterat: hoc sit vacuum, & omni virtute cassatum, & sola transactio validum perpetuúmque robur obtineat, vt in c. j. eodem titul. secundum Gof. in sum. de transa.

Transferibere præter illam significationem, quæ omnibus est notissima, modò significat iure cesso tradere, vt in l. si vir vxori. de præscript. ver. modò transferre, vt in rationibus fit, cùm id, quod mihi expensum latum est, in aliud nomen transfertur, & nomen meum è rationibus eximitur. l. Aliquando. ad Senatusconsl. Velleian. Bud.



Transfuga dicitur qui transit ad hostes.

Translata legata dicuntur, quæ testator vni legatario ademit, & alij legauit: nam sic transfert testator auferendo ab eo cui primum legauerat, & alij dando.

Translatio tribus de sede ad sedem facta commutatio, vt cùm episcopus de vna sede adalia transfertur, vnde quod hic appellatur translatio, ahbi dicitur mutatio, vt iij. q. j. mutationes. vel sic, Est ab vna ecclesia ad aliam regulariter facta transitio. Potest enim aliquis de minori ecclesia ad maiorem transferri: nā qui prouehitur, de minore ad maius prouehitur, xciij. dist. legimus. in fi. & hoc maximè de translatione episcoporum. Vnde translationum duæ sunt causæ. Prima vtilitas, cum in sua ecclesia infructuosus est. Secunda necessitas, vt cùm persecutionem patitur, & hostilitatem. Et sunt tres causæ transitus. Prima leuitas, Secunda cupiditas, Tertia humilitas. de hoc Goffre. in sum. eo. tit.

Translatiuè significat segniter & non accuratè. l. j. §. prætuaricatorem. ad senatusconsl. Turp. & l. j. de iure patro.

Translatitium edictum, vide in ver. Edictum.

Transmigrare est de loco ad locū transire.

Transuectionem, vt inquit Bud. in l. ij. de in ius voc. hodie li-

cet barbarè, monstram vocamus.cum scilicet equites solen niter recensentur.

Transuersales dicũtur qui ex trãsuerso siue à latere coniuncti sunt,vt fratres,sorores,& eorũ earumque liberi.

Trapetum, siue trapetus,vt inquit Seruius in illud Virgilij 2. Georgico. Venit hyems teritur sicyonia bacca trapetis. olearia mola est. Martialis: Nec tarteſſiacis cedat tua ſylua trapetis.dictum à tero teris, vt Varro de lingua latina tradit, vel (vt alij) trepo quod est verto, quia molæ olearię vertuntur. vel à trepo,quod est premo. ad priorem etymologiam alluſit Virgilius cùm dixit,teritur sicyonia bacca trapetis, ad alteram,vel potius ad vtranque.Plinius libro 15.Mox,inquit,trapetis fractæ oliuæ premerentur. Vlpianus titulo locati & conducti. l. sed addes §. illud. Trapeta,inquit,instructa funibus. Accursius instrumentum tantùm esse dicit, sed non cuiusmodi, aut ad quos vsus. Quod verò in titul. de supellectili leg. l. de trapetis. bis scriptum est trapetum, expuncta r,litera,tapetum est legendum, quod nemo dubitat in genere stragulorum esse. N.

Trapetum est mola olearia.l. sed addes.§.illud.ff.locati.

Trapezita,id est campsor vel mercator.xxiij.distinct. in nomine Domini.

Trapezophorum, theca erat in qua prectosiores mensæ deferebantur:nam trapeza interpretatur mensa,& phereo vel phoresco,quod est fero. Florentinus de supellectili legata. l.supellectili. Trapezophora, inquit,delphica & subsella.Cicero tamen ad Fabium Gellium pro statua siue signo quod ferebat mensam posuit,Trapezophoron,inquit,si te delectat habebit. N.

Trapezophoræ erãt mẽsæ ornatu maximo elaboratæ,quæ effictis imaginibus substinebãtur. Trapezophoratum mentio fit in l. iij.de supell.leg.

Tremis species erat pecuniæ signatæ, sic dictæ, à terna parte aurei quam pendebat,vt docet Bud.in l.qua vulgo.de edil.edi.

Treuga est securitas præstita personis & rebus ad tempus,discordia nondum finita, vt de treug.& pa.c.j.sed pax requiresuprà in litera P.

Treuga ad tempus facta potest appellari pax.c.nouit. ver.postremo.& ibi ad hoc no.Pan.in pe.no.de iudic.

Tribunal secundum Goffredum est locus maiorum iudicum qui habent merum imperium, secundum Azon.in Sum.C. de iurisd.om.iudi.vel est locus vbi iudex pro tribunali sedet, qui alias forus vocatur, extra, de verb.sig.forus.& est glo.in cap. primo



primo,de re iudic.libro sexto.

Tribunus plebis est plebeius magistratus, sic dictus,quia populus Romanus olim erat diuisus in tres partes,& ex singulis singuli tribuni creabãtur, vel quia tribuum suffragio constituebantur.

Tribunus Quiritum,id est militũ erat Rege exacto ante dictatores,qui præfuit equitibus, postquam partim ex plebe, & partim ex partibus militum creati sunt Tribuni consulari potestate.

Tribuni,id est primicerij.l.ij.& ibi gloss.C.de offic.primi.& qui dicantur tribuni,vide l. officium. ff.de re mili.

Tributum est census qui præstatur ratione soli proprij, à possidentibus. Dicitur autem tributum ideò,quia militibus tribuebantur,qui expeditioni publicæ vacabant, vnde & stipendium appellatur:vt ff.de verb. sig.l.ager.& ff.de publi.& vectij. l.j.§.hic titulus,super ver. pendant,in gloss.

Tributarij dicũtur à tributo quod à tributione deriuatur.

Tributaria actio,requiresuprà,de actionibus.

Triennium tempus xxx.annorũ: inde triennalis præscriptio,vt in c. vigilanti. de præscript. in antiq.

Triclinium erat locus tribus constratus lectis,addiscumbẽdum.

Triclinaria vestimenta sunt illa quibus vtimur in cubiculo. T apud Aufidium.ff.de op.legno

Triennium est tẽpus trium annorum,vt c.j.de præscrip. Et inde dicitur triennalis præscriptio, quæ communiter currit in vsucapione.

Triẽs est tertia pars assis quatuor continens vncias.

Trierarchus, interpretatur nauis princeps:nam trieris est nauis habens triplicem ordinem remorum, quæ triremis dicitur. Hierony.Ezechielis capite no. Egredienturnunc ij à facie mea in trieribus. Ad senatusconsultum Trebellianum. l. eius. Fiduciarium,inquit,reliquit heredem trierarchum.Item de bonorum possession.l.j. Naruarchos,inquit,& trierarchos classium. Nebr.

Trierarchus interpretatur princeps nauis:trieris enim nauis dicitur triplici remorum ordine instructa l.Seius ad senatusconsul. Trebel.

Trietericus,a,um, est illud quod tertio quoque anno contingit, à tria,quod est tres,& etos annus.Virgi. 4. Aeneid. Referunt trieterica Bacchi Orgia. Quid. 2.de remed.Ibat vt ædonio referens trieterica Baccho. Apuleius pro magia.Crotalum, inquit,ad trieterica Orgia. Modestinus libro 50. Digest. tit. de pollicitationibus. l. Septicia. Agonem,inquit,constituo trietericum.

Trigintacū, q. xertiū quòq; anno contingit. l. septimū. de pollici.

Trini, æ, a, nomen est distributionis inquale illud bini, & quini, & dicitur, significátque cuilibet competere tria. dungiturque vt alia eiusmodi nomina numerum pluraliter declinatis. Martialis. transferint binæ forsan trinæve calendæ. Silius libro decimoquinto Punicorum: Qui sua nunc trinis deducunt agmina castris. Et Curtius libro 10 de legatio. Emendum. Præcipitur, inquit edicto Vespasiani omnibus ciuitatibus, ne plures quàm ternos legatos mittant. Accursius in erroribus pertinax est, nam qui binos exposuit pro quatuor, quinos, pro decem, denos, pro viginti, hoc in loco trinos pro sex exponit, cùm exponendum fuerit trinos, id est quælibet ciuitas tres. Sed quæro iam, non ab illo, sed ab illius amatoribus, an rectè dictum sit, quòd omnes ciuitates non amplius mittere debeant, quàm sex legatos? significaretur namque quòd omnes ciuitates simul sumptæ non amplius essent missuræ quàm sex legatos, quod est per quam ridiculum. Nebr.

Triplicatio est quæ duplicationē infirmat & aduersatur. Et sic deinceps quadruplicatio. Require supra, duplicatio.

Tripondius est as triplicatus, scilicet xxxvj. vnicæ.

Triphus, potest interpretari delicatus: nam triphe, es, est delicium, & tryphao delicior. Vlpia. titulo de ædilitio edicto. l. item Offilius 5. vt Balbus, inquit, & blesus & tryphur: is qui tardius loquitur. Vbi tryphum pro traulo hoc est blesoposuit: & qui quodammodo ex deliciis sic loquitur. Quintilianus libro primo: Illorum delicias reprehēdi, qui s literā male proferūt. Legendū athopis.

Triumuiri capitales dicuntur qui carceris habebāt custodiā, quorum interesse animaduertendum erat in quosque homines facinorosos, quos etiā dicimus stratores à stringendo, quia in carcere custodiendos & reos damnatos puniebant.

Triumuiri monetales dicūtur vi delicet æris & argenti, vel auri conflatores.

Trochlea: instrumentum est cum orbiculis ad eleuanda & deprimenda onera. Cato. de re rustica. Trochleas Græcanicas binis funibus spatheis. Vitruuius libro 10. cap. 2. & 3. de trochleis multi, dicta à trecho, quod est curro. Vlpianus titulo locati. l. sed addes. Tympanum, inquit, & trochleas quibus eleuatus prælum. Nebrissen.

Trocleam, instrumentum fuisse antiquitus, quo prælum releuaretur, ostendit Iurisconsul. in l. sed addes. ff. loca.





Trophima, merces nutricum.

Trozimus Græcè, maturus siue comestibilis interpretatur. Vnde vua quæ esui adseruatur & quæ non est apta vino, trozimos à Iurisconsulto appellatur in ti. de ver. sig. l. quifundū. Qui fundū, inquit, vendit, pomum excepit, nuces, ficos, & vuas dū taxat duracinas, & pupureas, & quæ eiusdem generis essent, quas nō vini causa haberemus, quas Græci trozimos appellāt, exceptā videri. Ant. Nebris.

Trulla, vas est quo è culina in latrinam aquam fundunt, atque ad alia eiusmodi ministeria cō paratum. Hor. 2. Ser. pro vase potorio vilioripositum. dicēs: Qui Veientanū festis potare diebus Campana solitus trulla. Iuuenalis: Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Pomponius de auro & arg. leg. l. & si Veluti. patopsidas, inquit, tabulas, trullas. Paulus de fundo instructo. l. tabernæ. Trullæ, inquit, quæ circa cœnā solēt traiici. N.

Trulla instrumētum est quod vernaculæ linguæ allusione satis intelligitur. Eo enim liniendis muris & arenato gypsatóque inducendis vtūtur, & inde trullizatio ex gypso inductio & linitio. Sed apud Iurisconsul. ff. de au. & ar. leg. l. & si non sunt. §. argento facto. accipitur vel pro vase potorio, vel pro vase in quo ventris onus excipitur, & aliter apud Papin. ff. de fun. instru. l. tabernæ cuminquit, Trullæ quæ circa cœnā solēt traiici.

## De Tante V.

Tubus, bi, siue sit fictilis, siue ex alia materia, est fistula per quæ aqua deducitur, imòverò aquæ ductus ipse tubulis pyxidaris constat. Hispani araronas appellant. Columella libro 1. Aquainquit, sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contectam cisternam deducitur. Plinius libro 31. Aquam è fonte duci fictilibus tubis vtilissimum est. Seneca libro 14. epist. Suspensuras balneorum & impressos parietibus tubos. Vlpia. ti. de cloacis l. j. Cloacæ appellatione, & tubus & fistulæ continentur. Et per diminutionem tubulus in eadē significatione. Plin lib. 33. ,p cuniculo subterraneo posuit. Hi colores, inquit, in eisdem tabulis inueniuntur. Proculus in titulo de seruitutibus vrbanorum prædiorum. l. quidam. Non licet, inquit, tubulos habere admotos, ad parietem communem. Hic Accursius tribulos pro tubulis legit, interpretatúrq; esse vasa lapidea, in superiori lege tubum putat esse foramen cloacæ. Nebr.

Tubi per diminutionem tubuli, sunt canales fictiles per quos fumus vltra parietem conducitur, de quibus meminit Iurisconsul. in l. quidam hyberus. ff. de ser. vrb. præd. dum dicit.

non licere tubulos habere,ad-motos ad parietem communem,iisdem dicuntur feneſtræ, quibus calor balnei euaporat.

Tugurium dicitur eſſe tectũquod rebus vrbanis vel ruſticis cuſtodiendis eſt deputatum, vel dicitur omne ædificium quod magis competit ruſticis, quàm vrbanis ædibus,& dicitur quaſi tegurium,eo quòd tegat.ff.de verb.ſig.l.tugurij.

Tunc ſignificat extremitatem temporis. l. ſi iis legatum. §. ſi ita ſcriptum.ff.de condi.& demon. hoc facit ad quæſtionem notandam. Si quis ita teſtatur:Si Imperator non venerit in Italiam intra quinquennium, heres meus tunc decem det Titio. Imperator moritur primo anno,an Titius poteſt petere decem? Solutio, certè non niſi poſt quinquẽnium,ad hoc ſem per allegatur text. prælleg. & hoc quando tempus opponitur in conditione poteſtatiua. Si verò in conditione caſuali apponitur,ſi deficiat,non expectatur.l.hoc iure.ff. de verborum oblig. Fallit niſi addatur dictio,tunc, & hinc exceptum eſt.de elect commiſſa. libro vj. vbi de hoc.

Tuba conſtat decem hominibus. l.prætor.2.ff.vi bon. rap. & ſic differt à rixa, quam etiam duo conſtituunt,vt ibi dicitur.

Turpia verba.i.diffamatoria.

Turpium perſonarum appellatione continentur meretrices. l. iij. ff. ſi quis à par. fuc. manum.

Tutela ſecundum Azo.in ſum. eſt vis & poteſtas in capite libero;ad tuendum eum qui propter ætatem ſe tueri nequit, iure ciuili data ac permiſſa, vt inſt.de tute.§.eſt autem.Vis autem dico de facto, & poteſtas de iure,vt talis ſit tutor,qui propria imbecillitate non impediatur,nec à iuriſdictione repellatur, quales ſunt pupillus, futioſus,& qui perpetuo morbo laborant,illi enim propter imbecillitatem corporis vel animi tutores eſſe non poſſunt. Sed fœminæ quamuis ſciant res adminiſtrare pupillares, & ad id expediendũ vires habeãt, tamen à iure inſtitutionum nõ admittuntur.

Tutela teſtamentaria eſt quando Pater dat filio tutorem in teſtamento.

Tutela datiua eſt quando nullus datus eſt tutor filio in teſtamento,& non extantibus conſanguineis idoneis ad tutelam,iudex ex officio ſuo dat tutorem.

Tutela legitima eſt quæ defertur à lege: ſecundum quam quando nullus datus eſt tutor filio in teſtamento,qui primo loco deberet ei ſuccedere ab inteſtato,tenetur ſuſcipere tutelam huius.

Tutelæ actio directa & contraria. Re



Require ſuprà,Actio.

Tutor eſt qui pupillũ vel pupillã morte patris vel emancipatione ſui iuris factũ vel factã tuetur. Differt autẽ à curatore,quia tutor datur impuberi, curator verò puberi vel adulto.ſ.furioſo,prodigo,ſurdo,muto, & ſimilibus qui rebus ſuis præeſſe non poſſunt. Itẽ tutor quando que datur à iudice, quãdoque à teſtatore. Datur enim à teſtatore,& cõfirmatur decreto iudicis vel præſidis. Etiam datur inuito Sed curator non niſi volẽti prꝛterquã ad litẽ. Itẽ tutor non datur certæ rei vel cauſæ, ſecus in curatore, imò tutor principaliter datur perſonæ & ſecundariò rebus. Sed curator primò& principaliter datur rebus & ſecundariò perſonæ. Et no.ꝙ quidã eſt tutor legitimꝰ, quidã fiduciarius, quidã teſtamẽtarius,quidam honorarius, tutor fiduciarius eſt qui pupilli emancipati, cuius pater qui eũ emancipauit,tutor erat legitimus,pro patre mortuo tutelã accipit,cùm mortis tempore erat in patris poteſtate. verbũ gratia, Titius duos filios habuit.ſ.Seium, & Meuiũ,Seius fuit maior annis, Mæuius fuit pupillus,Seiũ habuit in poteſtate,& Mæuiũ emãcipauit; & ipſe tutor eius erat &mortuus eſt eo patre mortuo.Seius frater Mæuij pupilli fiduciarius tutor eſt:emancipatione enim petit ius agnationis, ne fratris fui frater legitimus tutor eſſe poſſit tanquam proximus agnatus,ſed fiduciarius bene: & ſic tutor fiduciarius eſt frater fratris ſui emancipati, vt patuit. Sed ſi pater emancipet vnum de filiis ſuis impuberem, eius eſt legitimus tutor, & mortuo patre filius alter maior fiduciarius tutor appellatur, & dicuntur tutores quaſi tuitores atque defenſores. inſtitu. de tute.§. tutores,& iſte tutor non poteſt dari niſi libero,licet ſit caſus vbi ſeruo datur tutor,vt ff. de tute.& cur.da.ab iis.l.ſi impuberi.j.reſpon.tutores à quibus iudicibus dantur,vide glo. inſtit.de curato.in princ.inver. magiſtratibus.

Tutor legitimus eſt qui lege præcipiente pupilli nanciſcitur tutelam,quales ſunt proximi, agnati & cognati. Regulariter enim traditum eſt ſecundũ leges,vt ad quem ſpectat emolumentum hereditatis alicuius pupilli,ad eundem pertineat& & onus tutelæ eius, niſi fortè ſit mulier, quæ bene vocatur ad hereditatem morientis, nõ tamen ad tutelam ſuperſtitis, quia tutrix eſſe non poteſt.

Tutor honorarius eſt qui datur pupillo vt ipſum defendat à vexationibus aliorum, vel datur notitiæ gratia,vt alios tutores inſtruat.c.venerabilẽ. de elect. in gl.ſuper verbo curabit. Vel

honorarius dicitur datus causa honoris non administrationis. Et tales nō habēt onus, vt reges, principes comites, barones, quibus cōmittuntur filij causa honoris, ideo illorum tela vacationem non præstat. inst. de excu. tu. vel cura. §. item tria onera.

Tutor testamentarius dicitur qui testamento tutor filio à patrē pupilli datur, scilicet qui acta in testamento nominatur & assignatur.

Tutor suspectus secundum Azonem in Sum. C. eodem tit. dicitur ille qui moribus talis est vt suspectus sit, non enim facultas & paupertas, sed fraudulenta vel callida conuersatio in rebus pupillaribus suspectum tutorem commendat.

## De T ante Y.

Tympanum est instrumentum ad faciendum oleum. l. sed addes. §. illud nobis. ff loca.

Tympanium (inquit Nebriss. in Lexico iuris) margaritæ genus ex altera parte sphæricum, ex altera planum. l. pediculis. ad fi. de aur. & arg. leg.

Tyro est nouus miles, vt C. de tyro. libro vij.

Tyrocinium animi, in l. vltim. de ædil. edict. Venuleius eleganter pro simplicitate & rudimento posuit, vt ibi attestatur Budeus.

Tyrus est serpens venenosissimus, de quo fit tyriaca magna. Theriacam scribunt alij.

Tyrannica potestas est cū quosdam fauoris gratia sublimat, quosdam odio vel inuidia humiliat, & leuis suspicionis aura condemnat. xv. q. vij. c. j.

## De V ante A.

Vacans possessio, require supra possessio.

Vacantia bona dicūtur ea, quæ dominum non habent, vel quæ fisco vel dominio alicuius applicantur. Quod contingit multis modis: Quādoq; si quis intestatus decedit, vel qui testari nō potest, vel faciat propter quod heres suus succedere non potest, vel etiā vbi aliàs de cōsuetudine bona alicuius dominio applicantur, tunc dicuntur vacare bona.

Vacillare quid sit, vide extra de procur. in nostra. & de cau. possessionis ecclesia. & de testi. c præterea per Inno. & alios.

Vacillare dicitur qui dubitando & tremendo loquitur, & quiuariè loquitur. Cardin. Zabarel. in cap. præterea. circa fin. de testi. cog.

Vacuam pecuniam dixit Iurisconsul. in l. Quintus. depositi. pro ociosa & reposita, & ex qua quis lucrum non facit.

Vadimonium accipitur pro ea sponsione quæ datur in causa grauiori, puta criminali: dictū vadimonium à vadibus, hoc est



est sponsoribus, quos qui dederit in iudicio vadere, id est decedere potest quocunque libuerit. Auctores sunt Acron & Porphyrion in illud Horatij in primo Sermonum. Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem est. Iuuenal. differs vadimonia prætor. Et Plinius in procœmio naturalis historiæ: Propter quod inquit, vadimonium differri possit. Neb.

Vagabundus est qui non habet domicilium, sed hodie hic est, cras alibi. l. iiij. §. prætor. ff. dam. infec. Sed quasi vagabundus est qui habet domicilium, sed raro moratur in eo, & vagatur huc illuc. Quomodo cō ueniantur isti, habetur in cap. fina. de foro compe. in glo. j. & ibi nota.

Valesij, apud antiquiores dicebantur qui postea s, litera (vt in plerisque aliis) in r, literam mutata, Valerij sunt appellati. Fuit autem Valeriorum familia Romæ dicta à Valesio vito præclaro, nec minus locuplete, in gente Sabina, qui postea Manius Valerius Terētinus cognominatus est, à Terento loco quodam Diti patri sacro, Romæ in campo Martio in quo aram illi dicatā ab antiquis primus omnium mōstrauit Quintilianus libro primo: Vt Valesij, inquit, & Fusij, in Valerios & Furios venerunt, ita arbos ætatis fuit. Idē quoque Festus Pompeius scribit in dictione Aurelia familia. Pomponius in titu. de origine iuris. l. necessarium. auctor est, Appium Claudium cæcum fuisse auctorē, vt in illis nominibus s, litera in r, transiret. Appius, inquit, Claudius inuenit, vt pro Valesiis Valerij, & pro Furiis Fusij essent. Hinc est libro institutionum titulus de lege Fusia canina, pro eo quod est Furia canina.

Valetudo, & valetudinarius, & nunquam valitudo & valitudinarius legendum est in libris Digesto. quoniam sic scriptum esse animaduertit Ludouicus Bonogninus in Pandectis Florentinis, atque apud antiquos hæc nomina sic proferebātur.

Valetudo dicitur infirmitas in vno significato. c. quoniam frequenter. vt lit. non cont. per Innocen. & Hostien. cap. fin. de testi. l. ij. §. si quis in iudicio. ff si quis cautio. & l. vnica. C. qui morb. excus.

Valetudinarij dicūtur infirmi qui frequenter ęgrotant, vel qui laborant per lucida interualla, vt qui modo sani sunt, post horā infirmi.

Valetudinarij qui dicantur, vide Panorm. in capit. quoniam frequenter. verſic. quartò quæro. vt lite non contestata.

Vari secundū Bud. in l. j. de ædil. edic. sunt qui pedes incuruos & in se contractos habent.

Variare

Variare dicitur qui primò dicit vnum, deinde contrarium, nulla assignata causa variationis. Contradicere verò dicitur, qui simul dicit duo incompassibilia vt interfuisse contractui, & se eadem die fuisse alibi in loco incompassibili. Card Zabarel. in capitulo præterea. circa finem de testi.

Varicosus dicitur curuus, à varice neruo contracto, quia neruus in senectute reddit hominem varicosum & curuum, vel est qui modò huc modò illuc vadit vt stultus. l. varicosus. ff. de ædil. edic.

Melius est interpretari varicosos pro iis qui laborant varicibus, quæ sunt noxiæ venulæ in cruribus, quæ propter atram bilem turgescunt, & ferro adustionéque curantur.

Variè aliquando exponitur id est variis in locis. §. hæc cõsiderãtes. in auth. vt omnes obe. iudi.

Varus, varicus, & varicosus, quid significent, non est in promptu. Est autem varus qui habet crura obtorta, pedésque introrsus figens: quemadmodum è diuerso dicuntur vaciæ qui extrorsum crura habent, idémque Vatinij, & Vacieni. Plinius: Hinc, inquit, cognomina inuẽta, Planci, Pansæ, Scauri. sicut à cruribus Vari, Vaciæ, & Vacieni, & Vatinij. Horatius primo Sermonum, Hunc, inquit, Varum distortis cruribus, Et per sius per translationem: Vel cũ fallit pede regula Varo. Inde varicus, p eo qui ex distortione pedum inæqualiter ambulat. Ouidius in tertio de arte: Ingẽtes varica férтque gradus. Vlpianus titulo de ædilitio edicto. l. item Offilius. Varus, inquit, & Varicus an sanus sit, & opinor sanos esse. Accursius nomina esse dicit illorum qui nõ possunt rectè pronunciare. Varicosus qui à tumentibus & intortis varicibus dicitur, vitium est longè diuersum. Iuuenalis: Varicosus fiat aruspex. & Persius: Dixeris hæc inter varicosos centuriones. Vlpianus in eodem titulo. l. varicosus. Varicosus, inquit, sanus nõ est. Neque est qui vt insipiens modò huc, modò illuc vadit, quod Accursius somniat: sed vt diximus, qui ex nimio labore venas habet crurum intortas & conglobatas, quas Hippocrates appellat cirsas, Atistoteles ixias. Ant. Neb.

Vasallagium secundum Speculatorem in titulo. de feud. idem est quod homagium. Quod enim in Francia dicitur homagium, in Italia dicitur vasallagium.

Vasallus est feudatarius, secundum vulgare prouincialium, nobiles feudatarij vasalli dicũtur, plebeius verò homo medij nuncupatur secundũ Spec.

Vasa si cui legata sint, quæ vasa veniant



veniant in legatum, diffusè tractat Iurisconsultus. in l. etsi §. sed si cui. de auro & argento legato: nam vasorum appellatio generalis est, vt ibi dicitur.

Vasa iræ sunt omnes peccatores, vt xxxiij. quæstione. iiij. Nabuchodonosor, vbi dicitur vasis iræ nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum.

Vasa vinaria, require in verbo. Vinaria.

Vascularius est qui vasa facit aurea & argentea, Budeus in l. apud Labeonem. de præscriptione verborum.

Vates modò sacerdotem, modò prophetam, modò poëtam significat. xxj. distin. cleros.

## De V ante B.

Vbaldini sunt homines certi, & signanter clerici, vel canonici terræ vel ecclesiæ alterius, de quibus in l. j. C. de col. illicit. vbi dicitur quòd collegium vbaldinorum non potest constituere syndicum.

## De V ante E.

Ve. pro &, ponitur interdum, vt in l. si fundum sub conditione. §. his verbis. ff. de leg. j.

Ve in compositione significat priuationem, vt vecors & vesanus qui sine corde, aut sine sanitate est. l. malũ. ff. de ver. sign.

Vectigal est tributum quod præstatur de rebus quæ vehuntur, vel omnibus negotiis manũ, à vehendis mercibus dictum. Idem est quod naulum, vt ff. de public. & vectic. l. j. §. hic titulus, & secundum Azo. in summa. C. eodem ti. vide suprà.

Vectigales agri appellantur qui ciuitatum sunt, & mancipibus ita locantur, vt certum vectigal reipub. pendant.

Vectitor est portitor qui vehit. Et vectores sunt non solũ qui vehũt. sed etiam qui vehuntur in naui, secundum Azo. in sum. C. eodem ti. & ff. ad l. Rhod. de iac.

Vectores possunt dici siue habeant merces, siue non, dum tamen operas suas magistro nauisexhibeant ad nauigandum. Et sunt quinque nomina quæ præstant actum & passionem, vt hospes, zelotypus, &c. Require suprà A.

Vectura, id est vectigal siue naulum.

Vegetari pro recreari. l. j. C. de cust. reo.

Vehiculum secundum legem xij. tab. est via in octo pedes in porrectum, ex transuersorsa in anfractu in decimosexto qđ non est necessarium in actu. Ius trahendi ligna lapidésue permittitur habenti actum, sed non habenti viam nisi specialiter conuenisset de hoc suprà, in actus, & infrà in ver. via.

Vel etiam ponitur pro &, interdum

dum,vt in l.sæpe.ff. de verbor. significe.& l.cùm quidam.C.de verb.signi.etiam ponitur alternatiuè,vt in cap.inter cæteras. de reseri.

Velum est quadruplex, scilicet, consecrationis, ordinationis, prælationis, & professionis. Professionis susciptur à virgine vel corrupta cùm profitetur de altari vel de manu, in xx.anno ad minus. xx.q.j.ca j. & ea.cau.q.ij puella.consecrationis imponitur in xxv.anno. vt ea.cau.q.l placuit. & lxxvij. distinct.placuit. Potest autem consecratio virginum fieri in die epiphaniarum,in albis paschalibus, id est tota septimana paschali,in apostolorum natalibus,nisi sint graui languore detentæ,tunc enim aliis temporibus possunt,imò etiam aliis præcipuis festiuitatibus & diebus dominicis, vt in capit. primo de tempo. & quad.ord. Viduas autem nullus pontificum velare præsumat.20.quæst. 1.deuotis.in fine, se ipsæmet velum suscipiant de altari. xxvij.quæst.j.viduas, quæ capitibus suis imponant.cap.peratum,de his quæ vi metúsue cau.fi. Velum autem religionis, vel vestem religiosam de manu presbyteri sumere possunt.xx.quæst.j. viduas. Secus de velo consecrationis quod solenniter à solo episcopo soli virgini solennibus diebus imponitur.Tertium est velum ordinationis quod olim dabatur diaconissis in 40.anno.20.q.1. sanctimoniales.27.q 1. diaconissam.Quartum est velũ prælationis quod olim dabatur abbatissis in 40.anno.10.q.1.iuuenculas.

Venaliciarius, est seruorum mango.Quintilianus: Adolescentem,inquit, apud venaliciariũ repertum. Et iterum: Dedit libertus pecuniam venaliciario. Iidem & venalicij dicuntur.Cicero in oratore ad Brutum. Aphricanos, & Lælios multi venaliciarij mercatoréque superarunt.Caius titulo de ædilitio edicto.l. iustissime.Venaliciarij,inquit,ita societatem coeunt, vt quicquid agunt, &c. Vlpianus quoque, Quiavenaliciarij inquit sciunt decurri ad nouitiorumemptionem.Item Aphricanus de verborum significatio.l.mercis appellatione. Mella mangones non mercatores,sed venaliciarios appellari ait.

Venalitiarij sunt, qui quæstus causa venalitiarum rerum negotiationem exercent, quos vulgo appellamus reuenditores. In iure autem venaliciarij intelliguntur ferè semper mangones,quia venalitia l. seruos venales expositos, ipsi emere præoccupant,vt charius vendant.l.mercis de verb. signific. vbi Alciat.





Venalitiæ res sunt quę invsum indigentiũ venales proponũtur.

Venatio quid sit, habes secundũ Goffred.in Sum.tit.de cle. vena. Et est triplex, scilicet oppressiua, arenaria, & saltuosa. Oppressiua est hominum, de qua dicitur.Cœpit Nembroth esse robustus venator coram Domino,id est extinctor,& oppressor. Et sic venator est hominum exactor & oppressor, qui aliquem venatu opprimit. Arenaria est quæ fit in arena, vt cùm quis locat operas suas vt pugnet in arena cum aliqua bestia dentata, hanc qui exercet peccat grauiter, nisi exerceat gratia virium experienda xũ,vt ff.de postu.l.j §. itẽ senatus.& iij.q.vij.tria.verfic.infames.circa prin.& de hac loquitur.lxxxvj.dist.qui venatorib⁹. cum duobus c.seq.Saltuosa est quæ fit in syluis & saltibus ad capiendas feras,& hæc est licita,sed illicita ex tempore &persona:Ex tempore,vt in quadragesima & sabatinis noctibus. xxxvj dist.an putatis.Ex persona,vt in cleri. in quo tamen distinguendum est, quoniam episcopo semper est illicita.xxxiij. dist quorundam.Alijs verò clericis licita est causa necessitatis, vtilitatis & recreationis, cũ retibus, laqueis & canibus, dũ fit cum silentio &modestia: nam etiã monacho licet texere ligna pro piscibus capiẽdis, vt de consc.dist.v. nunquã.vide Gof.in sum.de cler.vena.

Vendere est rem pro certo pretio dare.

Venditionis verbum, sæpè inuenire est positum pro emptione,sicut & ex cõtrario emptio pro vẽditione.l.veteres. de contra.empt.Imò in lege xij. tab. appellatione emptionis & venditionis cõtinebat omnis alienatio.l.statuliberi.de statulibe.

Venditio in assem apud Modesti. in l.filius.quib.mod.pig.vel hypo.solui. accipitur pro insolutum datione, cùm quis tanti rem pignorauerit quanti vendi poterat,& ideò eam dat creditori insolutum imaginaria venditione,quæ per æs seu assem & libram fiebat, autor Alciat.in Parer.lib.ij.c.xxxiij.

Venditi actio,requirit suprà actio venditi.

Vendicare est coram iudice dicere,vel intendere rem esse suam, vel allegare,vt quando quis dicit,hæc res est mea,& est idem quod intentare,scilicet ad hoc solùm intendere vt res sua declaretur, & sibi dominium applicetur.

Veneficus, non simpliciter est qui venenum necandi alterius gratia porrigit, sed qui adhibitis incantationibus quibusdam vtitur, qui & maleficus dicitur.Ouidius septimo Metamorphos. de Medea: Validósque venefica succos Mergit

git in ære cauo. Lucanus in septimo: Pollutas cantu diróque veneficа succo. Hinc Apud Iurisconsultos titulus est de sicariis & veneficis. Idem & venenarius dicitur. Iulius Firmicus libro secundo: Si Mars Mercurium de diametro aut de quadrato respexerit, faciet venenarios & maleficos. Callistratus titulo de pœnis. l. capitalium. Venenarij, inquit, capite puniendi sunt. N.

Venenarij secundum Alcia lib. 4. de verb sign. sunt qui aliquem veneno necidederunt, eiúsque criminis sunt rei.

Veneni appellatione continẽtur quæ nõ solùm nocent, sed etiã medicamenta salubria: & ideò mentionem faciens veneni, adiicere debet, vtrum bonum sit an malum. l. qui venenum. de verb. sig.

Venia ætatis dicitur beneficiũ seu permissio, vt qui minor est habeatur pro maiore, & talis indulgẽtia datur mulieri in xviij. anno, viro autem in xx. l. omnes. C. de iis qui ve. æta. impe.

Venisse id est vendi, vt in l Fulcinius. §. si in idem. ff. qui. ex cau. in poss. ea. cum simi. Est enim verbum neutropassiuum, sub voce neutrali significans passionem, vndeExulo, &c. Et differt venire à venio, & venire à veneo, vnde,

Si vis venire, debes cras manè venire.

Venire diem debiti, est posse pecuniam petere.

Venisse ad aliquem id solùm intelligitur quod remanet deductis oneribus. l. venisse. de verbo sign.

Venter, require suprà, Mittere in possessionem nomine ventris.

Vepres dicũtur spinæ quæ vi prehendunt & lacerant carnes & vestes, secundum Ioan. And. in cle. dudum. de sepul.

Verbum, in larga significatione ponitur in iure pro qualibet parte orationis, à verberando dictum, eo q aërem verberat, vt dicendo in gl. super ver. institutio, super ver. velociter, & super ver. infrà, &c. Non ergo capitur hic verbum, sicut in Ioan. c j. In principio erat verbum, & sicut in Donato. Verbũ est pars orationis, aput est distincta ab aliis partib' orationis, sed significat dictionem cuiuscunque partis orationis.

Verbis dicitur obligatio contrahi per stipulationem, vt instit. de ver. oblig. in prin.

Verbisconiuncti qui dicantur, require suprà in ver. complexus.

Verna est seruus ex ancilla in domo natus, inde dicitur vernaculus, & est paruus seruus, diminutiuum. ff. de leg. iij. l. seruis. §. fi. C. de rei vendic. l. cùm super.

Verò quandoque stat incœptiuè, quando non præcedit materia cui iungatur sequens, vt de elec.



elec. super eo verbo. Quandoque aduersatiuè, de hoc in authen. de hered. & fal. in princi. collat. j.

Versicolor vestis, inquit Valla, non tam dicitur illa, quæ colorem natiuum mutauit, puta in rubrum, pallidum, aut nigrum, quàm illa quæ varium habet colorem. Gellius libro sexto. Tunica, inquit, longa muliebri indutus, & versicolori pallio. Cicero tertio de finibus: Plumæ, inquit, versicolores columbis. Plinius libro trigesimoquinto: Capita earum mitris versicoloribus operuit. Vlpianus de legatis iij. l. si cui lana. De versicoloribus, inquit, videndum est. Paulus de auro & argento legato. l. pediculis. §. Titia. Vestem, inquit, tam coloriam, quàm versicoloriam. Nebr.

Versicolores appellat Vlpia. in l. si cui. §. j de lega. iij. lanas quæ natiuum colorẽ mutarunt, siue cocco, siue purpura, siue quo alio colore infectæ sint.

Versum in rẽ alicuius quid dicatur, perspicuè apparet ex l. iij. ff. de in rem verso. & ex §. præterea. Insti. quod cum eo.

Veruex dicitur ab inuersis testiculis: est enim mas inter oues, cui inuersi seu adẽpti sunt testiculi. Iuue. Saty. 3. Sutor & elixi veruecis labra comedit. de quo meminit Vlpia. in l. j §. j. ff. de abige. licet quidam verbicem legant & malè.

Verum vsurpari pro iusto. not. gl. in §. semel. Instit. ex quib. caus. manu. non lic.

Vesanus dicitur qui sine sanitate est, sicut vecors sine corde, vt ff. de verb. sign. l. malum.

Vespertiliones appellari in iure Alcia. ait, qui ne creditoribus satisfaciant, latitant, & vesperè tantùm exeunt, vel qui rationes contur bauerunt.

Vespilones, & vespæ, vt inquit Festus, dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucribus, sed quia repentino tempore eos efferunt, qui funebri pompa propter inopiam nequeunt. Suetonius in Domitiano: Cadauer, inquit, eius populari sandapila per vespilones exportatum. Apuleius libr. Floridorum quarto: Vespilonum manibus extortum, velut ab inferis post liminio domum retulit. Martialis: Chirurgus fuerat, nunc est vespilo Diolus. Martianus in titulo de solutionibus. l. qui decem. Num ergo & si vespilonem aut aliàs turpem dederit hominẽ, pro quo mendosè legitur vespertilionem. Item Vlpianus titulo ad Senatusconsultum Trebellianum. l. sed sciendum. Vel nomen quidem vespilonis testatoris ferre. Hic Accurs. non minus insanit, quã in superiori lege fecerat. Nam vtrobiq; vespi

lonem intelligendum ait esse nomẽ infamiæ, vt si cognominaretur carnifex, vt apud Martial postquam trīste caput fastidia vespilonum, Et miseri meruit tædia carnificis. N.

Vespillo, vt interpretatur Nebr. dicetur qui vespertino tempore effert defunctos pauperes sine pompa defuncti.

Vestiarium, pro loco vbi reponuntur vestes, vt apud Plinũ libro decimoquinto. Vestiarium, inquit, contra teredines ac noxia animalia, amurca aspergi. Aliàs vestiarium pro ipsis vestibus, sicut ministeriũ pro ministris, cibaria pro cibis. Seneca libro de vitæ tranquillitate: Familia vestiarium petit victumque. Scæuola titul. de annuis legatis. l annua. Ac per hoc, inquit, neque vestiaria, neque cibaria his debeantur. Iabolenus titulo, soluto matrimonio. l. in his. Seruis, inquit, vxoris vir nummos in vestiarium dederat. N.

Vestiarij sunt qui vestium exercent negotiationem.

Vestiarium, quod pro vestitu impenditur vel datur.

Vestibulum secundum Azon. est locus ante ostium vtriusq; domus, vel primus aditus seu introitus, vel porticus, &c. & tectum erat, quo vt vestimento tegitur homo, vel dicitur ab aue, id est, salutatione quæ fiebat ibidem stantibus.

Vestigatores, venatores, sic dicti à vestigiis ferarum sequendis. l. quæsitum. de fun. instru.

Vestimentum dicitur omne illud quod induimus.

Vestimẽta interpolata, dicuntur veteres vestes iterum politæ.

Vestis, idem quod vestimentum. l. vestis, de auro & arg. leg.

Vestis virgata vel partita, & de caligis scbalatis habetur in cle. ij. de vita & hon. cleric.

Veterana mancipia sunt quæ anno seruierunt. l, vlt de public.

Veterani, sunt milites emeriti, id est, extra militiam propter sua merita positi. C. de vet. in rub. Et in legenda sancti Martini, vbi dicitur, ꝙ Imperator præcepit, ꝙ veteranorũ filij scientiis militaribus implicarentur.

Veterator, seruus is dicitur qui diu seruiuit, & qui ex vetustate callidus est, quemadmodum è diuerso nouitius, qui nouus est in seruitio. Festus: Veteratores, inquit, callidi dicti à multa rerum gerendarum vetustate. Donatus in illud Terentij in Andria. Quidnam hic vult veterator sibi Veterator inquit, est vetus in astutia. Vlpianus titulo de ædilitio edicto. l. præcipiunt. Præcipiũt, inquit, ædiles, ne veterator pro nouitio væneat. Atq; ibidem: Quia venaliciarij sciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores. Nebr.

Veteri



Veterinarius, est veterinarum medicus. Est autem veterina iumentum, vel à vehendo dictum, vt putauit Cato, referente Festo Pompeio, vel vt Opilius, veterinam dici voluit, quasi vterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat: inde veterinaria, medicatiua iumentorum ars. Columella libro octauo: Veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister. Callistratus titulo de iure immunitatis. l. quibusdam. Accursius: Qui fodiunt, inquit, aurum & argentum, aut qui faciunt viæra, sed hoc diuinare est. N.

Vetus & veteranum quid intelligantur, vide extrà, de elec. c. generali. libr. vj. & Albe. super ver. nunc videamus. quanto. C. quæ sit longa consuet.

Veteratores serui, qui diu seruierunt, & iã in ea cõditione, quasi callum fecerunt, & ita crebrius sumitur in iure. nonnunquam tamen & aliter accipiuntur, vt annotauit doctissimus Alciat. libr. iiij. de verb. sig.

Vetus ius, require suprà, Ius.

Vetus vinum dicitur quod non est nouũ: & anni prioris vinũ appellatione vini veteris continetur. l. vetus. de trit. vino & oleo legato.

## De Vante I.

Via est ius eundi, ambulandi, vehendi, vehiculum & iumẽtum ducendi, ita ille cui competit ius viæ, potest illa facere, & differt ab actu, quia plus cõtinet via quàm actus. Nam via, iter & actũ in se cõtinet. Item eo cõtentus est actus vt iumentũ agat quis, & si non vehiculũ, plus enim vehiculum occupat quàm iumentum. In via necessariumest vtrunq; posse agere. Itẽ via habet ius trahendi lapides, ligna vel trabes, & ferendi erectam hastam, quod non habet actus nisi de hoc specialiter conuenissent, licet à tergo ducere vellent, non in collo, quod potius videtur rigoro sum quàm æquum. Itẽ viæ latitudo advehendum vehiculum silatior vel angustior non designetur per cõtrahentes lex xij. tab. definitur. l. octo pedum per rectum vbi via est facta, nõ tortuosa, sed ĩ anfractu xj. pedũ, id est vbi reflexa est, quod in actu non oportet, vide suprà, vehiculum Viarum autem quædã sunt publicæ, quædam priuatæ quædam vicinales, vt elegãter persequitur Iurisconsul. in l. ij. ne quid in loc. pub. & in l. vltim. de lo. & itin. pub.

Viam aperire est ad veterem altitudinem latitudinemque restituere. l. j. de via pub.

Viaticum, ci, est pecunia illa quæ in viæ sumptus alicui datur. Cicero de senectu. Quominus viæ restat, eo plus viatici quæro. Plinius Cæcilius de Ma-

tiale: Prosequutus, inquit, erã viatico sedentem. Inde Viaticulum, paruum viaticum. Apu Ieius libro septimo de asino: Viaticulum, inquit, mihi corasi. Vlpianus libro quinto, titulo de iudiciis. l. si longius. Egestate, inquit, Romæ laboraret, viaticulo suo non recepto, quod ad sumptus pater ei destinauerit. Accursius ignorans quid viaticum sit, quod propterimpẽsas, inquit, in scholis datur: quia suprà dixerat, studiorum causa. N.

Viaticum est merces itineris. l. Titio. ff. ad munici. Item expensæ studiorũ. l. si longius. §. si filius ff. de iudi. Aliquando sumitur pro corpore Christi. c. quod in te. extrà, de pœn. & remiss. & c. qui recedunt. xxvj. q. vj.

Viatores, inquit Festus, appellabantur qui magistratibus parebant, eo quòd plerumque ex agris homines euocabantur à magistratibus, & frequens erat eorum ab agris in vrbem via. Plinius libro decimooctauo: Cincinato viator attulit dictaturam. Tales tũc viatores erãt quibus idipsum nomen inditum est, subinde ex agris senatum ducẽsque accersentibus, Vlpianus titulo de rebus eorum qui sub tutela. l. magis. Dari, inquit, viatorem qui ei renuntiet. N.

Viatores erant qui magistratibus præsto erant. §. tripli. Instit. de actio. & l. magis. §. ne tamen. de reb. eor. qui sub tut.

Vi bonorum raptorum, vide suprà actio vi bonorũ raptorum.

Vicarius seruus dicitur ille, quẽ Atrienſis seruus substituit. Itaque vicarius dicitur serui seruus. Martialis: Esse sat est seruum. iam nolo vicarius esse. Plautus in asinar. Sticho, inquit, vicario ipsi tuo: cui Leonides Atrienſis respondet, Mihi scio vicarium esse. Vlpianus titulo de legatis tertio. l. seruos. Vicarios seruorum suorum numero non contineri. Idem in titulo de peculio legato. l. si peculium legetur. Recte igitur atque latinè Pontifices appellant se vicarios, hoc est, seruos serui Petri, qui se appellat seruum Iesu Christi in suis canonicis, sed Petrus non vicarius Christi, quia non est seruus serui.

Vicarius secundum Gofft. est qui vices alicuius gerit. siue in officio contentioso, siue in non contentioso. vt C. de offic. eius qui vi. al. gerit. per tot. & de of. vic. per to. & de offi. Arch. c. j. & de offi. archiepi. c. j. in fi. Et sciẽdũ q; illi vicarij, de quib⁹ in legib⁹ sub illa ru. positis tractat, sunt non delegati, sed subdelegati vel ordinarij iudices. Nã eligebantur in certũ tempus, quod ordinariis erat præfixũ: vt ipsi vices ordinariorum præsentiũ & viuentium supplerẽt.

Erant



Erant alij qui gerebant vices mortuorum & absentium, qui & suffraganei appellabantur: hi omnia poterant agere quæ pertinebãt ad iurisdictionem præter vltimũ suppliciũ, & mẽbri abcissionẽ, vt C. de offic. vica. l. ij. & vicarius ecclesiæ est præsbyter qui vice principalis rectoris deseruit ecclesiæ. Et sunt quatuor species vicariorum. Quidam sunt perpetui ad parrochiales ecclesias constituti: vt in c. G. perpetuus. de fid. instru. & c. extirpandæ, de præbẽ. Quidã non perpetui sed ad aliquos actus constituti: vt tẽporales, de quibus in c. peruenit. de appella. Et isti dicuntur mercenarij. vij. q. j. nihil. Quidam sunt speciales, non ad curã, sed ad certum locum articulum vel actum cõstituti: de quibus. c. tua. de offic. vica. Quidã nec perpetui, nec ad curã, nec ad certum actum, sed generaliter dantur ad omnia, vt vicarius in curiis episcoporum, de hoc gloss. optima in cle. quæ de ecclesiis. de offic. vica. & vide in lectura Innoc. Item vicarij dicuntur illi qui vt cuiuscunque vicem compleant vel gerant sunt constituti, vnde vicarius dicitur quasi vicem gerens.

Vicarius seruus. vide Seruus vicarius.

Vicecomes secundum Spec. eod. titu. dicitur ille, cui dominus tẽporalis cõmittit executionẽ iurisdictionis suę in aliquibus castris, & sic talem vocant vulgariter Lombardi, & aliqui in patrimonio beati Petri.

Vice dominus secundum Spec. eo. tit. propriè secundum iura est qui præest rebus episcopalibus. lxx. distinctione colonus.

Vicini secundũ Bar. in l. si tertius. ff. de aqua plu. arcẽ. dicũt quo vsq; vox hominis exclamantis audiri potest. l. j. §. eodem autẽ tecto. ff. ad Sill. Et intelligitur de voce communi, non nimis gracili, nec nimis tũbali, sicut vox tauri. Etiã dũ clamãs medio modo sit, nec in tecto, nec in apice turris, nec in cellario.

Victimarij (inquit Bud. in l. vltim. de iu. immu.) in comitatu castrensi erant ob hostias quæ in sacrificiis cædebantur.

Victores serui sunt quos quis habet, victus parandi gratia.

Victus nomine intelligitur omne illud quod necesse est homini ad viuendum.

Vestis vicem habet victus. ff. de verborum signific. l. victus. & l. quos.

Videtur, est verbum fictionis, vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. & per Bartol. in l. si is qui. ff. de vsuc. & glos. in verbo habere videtur. cap. non minus. de immunit. eccles.

Videtur interdum est signum veritatis, non fictionis. l. seruum filij. §. si quis rem. ff. de legat. j.

Et quandoque videtur significare sententiam definitiuam: vt capit. præterea requisiti de appell. & respondetur de iure per ipsum: vt c.i. de iudi. lib. vj.

Vidua est non solū illa quæ desiit esse nupta, vt in c. vidua. xxxiij. dist. inch. verum & propriè est illa, quæ nunquam fuit nupta: vel quæ non habuit virum. l. malum. de verb. significa. Et dicitur vidua quasi viro prinata, vel sine dualitate. Dicitur etiam vidua quæ maritum habet inutilem, id est damnatum ad perpetuos carceres. glo. solennis. & singu. in l. fi. in verbo orbitates. C. ad l. Fla. de pla. per quam no. ibidem Bald. quod priuilegia data viduis dantur inutiliter nuptis, quod verbū dicit do. laso, in l. si is qui pro emptore. versicul. adde Ioan. de ligna. ff. de vsucap. & confirmari potest ex text. in cap. ij. §. sed neq; illud. extra de transla. episco. vbi pontifex dicit, quòd secundum communē vsum loquēdi ecclesia dicitur esse vidua ta sponso quæ habet episcopū inutilem. & gl. in cap. admonere. in j. gl. vbi dicit. Si re priueris: nec nomen habere mereris.

Vienna, ciuitas est Allobrogum in Gallia Narbonensi, cuius meminit Iurisconsultus titulo de censibus. l. vlt. Nebris.

Villa est locus ruralis, inde in villa natus dicitur villanus. l. is qui. ff. de verborum significa. & differt villa à vico. l. vrbana prædia. ff. eod. tit.

Villæ dicuntur ædificia rustica: & villa ponitur pro ciuitate, de cē si. venerabili.

Villici dicūtur vel sunt q ad villæ mittūtur, vel sunt qui in villis morātur. Itē villicus est gubernator villæ: vel qui præest totī rei rusticæ: vt inquit Paul. in l. si cum villico. ff. de instit. act.

Vinacium, vel vinaceus propriè acini semen est. Acinus autem granum vuæ. Cato tamen in libro de re rustica, pro acinis musto exhaustis vinacium posuit. dolia, inquit, quibus vinacios condat. decem habeat. Vlpianus quoque titul. de fur. l. si quis vxori. Viarum, inquit, & musti & vinaciorum nomine furti agere potest. Neb.

Vinacea in l. si quis vxori. de fur. pro granis vuarum, cum ex eis vinum expressum est.

Vinaria propriè sunt torcularia seu dolia, vel certa vasa vini, quæ etiā ad alium vsum transferri possunt, & tandiu vinaria dicūtur quandiu vinum habēt: vt ff. de verb. sig. l. vinaria.

Vinarij dicuntur ebriosi. Etiam vinarius est ortus vbi crescit vinum. l. ædiles. §. prædius. ff. de ædil. edic.

Vinea, locus vitibus consitus. l. certo, vbi gloss. de seruit. rusti. præd.

Vinearij orti, qui vineas habent. l. vrbana prædia. de verb. sig.





Vinctus propriè non dicitur qui detinetur in carcere, nisi & vincula eius corpore adhibita sint. l. verum de verborum signi.

Vinculorum appellatione tam publica, quàm priuata vincula significātur. l. vinculorum. de verb. sign. & propriè loquendo nemo in vinculis esse dicitur nisi cuius corpori vincula sunt adhibita. d. l. verū. de verb. sig. licet latè & per interpretationem etiam simpliciter inclusi in aliquo loco pro eo habeantur, acsi in vinculis coercerentur. l. succurritur. ff. ex quibus cau. maio.

Vindiciæ dicebatur ius possessionis, quæ disceptabatur, pēdente iudicio penes quem ex litigantibus res quæ vendicabatur deberet remanere, interprete relato.

Vindicta, virga prætoris erat, qua seruo imposita illum faciebat liberum. Persius: Vindicta post quam meus à prætore recessi, vnde per metonymiam, vindicta pro libertate aliquando. Ouidius de remedio: Vindictę quisque fauere suæ. & ibidem: Optima vindictæ proxima quæque dies. Dicta est autem vindicta à vendicando, hoc est in libertatem asserendo, vel à Vindicio seruo Vitelliorum, qui coniurationem de redden da vrbe Tarquiniis patefecit. de quo Liuius libro secundo. & Pomponius de origine iuris, lege, necessarium. Titulus est præterea in libris Digestorum de manumissis vindicta. N.

Vindicta dicitur modus manumittendi, & dicitur à vindicta prætoris virga, qua ipse caput serui tangebat hæc verba solennia dicens, Aio te liberum more Quiritum. Vnde Persius:

Vindicta postquam meus
à prætore recessi.

Vindicta secundū alios est ipsa libertas quæ apud iudicē datur seruis à Vendicio seruo Vitelliorum, qui vindicauit ciuitatē Romanam, coniurationem dominorum suorū cōtra rēpublicam factā detegendo, propter quod apud consilium libertatem consecutus est, siue libertate à populo donatus, & in postmodū obtētū est, vt omnis illa libertas quæ à populo datur vel à magistratu qui vicē populi gerit, dicatur vindicta. Hæc Azo. in Sum. C. de vin. lib. & apud consi. manumissione.

Vini appellatione quid contineatur, satis supérque liquet ex ti. de tri. vi. & oleo lega.

Vinitor rusticus vinearum cultor appellatur, & de eo loquitur Vlpia. in l. instrumenta fundi. ff. de fundo instru. licet aliqui mendosè legant monitor.

Vinum absynthiacum est cū melle & absynthio confectum.

Vinum picenum & tyriacū dicitur à locis. xiiij. q. iij. plerique.

Vilator ecclesiæ dicitur quicunq;

ipsam ecclesiã, frangẽdo ostia, capiendo res sacras & inuadẽdo, priuilegia sua nõ custodiẽdo vel corrumpendo, offendit.

Vir & vxor illi dicũtur qui matrimonium contraxerũt per verba de præsenti, de futuro spõsalia require suprà, spõsalia. quãdoque tamen dictio vir refertur ad omnes masculos, licet non duxerint vxorem cuiuscũque ætatis sint, vt not. Bar. in l. seruus, de leg. iij. vbi vide.

Vir bonus dicitur iudex. gl. not. in c. potuit. in ver. celeri. ad fin. de loca. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig.

Virginitas est in carne corruptibilis perpetua corruptionis euitatio.

Virilis portio intelligitur æqualis, quandoq; tamẽ cõplectitur totum, & ideò si Titiũ & Seiũ heredes instituã in viriles partes, alter autem eorũ nõ possit succedere, alter capax habebit totum l. virilis. de verb. sign.

Viriolæ inter mulierũ ornamenta enumerantur in l. argumento. §. muliebri. ff. de auro & arg. leg. iuncta l. fi. §. fi. eo. tit. & est diminutiuum à viriis, quæ minores annulos quos vulgus corrupto vocabulo vergetas nuncupat, significant.

Virtus secundum Philosophum ij. Ethi. est quæ habẽtem perficit, & opus eius bonũ reddit, & dicitur quasi virtũ tuẽs, à vitiis præseruãs, de pœ. dist. iij. illa anima. & c. seq. & no. Io. And. in clem. j. de Sum. Tri. & fi. catho. Virtutes theologicæ sunt tres, fides, spes & charitas. c. quia passus. de consecra. dist. ij.

Visitatio quomodo & quãdo fiat per archiepiscopũ, & quæ crimina punienda sint, & in quibus procuratio fiat, vide c. j. de censi. libr. vj.

Vis est rei maioris impetus qui repelli non potest, vel cui resisti non potest, supple commodè. ff. quod vi metúsue cau. fi. l. j. & ij. & quot modis sumatur, & quot actiones vel interdicta introducat, not. in c. ad audientiam. eo. tit. in gl. ij. Cuius glos. effectus infrà patebit. Est generalis quandoque, vnde secundum Gos. & Azo. eod. tit. Vis quintuplex, scilicet, impulsiua, ablatiua, expulsiua, & turbatiua, & inquietatiua, vide infrà.

Vis ablatiua est rerum mobiliũ, & hęc inducit actionem vi bonorap. in rebus mobilibus, est enim circa mobilia tantum, vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. si fundus. §. ij. & insti. vi bon. rap. §. sed nedum talia. per illam enim alicui bona sua vel res suæ violẽter rapiuntur.

Vis cõpulsiua est per quã cõpelli tur quis ad faciẽdũ illud quod non faceret si esset liberi arbitrij nec compelleretur, quæ imponit necessitatem contrariam voluntati spontaneæ, & ex



ex hac vi oritur actio quod met. cau. ff. eod. in tit. l. j. in fin.

Vis expulsiua est quando quis eiicitur de possessione sua, & secundum istam inducitur interdictum, vnde vi, & est tantũ rerum immobilium, vel de his quæ immobilibus cohærent.

Vis turbatiua est quãdo quis turbatur in possessione sua, quæ inducit interdictum vti possidetis in rebus soli, sed in rebus immobilibus inducit interdictũ vtrobi, cùm duo se possidere contendunt eandem rem.

Vis inquietatiua est quæ introducit interdictũ quod vi aut clã. Et dicitur inquietatiua, quia non sinit vti alium re sua quiètè, vt arare vel aliquid facere, vel quando alter vult alio inuito aliquid ædificare in suo solo, vel forte iam ædificauit. Nam distinguitur in hoc interdicto an iustè, vel iniustè fecerit, vt si quis à me prohibit° vel putans se prohibendum quid in meo faciat, siue ius faciendi habuerit siue non, vt ff. quod vi aut clam. l. j. Et dico secundum Azon. in rubric. quod metus cau. quòd accipitur hic vis prout nullo modo potest ei resisti, sed in rub. de his quæ vi metúsve cau. fi. accipitur prout potest resisti, licet cum periculo, & est cõpulsiua, hæc ibi. Item est quædam vis publica quæ fit cum armis, quædã priuata siue armis: de ordine cognitionum, cùm dilectus. in glo. vij. Item vis maior dicitur impetus rei cui resisti non potest, vt suprà dictum est de his quæ vi metúsve causa fiunt, ad audientiam. in gl. ij.

Vis maior quæ dicenda sit, cuius meminit Caius in l. si merces. §. vis maior, pulchrè Bud. in l. ex conducto. §. sed & si labes. ff. de locati & condu.

Vis negatiua est quando res alicuius inquietatur.

vis publica est quæ fit cũ armis, sed priuata quæ fit sine armis. insti. de publ. iud. circa fin. in §. itẽ lex Iulia. de vi priua. Vnde.

Vis priuata reũ deponit ab ordine reũ, id est mulctabit in tertia parte bonorũ. Sed deportatur cum vis armata probatur, vt in glo. j. c. ij. de ordi. cogni.

Vis siue metus cadens in constantem virũ est metus pœnæ, vel cruciatus siue amissionis omnium bonorũ, & ista excusat: nisi post ea consenserit, vt in c. de illis. ij. de spon. Alia est vis vel metus non excusans, quæ non cadit in constantẽ virũ, vt in c. veniẽs, & c. consultationi. eo. tit. Et nõ. quòd potest quis vim vi repellere, vt c. significasti ij. de homi. & c. si verò, de sent. excom. & dist. j. ius naturale. l. j. §. vim vi. ff. de vi & vi ar. l. sciẽtiam. §. qui cùm aliter. ff. ad l. Aquil. Et hoc verũ si repulsio fiat in continenti nõ ex interuallo, vt l. idem est. §. cùm

igitur.ff. de vi & vi ar. Dicitur autem sic fieri in continenti, quando fit in flagranti crimine, hoc est donec animus continuus durat.&non diuertit ad alios actus.vt §.vim vi. præal. Secundo debet fieri causa defensionis,non offensionis vel vleiscendi:vt §.pe.in l.scientiã. præal. Tertio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelę. C.vnde vi.l.j. & c. vt famæ §. vltim.de sent. excom. Et datur ibi talis conclusio,q; ista defensio est vera & iusta quæ fit tantum & tunc,quãtum,& quãdo est opportunũ,vt in gl.j C.vnde vi præal. tamen si defendẽs modũ excedat nõex proposito non tenetur.xxiij q.iij.non inferenda. Alanus & Ioan. distinguunt,aut vis fit personæ, aut rebus,de hoc vide gl.in c.significasti,præal.& c. dilecto filio. de sent.excom lib.vj. & in c.significauit.de pœ & re. vbi cõsideratiscircũstantiis imponitur pœnitentia arbitraria illi qui defendendo modum excessit. Quartò potest fieri quando habet iustũ timorẽ offensæ, puta per minas alicuius qui minas exequi solebat, aut per occursum,nõ enim oportet expectare quousq; detur primus ictus, quia talis posset esse lætalis.

Vitæ hominis tẽpus longissimum est spatium centum annorum. l fin.& ibi Ias.in vij not. C. de sacrosanct. eccles. Addę quòd homo potest viuere centum & xx.annis,vt est tex.in §.j.& ibi not.Ang.in auth.de monac.ponit do.Ias.in d.l.fi.in fine.

Vitis centurionis gestamen erat ad fustigandos milites pigrè munera sua obeuntes, de qua in verbo Centurio, multa diximus. Nebr.

Vitium est perpetuũ corporis impedimentũ l. inter stuprum.de verb.sig.vbi ponitur differẽtia inter morbum & vitium: sed Sabinus in l.j.de ædil.edic. vitium etiam ad animum retulit.

Viuarium dicitur indago vbi feræ sunt inclusæ,vel dicitur locus in quo pisces seruantur, vt ibi viuant,secundũ Io. And.in clem.ne in agro.de sta.monac. Et differunt viuarium, saltus, foresta,garena,insula,&c.

Vix quandoque denotat affirmationem:nam quod vix fit, fieri tamen dubium non existit, vt c.ij.de cogna.spirit.lib.vj. ff.de iudic.l.& certis ex causis.&xv. q.j.meritò quæritur. Quandoque etiam significat negationẽ,id est,nullo modo, vt ff.de lega.j. si seruus legatus §.qui quinque.Sic etiam dicitur,Vix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. lxj.distinct,miramur.

## De Vante L.

Vltra aliquando ponitur temporaliter.xxxij. q.v. si Paulus.ff. pro socio.l.cum duobus.§. idẽ respon



respõdit.Aliquando notat modicum tempus,extra,de dila.c. literæ.Aliquando includit: C. de non nume.pec.l. cum vltra. de vsur.l eos.& l. cum allegas. de col.filiam.&de inoffic.testa. l.ij.Aliquando taxat. C.de iud. properandum.circa prin. Item adde quid vltra importet,in testamento,Barto. in l.Celsus.ff. de vsur.

Vltrocitroque perinde valet qua si dicas, vtrique,siue hinc atq; illinc.l.Labeo.de verb.sig.

## De Vante N.

Vnanimiter,vide extrà, de causa poss.cum ecclesia.de elec. cum dilectus.& c.in causis. & de cõcess.præben.post electionem,& de postu.præl.c.vlt. Itẽ adde q; vnanimiter factum dici potest quod factum est à maiori parte capituli seu collegij aliquibus contradicentibus, ita colligit dom.Ant.in c.ad aures.extrà,quod metus cau. adde etiã Barb. post alios.in c.cũ ecclesia suttrina.de cau. pos.& ppri.

Vncia est duodecima parsassis,vt nati ex concubinis in domo, succedunt in duabus vnciis,id est in duabus partibus duodecim partium assis,si alij legitimi non supersunt.Cætera nomina assis,require suprà, As.

Vncia ex octo drachmis constituitur,vt no.per glos.in l.j. C. de metallis & metal.lib xj.

Vnde agnati,& vnde vir & vxor. Require suprà, bonorum possessio.

Vnguenta appellantur non solũ quibus vngimur causa voluptatis, sed etiam valetudinis. l.in argento.de au.& arg.leg.

Vniones, id est margaritæ. l. si quid §.j.ff.de fur. & ibi not.l. apud Celsum §.item quęritur. ff.de do.except.

Vniuersitas secundũ Azo.in summa,quod cuiusque vniuer.nomi.est plurium corporum inter se distãtiũ vno nomine specialiter eis deputato collectio.

Adde, quòd triplex est vniuersitas:quędã est vniuersitas solius facti seu corporum, vt grex, chorus,familia: quædam iuris & facti simul, vt peculiũ, dos, patrimonium: quædam solius iuris,vt hereditas,ea enim seruat nomẽ etiam si nulla adsint corpora hereditaria.l. hereditas.de peti.here. & de nomine vniuersitatis,vide Bar. in l.aut facta.§.vlt.de pœn.

Vniones dicũtur margaritæ grandiores dicti ab eo, vt Plinius libro nono scribit, quod nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen vnionem,inquit, Romanæ imposuere deliciæ, de auro & argento legato. l. Scia. Legauit, inquit, vnionem cum hyacinthi, & postea vnionem soluit.

Vrinatores,dicuntur qui subter aqua natantes tempore multo continent spiritum, ab eo quod

quod est vrino,vrinas, vel vrinor,vrinaris. Varro de lingua Latina lib.4. Vrnæ,inquit,dictæ quod vrinant in aqua hauriendæ,vt vrinatur. Vrinari enim est in aqua mergi. Plinius libro secundo: Vrinatibus in quælibet profundam aquarum altitudinem. Idem libro nono: Has,inquit,vrinantium cura capi. Idē libro vndecimo: Eadē est causa quare sub aqua diu Ranæ & diu Phocæ vrinentur. Callistratus ad legem Rhodiam de iactu lege nauis. Merces per vrinatores extractæ. Audi somnium Accursij: Qui ita,inquit, subtiliter perpenduut & vident sub aqua, sicut medicus per vrinam perpendit ægritudinem. N.

Vno cōtextu fieri aliquid est fieri nullo alieno actu interposito, nisi fiat ex necessitate & actu naturæ, vt superflui ponderis depositio, vel medicinæ acceptio, vel breuis langor, vt C. de testa. l. cùm antiquitas. Hæc Azo & Gof. eo. tit.

Vnusquisque est verbum vniuersale. ff. de here. insti. l. hoc articulo. & habetur hæc dictio C. de sacrosan. eccle. l. j. Aliquando indistinctè sumitur. C. de pa. pot. l. vnusquisque.

## De Vante O.

Vocare in ius est vocare ad eum, qui ius dicturus est. §. vlt. insti. de pœna teme. litig.

Volo,hoc verbū significat, prout eius significatū, vel quodlibet adiunctū vel quælibet circunstantia significare dictat. Nam quando simpliciter profertur, significat motum animi ad aliquid prosequēdum. Et cùm nihil adiungitur, seu nō apparet id, ad quod refertur, in iure nullius est effectus. Etiam non disponit, per Bar. in l. si quis in principio. de leg. iij. & etiā C. de sum. Tri. & fi. cat. l. j. Et not. in l. qui se patris. C. vnde liberi, q; volo & nolo non sunt opposita, qa volo ad omne tēpus refertur, vt dicēdo, volo adire hæreditatem, sed nolo ad præsens tēpus tātū refertur, dicendo, nolo adire intelligitur nūc, licet postea velim. Et ideo facit oratione ambiguā, de qua ambiguitate de verbo nolo, not. Ant. de Bu. in c. ex literis. j. de spon. Sed ibi, si ille, cui relicta est electio, dicit, volo eligere hanc rem, significatū illorū verborū est ambiguū, quia potest intelligi dupliciter. Vno modo. i. primus motus meus fertur in hāc rē, nō tamen deliberatè. Secūdo modo pro ipso actu acceptiōis, id est accepto hāc rem. Si ergo queris in quo istorum sit retinendū, respondetur si est traditus terminus ad eligendum seu deliberādū, & in fine termini respōdes, volo eligere hanc rem, tunc significatur electio. facit l. sed si alio.



lio. ij. respō. ff. ad Treb. cū dicit, post deliberationis tempus, & sic deliberationis dat significatum, facit l. omnes qui. ff. eo. ti. Item si ad interrogationē eius cuius interest, eodē modo respondes, scilicet volo eligere hanc rem, significato sumpto ex verbis pro certo, maximè cùm dicis, pro certo volo eligere hanc rem. Si autem non est aliud, vnde recipiatur significatum nisi ex ipsis verbis, tūc non significatur electio, imò recipitur primo, id est primus motus finitur in hanc rem. Itē ibi, legatarius cui relicta est electio, dicit volo hanc rem, significatur electio, lege ij. ff. de opt. leg. quia motus cùm significatur per verbum volo, refertur immediatè ad rē, per quod significatur acceptatio rei. Et idē si hæres institutus diceret, volo hanc hæreditatem, quia per hoc significatur aditio: secus si diceret, volo eligere, volo adire, quia tunc non significaretur acceptatio & additio, quia motus animi nō fit immediatè ad rem, sed ad actum eligendi vel adeundi. Item ibi institutus dicit volo esse heres, significatur aditio, l. iam dubitari. ff. de heredibus instituendis. Et sic aliud est dicere, volo adire, & aliud volo esse heres, quia per secunda verba significatur simpliciter aditio, sed per prima non. Et idem est dicere volo esse heres, & volo hanc hereditatem. Item ibi, volo relinquere, significat, id est relinquo, vt in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. iij. Et sumitur significatum ex natura vltimæ volūtatis, cuius est prouidere in futurum, etiam fauore eius vt valeat dispositio. Itē dicendo, volo per talem geri negocia mea, significatur mandatum. ff. mandari. l. j. Item sivē dere volens dicit, volo vendere decem, & emens dicit volo emere decem, significatur emptio, & venditio, quia per verbum præsentis temporis significatur consensus de præsenti. Secus dicendo, vellem vendere, & vellem emere.

Voluntas coacta etiam est voluntas. xv. q. j. merito. ff. quod metus cau. l. si mulier. §. si dos. & §. si metu. Sed hoc intelligitur sic, quòd nō est libera volūtas.

Voluntarium exilium, vide Exilium.

Voluntaria iurisdictio, vide Iurisdictio.

Voluptarię impēsę, vide Impēsæ.

Votum est alicuius boni cum deliberatione facta promissio vel Deo facta pollicitatio. xxvij. q. j. de viduis. ij. Et dicitur boni, quia de malo nec etiam de re bona sine deliberatione non procedit obligatio: nā de malo quis non obligatur, quia in male promisso rescinde fidem, & in turpi voto muta decretum.

xxij.q.iiij in malis. Dicitur cũ deliberatione,quia votũ quod facilitate animi potius, quàm arbitrio discretionis emittitur non est vsque quaque obligatorium,vt c.veniens. eo.tit. Et est triplex votum.Primum necessitatis, quod quis necessario in baptismate promittit,vt abrenuntiare diabolo & pompis eius,tenere fidem, seruare decalogum.de conse.distinc.4. c.1.Secundum est voluntatis, quod quis voluntariè emittit super his ad quæ ante votum non tenetur, vt continentiæ, abstinentiæ, &c. Tertium est votum mixtum ex hisduobus, scilicet partim necessitatis, & partim voluntatis, Sed votum voluntarium subdiuiditur in votum solenne & simplex,vnde simplex est,cui nulla solennitas adhibetur. Solum autem votum continentiæ solennizatur.Quæ autem vota redimi& commutari possint,videGoffr. in sum.eo.ti. Item votum obligat quẽ Deo,cùm dicitur, vouete & reddite,vt c. & si Christus. & c.debitores. de iureiur. & c.magnæ. de vo. post princ. vel describitur sic, Votum est animi conceptum cum deliberatione firmatum.

## De V ante R.

Vrbs simpliciter prolata, populi Romani ciuitatem significat antonomatice,insti. de iu.nat. §.sed quoties. Vrbis autem appellatio muris aut continentibus ædificiis finitur, vt c.significauit.de pœn. & remis. ff. de verbo.signifi.l. ij. & appellatur ab vruo,id est aratro,quia aratrum in vrbe condenda adhiberi solebat l.pupillus.§. vrbs. ff.eodem.

Vrbana mancipia non loco, sed genere vsus cognoscuntur, & à mancipiisrusticis distinguuntur. l. quemadmodum. de supell. leg. l. vrbana familia. de verbo.significa. l. seruis vrbanis.de leg.iij.

Vrbana prædia omnia ædificia accipim⁹,nõ solũ ea,quæ sunt in ciuitatibus vel oppidis constituta,sed etiã in rure, nisi fortè stabula sint, quia locus non facit prædia vrbana,sed materia. ff.de ver.sig.l.vrbana prędia.vi de suprà prædium.

Vrbanorum prædiorum seruitutes,require supra seruitutes.

Vredo est morbus herbarum, frugum & arborum in vitibus,& alio nomine carbunculus appellari potest.l.ex conducto.§. j.ff.loca.&de frigore procedit, nam &frigus vrit.Virg.Aut bo reæ penetrabile frigus adurit. Aliquãdu ponit̃ ꝓ pruritu, vt apud Pli.de vrtica pisce, Tacta (inquit)vredinem immittit.

Vrepotrophium dictio græca est, locum significans ad infantes nutriendos paratum, vrephon enim græci infantem dicunt l. illud §. j.C de sacrosan.eccl.licet in aliquibus codicib.mendosè legatur.

Vrinatoresappellantur natatores subaquatiles.l.nauis.ad l.Rho. de iac.

## De V ante S.

Vsiam pro substantia dixit Vlpia. l.in venditionibus. de contrahen.emp.

Vsio,idem quod vsus l.Quintus. §.si factum.de aur.& arg.leg.

Vsque,stat quandoq;inclusiuè,vt ff.de sena.l.fi.& in c.j.de or.ab epis. qui re. quandoque etiam exclusiuè,vt cũ dilectis. de fid. instrum.est ergo dictio vsque, significata vltimi termini ad quem,sicut àvel ab, primi termini à quo.

Vsus est ius vtendi rebus alienis salua rerũ substantia proprietate & dominio,& quomodo accipiatur,vide Arch. de offic. deleg.c.quamuis.lib.vj.

Vsuarius est qui alicuius reivsum habet,vt si tu qui es dominus huius serui, consenseris siue conceileris mihi vti ministerio eius salua proprietate &dominio, vnde vsuarij dici possunt clerici qui nõ possunt vendere vel testari siue donare de bonis ecclesiæ, sed victu tantum & vestitu debent esse contenti.x.q. ij. episcopus habeat, & c.cùm constet.de pignor. secundum Ber. Compertum ergo vsuario ius & vsus,sed non potest vendere,locare vel alienare,sed solùm ad vsum suum & familiæ suæ potest vti seruitute tali,vt in hortis, fundis, & similibus,si quis habeat in seruitutem vsus.

Vsucapio est acquisitio dominij vtilis directa rei alienæ per continuationem possessionis temporis lege definiti, id est per spatium temporis à lege definitum. ff. eodem titulo.l. tertia, verbi gratia: Emi rem mobilem à non domino bona fide,putans rem esse vendentis, & per continuum triennium possideo sine interruptione, ipso iure efficior dominus illius rei.Directum autem dominium habet verus & principalis dominus rei. Sed vtile dominium dicitur,quando quis in veritate non est dominus,sed habet vtilitatem rei ac si esset dominus,vt feudatarius vasallus & similes. Et dicitur vsucapio, quia vsu quodam & consuetudine possideo di cœpi & acquisiui dominiũ. Secundo in rebus mobilibus vel se mouentibus:nam immobilia non dicuntur vsucapi prius, sed potius præscribi. In immobilibusenim præscriptio locum habet. Tempus enim à lege definitum est triennium in vsucapione, sed in præscriptione statuitur decennium in

ter præsentes, & vicennium inter absentes, vt instit. de vsuca. Et datur vsucapio ne dominia rerum sint in incerto, pro publico bono introducta. l. j. ff. de vsuca. contra æquitatem naturalem. ff. de nego. gest. l. j. in fi. & de cond. indeb. l. nam hoc natura. Nam locupletari non debet quis cum alterius damno secundum regulam locupletari. de reg. iur. lib. vj. & sic aliud est æquum & aliud bonũ. vt C. de pac. conuen. hac lege. Et quando opponitur, æquitas scripta præfertur rigori scripto. Solu. verum est dum vtrũque scriptum est in specie, sed in præal. l. nã hoc natura. æquitas est scripta in genere, & hic rigor in specie, ergo præfertur rigori. Etiam in vsucapione vel præscriptione versatur quædã æquitas naturalis suadet, quòd postquam quis iusto titulo bona fide certo temporis spatio rem tenuerit dominium acquirere debeat, & imputetur domino qui negligens est tanto tẽpore rẽ suã quærere & custodire. Et sic nemo debet locupletari, &c. nisi subsit causa, vt hic propter cõmunem omnium vtilitatem, & vt aliquando sit litiũ finis. l. fi. ff. pro suo. vbi datur hæc ratio, ideo exceptio præscriptionis est exceptio litis finitę, & opponitur sicut aliæ litis finitæ exceptiones.

Vsufructuarius est qui fruitur & vtitur rebus alienis, vel qui res suas nemini furatur.

Vsusfructus est ius vtendi fruẽdi alienis rebus salua substantia rerum, vt ff. de vsufru. l. j. & inst. de vsufru. in princ. Et est ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est, destructa enim domo, destruitur & vsufruct. qui habetur in ea, vt ff. eod. titu. l. ij. & not. secundum Azo. in sum. C. eod. titu. quòd vsusfru. formalis dicitur ius, id est seruitus, sed vsusfructus causalis secundum quem aliquis habet causam dominij, non dicitur seruitus, & ponitur hic fruẽdi, & non in diffinitione vsus, quia differunt ius vtendi & fruendi, vt infrà patebit, & vtendi dicitur ad differentiam creditoris qui habet ius in pignore, non tamen potest eo vti, imò furtum committit si eo vtitur, sed secundum ponitur ad differentiam vtilis dominij, quod habetur in rebus alienis, sicut emphyteuta & feudatarius habent. Sed fruendi secundũ Accur. & Ber. dicitur ad differentiã nudi vsus, quia minus est in vsu quàm in fructu. Dicitur in rebus alienis quia sua res nemini seruit. Salua rerum substantia dicitur ad differentiam superficiarij & emphyteutæ, qui non tenentur reficere ædes, sed vsufructuarius tenetur, & etiã tenetur ad tributũ, quia ad eũ pertinet fruct⁹. Vnde Ber. exponit, salua rerũ substantia. i. ne pereat in toto substantia. Accurs. exponit salua substantia, quia tandiu durat vsusfructus, quandiu durat substantia. Et no. differentiã inter eũ qui habet seruitutẽ vsus, & eũ qui habet seruitutẽ vsusfru. quia is qui habet solùm seruitutẽ nudi vsus, ita vtitur quòd fructus non percipit, sicut possum vti equa tua, ita q̃ fructus inde non percipiã, sic q̃ partus non sit meus: sic similiter qui habet vsum tãtum alicuius fundi, non potest vti pomis, olerib. & cæteris fructibus ad vsum suum quotidianum, ille autem cui competit seruitus vsusfru. potest hæc omnia facere.



Vsura sicut cõmuniter dicitur, est quicquid præter vsum sorti accidit vel accedit, secundũ Gof. xiiij. quæst. iiij. pleriq;. Et addit ipse, intentione vel pacto præcendente. Sola enim spe vel expectatione vitiũ vsurariũ contrahitur, vt c. j. & c. consuluit. de vsur. & xiiij. q. iij. si fœneraueris. Et hoc cũ principaliter habetur spes & expectatio lucri, aliàs si ob charitatem moueatur quis ad mutuandũ, & secũdariò speret de aliqua retributione, non putatur vitiosum. ar. ad hoc lxxxvij. dist. in singulis. lxj. dist. quod prodierit. secũdũ Gof. Item vsura est vbi plus recipitur quàm datũ est, & definitur secundũ Azon. C. eo. tit. sic, Vsura est in summa quæ p̃pter vsum rei conceſſæ datur. Conceſſæ. i. datæ vel mutuatæ vnde vsura dicitur ab vsu, & æs æris, quasi vsu æris data. s. pecunia, cum nomine pecuniæ quicquid homines habeant continetur. j. q. iij. totum. & no. q̃ omnis vsura præstatur super facta dilatione ad annũ, vnde quædã vsura vocatur centesima, illa. s. quæ p̃ annũ æquiparatur sorti, quædam vocatur sextuplã (aliàs sescupla) à sex, quod est totum, & plica, id est pars vel medietas, quę etiam alio nomine dicitur hemiolon, ab hemi, quod est mediũ, & holon, quod est totũ, & est illa vsura quæ totum cõtinet, & medietatem totius: quædam verò est triens, s. quæ præstatur vsque ad tertiã partem centesimæ vel sortis, quædã semis, quæ præstatur ad medietatẽ sortis, quædã bes quæ præstatur ad duas partes sortis. Itẽ quędã vsura est fœnus sortis, & quędã fœnus fœnoris. Nã vsura dicitur quæ vltra sortẽ recipitur, vt c. fi. xiiij. q. iij. sed fœnus dicitur lucrũ de vsura sumptũ, vel vsura vbi ad mutuũ restituẽdũ non fuit certum tempus determinatũ, & fœnus vbi determinatũ. Est em̃ distinguẽdum inter vsurã & tẽ illã in qua vsura cõmittitur, nã quæ ab vsurario exigitur, proprie est lucrũ, quod vltra sortem exigitur. s.

lucrũ restituendum. Sed res in qua vsura committitur, est mutuum de quo lucrum prædictum gignitur.

Vsurarius manifestus qui dicatur, vide c. j. & ij. de vsur. libr. vj. Et vltra hoc dicitur Matth. quòd sit ille qui vsurarius ex libris suis conuincitur. alleg. cle. j. de vsur. & c. qui syncera. xlv. disti. c. sanè. xxiiij. q. ij. & l. j. §. editiones. ff. de edendo. Secundò ille qui confitetur coram sacerdote se esse vsuariũ, quia vsurarij iudex est sacerdos, & sic confessus coram suo iudice erit manifestus, vt cap. quẽ pœnitet. de pœni. dist. j. Io. And. dicit hoc verũ, si adsint testes. vt c. quanquam de vsur. lib. vj. Idẽ sequitur Ioann. de Lign. quia iudicium fori pœnitentialis nõ inducit illos effectus quos iudicium fori contentiosi, quòd ideò sit manifestus, qui confitetur cotã iudice animæ nisi adsint testes. Tertiò dicitur, ille vsurarius manifestus qui habet altare paratum. Sunt ergo vsurarij triplices. Primi, notarij: qui habent altare continuè paratũ semper mutuantes. Secundi non notorij: sed manifesti, qui nõ habent altare continuè paratum: sed interdum mutuantes. Tertij per famam tantùm manifesti sunt.

Vsurpare est aliquem contra rationem: ius, vsum: vel consuetudinem capere: inuadere, vel præsumere, vide Albericum de Rosa. in dictio. suo in ver. vsurpatio. vbi planè.

Vsurpatio est interruptio vsucapionis, vt in l. ij. & in rubric. ff. de vsucapio. & dicit ibi textus quòd oratores vsurpationem frequentem vsum vocant.

## De V ante T.

Vt, hæc dictio modum facit: sicut si, conditionem: & cùm causam, facit C. de condit. quæ sub mo. l. j. & ibi not. & vide ff. de manumiss. l. causam. §. fin. & de legatis ij. l. si ita relictum. & de contrahen. emptio. l. cùm ab eo. & de manum. testa. l. Meuia. Aliquando facit conditionem, vt l. cùm tale. circa finem. ff. de condi. & demonstr. Aliquando vt, exponitur, id est sicut. C. de sepulc. viol. l. si quis. & ff. de acquiren. rer. domi. l. in laqueum. in fin. Aliquando vt, id est secundùm. C. de his qui parent. vel liber. occid. l. j. Aliquando ponitur causatiuè & consecutiuè. ff. de donat. caumor. l. senatus. Causatiuè ponitur. xlvij. distinct. sicut. ff. de leg. j. l. si quis. in princi. Consecutiuè ponitur. C. de obse. part. præst. l. si manumissori. & c. episcopis. & clericis. l. in ecclesiis. ff. de seruit. & aqua. l. j. & j. q. j. cùm liqueat. & capi. venditio. Aliquando ponitur aduersatiuè, pro. sed. C. de appell. cùm post. Aliquando est aduerbium tempo



temporis, vt id est postquã. ff. de pignor. l. j. §. idem quæsit. Aliquando ponitur vt, pro & in authentica. de testi. §. si verò deducens; ibi non tamen per longum interuallum: vt &c. Aliquando vt id est tanquam. C. de legi. l. leges. Aliquando est aduerbium qualitatis vel quantitatis: vt, id est quantum, vel optandi: vt, prouinam. Aliquando est exemplificatiuum: vt cùm dicitur, nomen appellatiuum vt homo, & not. ff. de inter. l. j. §. interdicta. de pactis. l. iurisgentium. §. quinimò. Aliquando vt id est quanuis. de nego. gest. l. sed an vltro. §. fina. C. de seruit. & aqua. l. j. Aliquando vt, exponitur, id est quando. ff. de arb. l. si cùm dies. §. si arbiter. Aliquando abundat. ff. ad l. pompeiam, de parricidis. l. j. & ibi in glos. Aliquando est aduerbium ordinis, vt: id est postea. Aliquando est coniunctio adiunctiua, vt volo vt tu legas. Aliquando causalis, vt: id est quia, vnde versus: Quali ter & quantum notat, discernit & operat. Ordinat, exemplat finalat, vtrunque requirit. Dat cõmittendat quoque sequens, sic dat duodena. Et de significato huius dictionis, vt vide extrà, de priuileg. ex ore. de constit. vti vel inuti. cap. examinata. de verborum significatio. cap. abbate. Item de effectu huius dictionis, vt vide extrà, de condi. apo. verum. in clem. de æta & qualit. c. j.

Vter, dictio est distributiua, & verificatur in altero tantum. Bart. in l. pe. C. de imp. & aliis substit.

Vterinus, vide in dictione Fratres.

Vterlibet, alter ex duobus, quem capere liber. l. arbor. §. de vestibulo. com. diui.

Vterque, aliquando ponitur coniunctiuè. ff. de lega. j. l. si quis duobus. & de leg. iij. l. Titius. & ff. de cond. in deb. l. si non sortem. §. fin. de euic. l. si duos. Aliquando ponitur diuisiuè, vt ff. de rei vendi. Pomponius communia præd. l. binas. & de act. empt. l. si ea res. §. fin. Aliquando dicitur de tribus, secundum vnam expositionem glos. instit. per quas perso. no. acqui. §. non solùm. Item adde quomodo vterque attribuit actum, & in quo verificetur. Bartolus in l. hoc articulo. ff. de fiered. in fine. Item quæ sit eius natura, vide eundem Bartol. in l. cùm quidam. C. de imp. & aliis subst.

Vti & frui differunt sic: quia vti dicitur ille, qui ita vtitur re quòd fructus, non percipit, sicut possum vti ad vsum quotidianum & ministerium equa tua, ita q. fructum non percipiam, q. scilicet partus non sit meus, sed is qui alicuius. fundi vsum habet: pomis & oleribus vti potest ad vsum quotidianum, non tamen donare vel vendere po-

test.Frui verò dicitur ille, qui fructus percipit,&sic vsurarius habet vsum rei, vt cui dominus, nemoris constituit vsum nemoris ad necessitatem suam & familiæ suæ, vt accipiat ligna, olera, poma, flores, &c. quæ nascuntur in nemore pro se & suis conuiuis, non tamen vendere permittit ipsum, aliàs frueretur, quare clerici dici possunt vsuarij, vt suprà dictum est.

Vtilis actio, vide suprà, Actio directa.

Vtiles impensæ, vide Impensæ.

Vtilitas publica quot modis consideretur, tradit Barto. in l.j. solut. matrimon.

Vti possidetis est quoddam interdictum cum possessor inquietatur à non possidente, vt iudex pro ipso det sententiam. Si vnus fuerit, tunc pronuntiare habet in singulari numero, vt ita possideas vt possides. Si autem plures, tunc debet pronuntiare in plurali numero, vt vti possidetis ita possideatis. hæc Azo in sum. eod. tit. & vide gl. antepe. in c. licet. de probat.

Vtpote pro quia. auth. ingressi. de sacrosanct. eccl.

Vtique, id est certè. ff. de rei ven. l. vtique. Aliquando ponitur continuatiuè. ff. de dam. infec. l. vtique. Aliquando, id est itademum. ff. de neg. gest. l. diuortio. §. sed nec. Aliquando id est sicut. ff. de actio. empt. l. sicut. Aliquando, id est tantùm. ff. ad municip. l. non vtique. Aliquando, id est vsque adeò. de capit. dimin. l. amissione. §. j. Aliquando vtique sunt duæ partes. s. vti id est sicut, & que pro &, vt not. ff. de ædil. edic. l. ædiles.

Vtro, id est altero. C. de agric. & cē si. l. definimus. li. xj.

Vtrobi componitur ex vtrum, & vbi, pro ad, quasi dicat apud quem est possessio, apud illum sit, no. per Host. extrà, de prob. c. licet. in fin. & vide. C & ff. in tit. vtrobi. & instit. de interdictis. §. vtrobi.

Vtroque iure. i. in spiritualibus & temporalibus. extrà, de priuil. quoniam. Aliquando ponitur simulatiuè. ff. de pact. l. rescriptū. §. si pacto. & de rebus dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum.

## De V ante V.

Vulgaris hæc dictio quot modis capiatur, docet Bart. in l. j. ff. de vulg. & pupil. substitut.

Vulgaris persona dicitur minus honesta. l. legitimos. ff. de legitim. tut.

Vulgaris substitutio dicitur cùm quis loco instituti vel eius cui aliàs puta ab intestato est ius adeundi, in casu hereditatis non aditæ apponitur seu subrogatur. Vnde conditio est semper, si hereditas non adeatur. Et dicitur vulgaris, quia in hunc casum seu euentum fieri potest à quolibet qui testari potest, & cuilibet qui ius adeundi habet ex testamento vel ab intestato, quia voluntas talis disponentis simpliciter admittitur iure ciuili, secùs in pupillari & aliis substitutionibus, vbi non simpliciter admittitur, imo restringitur & limitatur. Et quandoque penitus non admittitur iure ciuili scripto. Et nota quòd conditio ibi apposita, si hereditas non adeatur, potest dupliciter intelligi, secundum quòd non adire dupliciter contingit, scilicet vel propter nolle adire, vel propter non posse. Et istud non posse multis modis potest contingere, vel quia euenit furor, vel deportatio, vel quia bonorum acquisitio interdicitur. Vulgaris enim substitutio semper continet conditionem de euentu non aditæ hereditatis, licet iam vnum casum vel plures vel omnes continere possit. Cætera vide suprà, de substitutionibus.

Vulgo concepti dicuntur qui patrem demonstrare non possunt, nati ex meretrice quę plures admisit. l. vulgo concepti. de sta. homi.

Vulua secundum Archid. xiiij. q. iij. plerique. quandoque illud est quod extra nascitur, vel est venter porci, vel vber, farcimen, vel illia, scilicet salcitià.





## De V ante X.

Vxor iusta, vt scribit Alcia. libro iij. Parad. dicitur quæ verè vxor, & perquam solenniter ducta est, non quæ simplici sponsione vxor est: tametsi legitima sit. l. si vxor. de adult.

Vulpianus an Vlpianus dici debeat Iurisconsultissimus Alexandri Cæsarius ille assessor multi dubitant: quæ ambiguitas ex Pandectarum Florentinarū lectione tollitur in quib⁹ semper Vulpianus per duplex u, alteram consonantem alteram vocalem scribitur. Nebr.

## De litera X.

Xenium, interpretatur mun⁹ quod hospitibus datur. Nam xenos interpretatur hospes. Vitruuius libro vj. Primo, inquit die Græci hospites inuitabant ad cœnam, postero mittebant pullos duo olera poma, reliquáque res agrestes. Ideò pictores qui ea quæ mittebantur hospitib⁹ picturis imitabantur xenia appellarunt. Martialis: Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello, & sequitur: Hæc licet hospitibus pro munere dicticha mittas. Inde per deminutionem, xeniolū. Apuleius lib. 2. de asino: Mittit byrrhena mihi xeniola: porcum optimum, & quinque gallinulas. Vlpian. lib. j. Dig. tit. de officio proconsul. l. solent.

Non: inquit, in totum xeniis abstinere debet proconsul. & paulo post: Quantum ad xenia inquit pertinet vetus proverbium est. &c. Nebr.

Xenia dicuntur munuscula quædam quæ dantur esculenta & poculenta quæ vulgò dicuntur appensationes, cæterarum verò rerum, quæ vsum edulium excedunt, magis propriè dicuntur numera. dicitur enim fieri xenium de ponis eum qui habet hospites, secundum Archi. xiiij. q. iij. plerique. in fin.

Xenodochium, interpretatur hospitium, quod hospitibus & peregrinis publicitus siue priuatim patet, Hierony. in quadam epistola ad Pammachium: Audio te Xenodochium, in portu fecisse Romano. In Codice Iustiniano, tit. de sacrosan. ecclesiis. l. illud. l. sancimus. l. si quis. Item de episcop. & cleri. tum xenodochium, tum xenon appellatur. Nebr.

Xenodochus est qui xenomen alicuius ciuitatis procurat.

Xenon est domus in qua ægrotantes recipiuntur, curantur & alimentis substentatur: vt C. de epis. & cler. per totum.

Xenodochium est domus ad hospitium peregrinantium deputata, vt quidam dicunt. Sed tamen xenon & xenodochium eadem domus dici potest, scilicet in qua valetudinarij & senes, id est infirmi recipiuntur & aluntur. Prædictam autem differentiam facientes: zenon per z, literam, & senodochium dicunt esse scribendum per s, vide c. iij. de relig. do. & varia nomina talium locorum, habes. xiij. quæst. vltim. sancimus. vbi de hoc. & j. quæst. vij. si quis hominem. ad fin. in authentica de non alien. aut permutan. §. hæc ergo, & de eccles. titul. §. fi. & est gloss. in clemen. per literas. de præben.

Xenoparochus is est qui publicè munera hospitibus contribuit, quia xenos hospes interpretatur, & parochus tributor. Archadius libr. 50. tit. de muner. & hon. l. munerum. Tabularij, inquit, vel xenoparochus, & vt in quibusdam ciuitatibus. N.

Xerolophum, locus erat celebris Bizantij, quæ Constantinopolis postea cognominata est. Priscianus libr. j. de octo partibus orationis: Epigrammata, inquit, quæ egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis, qui stat in xerolopho Bizantij scriptus. Idem libro vj. Ostendunt inquit epigrammata vetustissima, & quæ literis vetustissimis scripta in multis tripodibus legi, & maximè in tripode Apollinis, qui est Constantinopoli in loco quem Xerolophō vocant. Iustinianus libro quarto Institutionum, titulo de publicis iudiciis. Quod nos, inquit, telum appellamus, illi telos appellant. admoneit, inquit nos epigrammata in Xerolopho scripta, apud Iustinianum lege Theophil. Xenophori.

Xenoparochi, quorum meminit l. vltim. ff. de mune. & hon. appellantur qui præbendis hospitiis præsunt, auctore Alci. in l. pupillus. de verb. sign.

Xerolophum: locus erat Constantinopoli celebris. §. item lex Cornelia. Instit. de publi. iudi.

Christus est rex regum: dominus dominantium: vt in cle. pastoralis de re iudic.

Christe eleison, vide de consecra. distinct. j. hoc quoq;. & distinct. ij. can. re vera.

Christianorum nomen primo ortum est apud Antiochiam, vbi Ignatius fuit episcopus. vij. q. j. mutationes. Nam prius omnes fideles dicti fuerunt discipuli vel fratres. Sed postquàm apostoli fecerunt concilium antiochenum, tunc dicti sunt christiani: vt est gloss. xxij. distinct. sacrosancta. ibi tex.

Xystici, Athletæ sunt de quibus meminit Iurisc. in l. athletas. ff. de iis qui not. infam. licet ibidem corruptè legatur sexustici. Sunt autem illi qui pugnabant in porticu amplissima. Suetonius, Nec tamen eo minus xysticorum concertationes aut gladiatorū pugnas seueriſſime semper egit. Græci enim xystū porticum vocāt ampla latitudine in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Has & paradromidas Græci appellant, & nostris ambulationes dicuntur. Vel secundum aliquos xystus habet originem à xystos, quod hastam seu telum spiculumve denotat.



## De Y ante A.

Yatus aliquando sumitur pro puncto mortis, seu pro emissione spiritus vltimi, de pœn. dist. vj. c. nullus. Aliquando est apertio terræ. c. non offeramus. xxiiij. q. j.

Imò verò hiatus scribendum est.

Yconomus dicitur ille, cui res ecclesiæ gubernanda datur, scilicet episcopalis, & propriè res canonicorum. Etiam quandoque est vice dominus, vel præpositus. j. q. iij. saluator. vide gloss. in cap. Imperatorem. de iura. calum. vbi concor. Vnde secundum Gof. differunt yconomus, syndicus, procurator, & actor. Nam yconomus administrat res ecclesiæ, & aliquando defendit in causa, & quandoque in ecclesia vacante fit ad percipiēdos prouentus & seruādos ad futurū prælatū. Syndicus autē in rebus & negotiis cuiuslibet corporis vel colegij. Et secundū leges nō differt à defensore, & est vniuersitatis. Sed procurator est priuatæ personæ ad vnum negotiū vel plura. Actor autem pro vno vel pro vniuersi-

tate ad vnam causam & præsentem & cum decreto constituitur: in constitutione yconomi non est: ita omnimodo necessarium decretum iudicis. Angel. Aret. & Ioan. Fab. instit. de curat. §. quòd si. & idem in constitutione syndici dicendum. Bar. in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. non negotamen quin tutius sit decretum adhiberi. gloss. & Bar. in l. actor. ff. rem ratam haberi. Spec. titu. de syndic. versic. item quòd est constitutus minus solenniter.

Imò verò œconomus scribẽdum est per œ diphtongum.

Ydoneus quis dicatur, & in quibus consistat idoneitas. vide c. cùm in cunctis. de elect. Scribendum esse idoneus, nulli dubium.

Ydrophylatri dicuntur ab ydria, quod est vas, quo aqua defertur, vel ab ydor, id est aqua, & phylare custodire, quasi custodes aquarum, secundum Ioan. Andr. in cap. si iudex laicus. de senten. ex com. lib. vj.

Scribendum est hydrophylaces, à Græco nomine hydor, quod est aqua, & phylattein, quod est custodire. vide C. de aquæduc. l. decernimus.

Ymò, hæc dictio significat quandoque correctiuè, vt testator dicit, Titius; imò Seius heres esto, vt l. si ita scriptum. ff. de hered. instituend. ibi text. dicit adiicientes & detrahẽtes, ymò & mutantes. Ponitur etiam copulatiuè. C. de nouo Cod. cõponend. l. vnica. §. quibus. Et sumitur significatum ex copula adiuncta, & esset idem dicere etiam. Sed ibi, yconomus qui hoc fecerit, ymò fieri passus fuerit priuetur: ponitur alternatiuè. vt l. iubemus. §. yconomus. C. de sacrosanct. eccles. quia habet locum, vel ipso alienante, vel alienari patiente. Potest etiam ibi accipi correctiuè, quia eadem vel maior est ratio in alienante, quàm in patiente alienari, quòd puniatur. Item quo ad decisionem legis ponitur ibi copulatiuè, quia pœna habet locum & in alienante, & in patiente alienari.

Cum i Latino scribendum est, & vt quibusdam placet, cum simplici m, imò.

Ypocomus dicitur ab ypo, quod est sub, & comos villa. Inde ypocomi qui sunt sub villanis, secundum Placen. & Accur. sed secundum peritiores hippocomi (sic enim scribendum est, non ypocomi) dicuntur stabularij qui equos curant.

Ypocrisarius quandoque ponitur pro syndico, quandoque pro œconomo, vt not. Spec. in titu. de his qui aliena. poss. vel non. §. licet.

Apocrisarij legitur, extrà de electio. c. significasti. & j. quæst. vj. conue



conuenientibus.

Ypostasis dicitur ab ypo, quo est sub & stasis status, vel stãs, quasi subsistans, & vtũtur Græci sicut nos p persona, quia habet sub stare omnibus accidentibus, & omnia accidentia ad se recipit, à nullo tamen informatur, secundum Hugonem. glossa est clementina prima, de summa trinitate.

Aspiratur & hæc, hypostasis, de quo suprà suo loco.

Ypotheca est res immobilis pignori obligata, vt domus, ager, fundus. Pignus autem est res mobilis, propriè à pugno dictum, quia pugno tradi potest. Et sic hypotheca non est aliud quàm obligatio vel pignoratio. Ius autem ypothecarum est illud, quod competit creditori in bonis debitoris sui sibi obligatis pro debito tacitè vel expressè, & dicitur ab ypo, id est sub, & theca positio, quasi suppositio, nam debitor rem pignoratam creditori supponit, & in ipsa sibi ius constituit.

Ypothecare est obligare, pignorare, vel supponere, vt patet per rub. ff. de reb. eo. qui sub tuto. & cur. dum subditur. Sine decreto pignori non supponendis.

Aspirantur & hæ voces, hypotheca hypothecare.

Ysothomus est terra inter duo maria. l. Lucius. ff. de ser. rust. prædi.

Ystriones. i. ioculatores, ab ystria. c. clericus. de vita & hone. cleri. de consecra. distin. ij. c. scenicis atque ystrionibus. & cap. pro dilectione.

Cum i, Latino scribitur histriones.

Xistici, dicuntur athletæ, dicti à xisto, qui, vt ait Vitruuius libro sexto, est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercebantur. Suetonius in Augusto: Xysticorum certationes aut gladiatorum pugnas seueriſſimè semper egit. Idem in Galba: Si quid scenici aut xistici donatum olim vendidissent. Vlpianus tit. de iis qui notantur infamia. l. athletas. pro eo quod esse debuit, xistici, resustici corruptè legitur. N.

## De Z ante A.

Zabarella nomẽ est vnius Iurisconsulti qui fecit vtilẽ lecturã super Clemẽtinas, & tractatũ de horis canonicis, pro funere suo fertur orasse Pogius Florentinus. Sepultus est Constantiæ apud minores.

Zelotypia est suspitio vel furor. ij. quæst. v. §. hoc autem sub. cap. consuluisti.

Zelotes idem est quod zelans & vlciscens, vt in cap. nisi cùm pridem. de renun. §. personæ verò, vbi dicitur, Ego sum (inquit Deus) zelotes, id est requisitor & exactor castitatis. j. q. iij. §. hæc vltra. xxiij. quæstio.

j.§.qui est visitans peccata patrum in filios vsque ad tertiam & quartam generationem in his qui oderunt me, id est contra me paternum odium imitantur. Et sunt verba Domini ad Moysen, Exodi 20. cap.

Zelus quandoque exponitur, id est inuidia, vt xxiij. quæst. iiij. cap. qui peccat. & ibi dicit tex. Dominus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi est connexum testimonium scripturæ dicentis, Zelus domus tuæ comedit me: ibi gloss. exponit zelus, id est amor quem habui ad templū comedit me, id est fuit mihi causa inuidiæ propter quam occiderunt me. Aliquando zelus exponitur, id est feruor dilectionis, extra de reg. capit. ij. ib. vj. per Ioann. And. in hoc significato magistri nostri dicuntur viri zelosi non zelotypi. Aliquando sumitur in bona parte. Aliquando in mala pro odio, vt not. per Ber. extra de offic. custo. capit. ij. Aliquando ponitur pro ira. xxiij. quæst. viij. legi. Aliquando pro seueritate. xxviij. quæst. viij. hi ergo.

Zenotapium quid sit, vide ff. de rerum diui. in tantum. §. fina.

Cenotaphium scribendum est, quod imaginarium sepulchrū significat à Græca voce cenos: id est inanis, & taphos sepulchrum.

Zeugma est figura Grammatica lis. ff. de petitione hereditatis. l. si quis libertatem. in gloss. per zeugmam.

Zeleucus est proprium nomen cuiusdam iudicis, qui (vt est apud Valerium, Max. li. vj. hist. xij.) lata lege de adulteris exoculandis, filium in adulterio repertum exoculare parabat, sed precibus populi victus filium vno: se altero priuauit.

Zygostatem Alciatus interpretatur pro eo qui ponderum & staterarum rationem peroptimè calleat.

Zythum potus est, quem è frugibus excogitauit Ægyptus.

Zizania est seges vel herba peruersa, scilicet lolium. lvj. dist. c. nasci. xxiij. q. j. c. quod militare: & quādoque ponitur pro sorde omnium segetum gloss. bona in cle. dudum. de sepul. &c. licet. de elect. & ita Saluator dicit ad volentes eradicare zizaniam. xj. q. iij. c. nolite. j. post princ. & xxiij. quæst. j. §. j. Matthæi 12.

Zocomenus est proprium nomē viri Græci genere, qui composuit ix. libros historiæ ecclesiasticæ, exordiens à consulatu Crispi & Constātini Cæsarum vsque ad tempora Theodosij iunioris.

Zona, zonæ vocabulum interpretatur tibi Calderinus in hoc Martialis Apophoreto.





Longa satis nunc sum, dulci si pō dere venter:
Intumeat, fiam tunc tibi zona breuis.

Et Clericus coniugatus deferens zonam bicolorem perdit priuilegium clericale. Aufre. in add. ad quæst. Ca. Tol. ccxxxij. cum appellatione vestis contineatur zona, alleg. l. vestis. de auro & ar. leg. Bar. in l. diuus. ff. de bo. dam.

Zona, non tantum pro cingulo accipienda est, sed aliquando etiam pro marsupio & loculis nummorū refertis accipitur. Apuleius. lib. 7. de asino: Plotina, inquit, pretiosissimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta. Sueton. quoque scribit Vitellium zonam se aureorum plenam circunde disse. Spartianus etiam Pescenium nigrū Imperatorem iussisse, ne milites in zonis nummos aureos vel argenteos portarent ad bellum. Lampridius quoque Alexādrum Cæsarem dicere solitum ait, Miles nō timet, nisi vestitus, calceatus: & satur, & aliquid in zonula habens. Et ferè hæc est consuetudo Hispanorū, vt cingulo bursam escariam applicent, in qua portent nummos. Itaque Saluator noster discipulis interminatur, ne portent zonam.

In hoc significatu accepit Vlpia. in tit. de bonis damnatorum. l. diuus Neque si zonam, inquit: circa se habuerit: protinus aliquis sibi vindicare debebit. Accursius putauit zonā esse cingulum magni pretij. Nebr.

Zythum, potus est quem è frugibus excogitauit Ægyptus: vnde à Columella peluſiacum cognominatur in horto, cum dicit, Et peluſiaci proriret poculazythi. Vlpia. tit. de tritico & vino legato. l. si quis. Zythum, inquit, & cætera pro hominū affectione. Nebr.

## EX OBSERVATIONIBVS ÆLII ANTONII Nebricensis in libros iuris Ciuilis.

### De Glauco & Diomede Accurs. somnium.

EST in præfatione Digestorum peroratio Iustinia. Impe. in hæc verba. Incipite igitur leg. Doctri. eis de gubernatione tradere, & viam aperite, quam nos inuenimus, quatenus fiant optimi iustitiæ & reipublicę ministri, & vos maximum decus in omne æuũ sequatur. Quia vestris temporibus talis legũ inuenta est permutatio, qualem apud Homer. patrem omnis virtutis, Glau. & Diomed. inter se faciunt, dissimilia permutantes, & subdit carmina Homeri sumpta ex 7. Iliad. libro, vbi narrat quo pacto in obsidione Troian. Diome. cum Glau. Hippolochi filio congressus, cœpit ab illo quærere quis esset, quibusque maioribus ortus. Cui Glaucus se Bellerephontis nepotem, Hipolochique filium esse respondit. Cúmque Diomedes vetus hospitium Oenei Bellerephontisque viriusque auorum fuisse intelligeret, pugna abstinuit, atque ita commutatis armis digressi sunt, quasi pignus amoris alter alterius reportantes. Fuerunt autem Glau. arma aurea centum bobus æstimata, Diome. ærea nouem boum. Quod Accur. nescio quibus furiis agitatus exponens ait, Diomedes cum rediret per mare à Troia. victoria, indigebat vino, & inuenit Glau. iuxta mare abũdantem vino & cãrentem equis, at ipse multos equos, quos in prælio habuerat, & ita dedit illi de equis inutilibus pro vino necessario & vtili sibi, & Glau. dedit vinum superfluum, & accepit equos necessarios, & sic nos fecimus permutationem de inutili modo legendi ad vtilem. Hucusque Accursius. Omitto corruptissimum, & mille acyrologiis depraua tum dicendi genus. Vbi legit ille bonus vir hæc historiarum portenta: aut quis illum docuit in rebus, quarum ignoratione tenebatur diuinare? Aliud est enim: vt diuus Hierony. scribit, esse vatem, aliud interpretem: illic spiritus neutra prædicit, hic eruditio & verborum copia quæ intelligit interpretatur. Quod si fuisset Accursio mixtum cum pudore iudicium, aut omnino tacuisset iis de rebus quas ignorabat: aut ea scriberet quæ de Glauco & Diomede ab auctoribus memoriæ prodita sunt: Homero præsertim: quem Iustinianus citat testem. Quod si Accur. Græcas literas ignorabat, didicisset saltem latinas, in quibus libro primo Serm. Horatij legeret, Aut si disparibus bellum incidit aut Diomede cum Licio Glauco discedat pigrior vltro Muneribus missis. Atque apud Martialem libro 9. epigrammatou, Tam stupidus nunquam nec tu puto Glauce

fuisti:



fuisti: Chalcea donanti chrysea qui dederas. Aut quoniam iuris libros interpretabatur: illud saltem quod Aristoteles lib. 5. ethico. cum de iustitia & iure differeret, scripsit. Volenti, inquit, non fit iniuria, sed qui sua donat. vt Homerus de Glauco scribit, dedisse eum Diomedi arma aurea pro ferreis centeni pretij pro noueni, huic iniuria non fit. Aut imitaretur saltem pudorem sancti Thomæ qui locum illum exponens, nihil tale somniat quale Accur. sed tantum ab ignorantia interpretis deceptus: dixit accepisse Diomedam centum boues pro nouem cum Homerus dicat arma æstimata pretio centum boum pro armis nouem boum. quod & Plin. libr. 33. affert. Quanquam Homerus inquit admiratus aurum, æstimationes rerum ita fecit: vt centum boum arma permutasse Glaucum diceret, cum Diomedis armis nouem boum: & hoc est quod Iustinianus dicebat talem permutationem legum antiquarum pro nouis esse factam, qualis fuit Glauci & Diomedis, hoc est centeni pretij pro noueni.

## DE LEGATIS ATHENAS MISSIS SOMN. ACC.

Pomponius libr. pri. Dig. sub titulo qui est de origine iuris: Placuit, inquit: publica auctoritate decem constitui viros: per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, vt ciuitas fundaretur legibus quas in tabulis eburneis perscriptas pro rostris composuerunt. Audite nunc obsecro vos ægrotantis Accur. somnia vana: Antè, inquit quam hoc fieret, miserunt Græci Romam quædam sapientem vt exploraret an digni essent Romani legibus qui cum Romam venisset, Romani cogitantes quid poterat fieri, quendam stultum ad disputandum cum Græco posuerunt vt si perderet tantum derisio esset. Græcus nutu disputare cœpit, & eleuauit vnum digitum, vnum Deum significans. Stultus credens quod vellet eum vno oculo decæcare eleuauit duos, & cum eis eleuauit etiam policem, sicut naturaliter euenit, quasi excæcare eum vellet de vtroque. Græcus autem credidit quòd trinitatem ostenderet. Item Græcus apertam manum ostendit, vt ostenderet omnia nuda & aperta Deo. Stultus autem timens maxillatam sibi dari, pugnum clausum quasi repercussurus leuauit. Græcus intellexit quòd Deus omnia clauderet palma: & sic credens Romanos dignos legibus recessit. O miserrimam seculi conditionem, qui hæc audiuimus & patimur. Ecquis vnquam talia deliramenta nisi à mulierculis lanificio intentis audiuit? & non videt homo perditus non habita ratione temporum & personarum sibiipsis repugnanda dicere? Quòd si tanta erat illi historia mendi libido, at debuit saltem aliquid dicere quod nos falleret.

Nunc

Nunc verò ea per crapulam ructat, quæ nec credent pueri, qui nondum ære lauãtur. Nam si quod hoc in loco Pomponius scribit, constat esse factum trecentesimo altero anno ab vrbe condita: hoc est ante natalem Christianum annos circiter quadringentos quinquaginta, quo pacto Græcus & Romanus de trinitate personarum atque vnitate substantiæ in diuinis disputare poterant? hoc ne errans quidem fecisset, doctissimus illa tempestate legis interpres, ne dum homines in falsa deorum gentilium religione occupari. Aut si tam diligens in historia esse volebat: illud potius annotare debuit, Romanorum rerum scriptores: non quod Pomponius scribit creatos esse decem viros quos leges paterentur: sed cum prius de ferẽdis legibus inter Romanos conueniret, de latore tantum disceptarent missos esse tres legatos Athenas, iussósque inclytas Solonis leges describere, & aliarum Græciæ ciuitatum instituta morésque pernoscere. Postea verò quàm illi redierunt, creatos decem viros condendarum legum, & iuris dicundi causa. Quod verò Pomponius scribit tabulas fuisse ebarneas. Dionysius Halicarnasseus diligentissimus antiquitatum Romanarum scriptor libro nono æreas fuisse memoriæ prodidit. Quódque idem auctor scribit tabulas in foro positas: non est diuersum ab eo, quod Pomponius tradit positas esse pro rostris: nam Rostra templum erat in foro Romano quod placuit exornari Rostris nauium, quas ab Anciatibus acceperant; non vt Accursius delirat: pyratarum. Illud verò perquam ridiculum, quod in re manifesta dubitans: pro rostris exponit ante oculos & ora hominum. Ab Hispano: opinor: aliquo id didicerat, quoniam Hispanè facies rostro appellatur.

## MVTIVS PRO FABIVS.

Idem Pomponius in eod. titul. de orig. iur. Q. inquit Mutius qui ad Carthaginienses missus legatus: cum essent duæ tesseræ positæ, vna pacis: & altera belli, arbitrio sibi dato vtram vellet referre Romam: vtranque sustulit: & ait: Carthaginienses petere debere vtram mallent accipere. Atqui non Q. Mutius: sed Q. Fabius fuit, qui cum Valerio Flacco missus est Carthaginem legatus, vt nisi Hannibal violatorfœderis dederetur bellum Carthaginiensibus indiceret. Hic Fabius, Pamphilus cognominatus est, ad differentiam illius Fabij qui in eodem secundo bello Punico singularem operam Reip. nauauit, atque tum maximus, tum verricosus, tum ouicula dictus est. Atque ea propemodum Fabium Pamphilum fecisse coram Carthaginiensibus quæ Pomponius refert, auctores sunt Polybius, Liuius: Plutarchus: Silius præterea lib. secundo Punicorum.

Non



Non vltra patiens Fabius texisse dolorem,
Concilium exposcit propere, patribúsque vocatis,
Bellum se gestare sinu pacémque profatus.
Quid sedeat legere, ambiguis neu fallere dictis
Imperat: at sæuo neutrum rentente senatu
Ceu clausas acies, gremióque effunderet arma,
Accipite infaustum Libyæ, euentúque priori
Par inquit bellum, & laxos effudit amictus.

Tam insigne mendum non debuit Accursius dissimulare, atque intactum relinquere, vbi non in parte: sed in toto error committitur: nam quid habent simile Mutius & Fabius: nempe quod Thais & Hermione.

## COLVMNARIVM PRO Colum Niuarium.

Pomponius Iurisconsultus in lib. Digest. xxxiiij. tit. de auro & argento leg. In argento: inquit potorio: vtrum id duntaxat sit, quod ibi possit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum est: veluti columnarum & vrceoli. Quod vasis genus columnarium sit: nullus vnquam scripsit: sed neque legit, præter vnum Philippum Beroaldum: virum alioqui singulari eruditione, qui ex huius legis deceptus lectione: putauit esse poculi genus: & Accursium: qui anglisteriam interpretatur: sic Irali vulgò appellant ampullam vitream longioris colli. Ego verò cùm columnarium esse nihil verbum pro comperto haberem: cœpi mecum recogitare quid columnarij loco substituerem: cum subito fuit mihi præsto Martialis poetæ distichon: cuius lemma est: Colum niuarium. Cúmque adhuc subdubitarem: an pro columnario colum niuarium reponerem: legi sequens distichon: cuius index est: Vrceoli ministratorij. Exilui præ nimia lætitia: atque cœpi mihi ipsi gratulari: quod locum: aliis incognitum atque intactum mea diligentia restitui. Quid verò colum niuarium fuerit: reliquum est vt ostendamus. Fuit consuetudo apud maiores nostros: non modo colare vina: vt essent molliora defœcatioráque: verum etiam aquam per niues transmittere: quo fieret gustui suauior. Instrumenta verò ad percolandum erant cola minutissimis viminibus contexta: aut ex sacco lineo siue cilicino: Vergil. 2. Georg. Tu spisso vimine qualos Colaque præ lorum fumosis diripe tectis. De colatorio sacco Martialis in disticho cuius lemma est: saccus niuarius. Attenuare niues norunt: & linthea nostra: Frigidior colo non salit vnda tuo. Pli. 14. Vilissimum omnibus sacro viribus fractis. Idé deci

mono

monono: Inueterauit vina saccisque castrari, & vigesimotertio libro: Vt plus, inquit capiamus, sacco frangimus vires. Atque iterum Martialis. Turbida sollicito transmittere cecuba sacco. & Horatius secundo Sermonum. Integrum perdunt lino vitiata saporem. Quod Porphyrion exponit sacco percolata. Cum itaque Martialis duo districha continuata scripserit, alterum de colo niuario, alterum de sacco vinario, subdiderítque statim vrceolos ministratores, quis non videt apud Pomponium legendum esse colum niuarium, non præsertim euestigio sequatur & vrceoli? Quid, quod sensus pulchrè coit, atque satisfacit ei quod venire potuit in dubitationem, an videlicet vasorum potoriorum appellatione veniant vasa quibus non bibimus, sed præparantur ordinantúrque ad id quod bibendum est, vt colum & saccus per quæ colantur vina niuésque, atque præterea vrceoli, quibus vinum & aqua discumbentibus ministratur. Non quod Accursius & Philippus putabant esse vasa potoria. Esset nanque sensus legis ridiculus, si dixeris appellatione vasorum potoriorum vasa potoria contineri.

## TRACTATVS DE MODO STVDENDI IN vtroque iure per decem documenta, cum nominibus omnium scribentium in iure tam canonistarum quàm legistarum vsque ad hæc tempora, editus per famosissimum vtriusque iuris doctorem dominum Ioannem Baptistam de Gazalupis de sancto Seuerino, tunc cathedram iuris ciuilis ordinariè de mane in alma vniuersitate Senensi regentem: nunc verò aduocatum consistorialem rotæ & palatij apostolici.

CVm expurgaueritis vetus fermentum, & iam sitis noua consperso, (vt opinor) in azimis synceritatis & veritatis in quo statu vos conseruet clementissimus Deus, visus est mihi sitienti vtilitatem vestram: tempus esse conuentus quo studiosis anxiè diligentibus religionem iuris ciuilis, rectũ callem ostendam, quo gressus eorum dirigam, & viam aperiam per quam ambulent, non in tenebris, sed in luce, ad illam legalem sapientiam capescendam. Dicam igitur quæ sentio, & pro vtilitate vestra fideliter loquar, quasi mihi ipsi consilium dans.

Documentum primum principale.

Quicunque cupit iuris operam dare, sit circunspectus in infrascriptis. In primis bene & diligenter præparet animam suam confitendo peccata sua intelligere, & satisfaciendo pro commissis, vt sit spiri



spiritussancti gratia omnem huius virtutem & omnem scientiam inueniat receptaculum mundum & tribuat plenam perfectámque scientiam, nam quicquid alibi quæritur, hîc perfectius inuenitur. xxij. dist. c. legimus. §. hinc etiam. in fin. Istud est potissimum & primum consilium quod dedit venientibus ad studium venerabilis doctor Gul. de mon. lau. in cle. j. de magistris: subdens quòd scholastici quâd ad quamuis scientiam approbatam transeunt & diu noctúque torquentur, in vanum laborant, nisi Dei gratiam habeant secum coadiutricem: quia vt dicitur Sap. 1. In maleuolam animam nõ introibit sapiẽtia. Idẽ consilium dedit recolendæ memoriæ doct. dominus Simõ de burſiano Cardin. Mediolanensis in procem. Clementin. dicens quòd scholaris non confidat in ingenij perspicacia & capacitate, studij assiduitate, & memoriæ tenacitate, sed in eo spem ponat qui scientiarum dominus est: in quo stãt omnes thesauri sapientiæ absconditi. Nam scriptum est: Qui cõfidunt in domino intelligẽt veritatem: superbis autem deus resistit. Idem consilium suũ opere laudauit in d. cle. j. de magistris dominus Francis. de zabar. de Padua, olim Card. Flore. Et insignis doct. do. Gof. ga. in d. cle. j. & Mart. de fano. in epistola quam fecit de modo studẽdi, in quinto requisito. Caueat etiam omni conatu à singulis peccatis: quia delinquens in vno factus est omnium reus, vt in d. c. defleat. extrà, de re. iur. & per vnum peccatum tota gratia euacuatur. xxxij. q. j. cum renuntiatur. totũ enim hominem non dimidium saluat Deus. versus Larga dei pietas totum non dimidiabit. aut nihil totum te lachrymante dabit. Dicit etiam Gul. quod specialiter caueat idem studens à venere: vitio consueuerunt facilè studiosi inquinari, cum per tale vitium ratio & intellectus tanquam superiores partes mentis confundantur, sensualitate (quæ est inferior pars) attrahente & prædñante. xxxvij. dist. c. turbat. in c. de sacra vnct. ver. in pectore. Simile in caule cuius spica per qua emittitur semẽ, si permittat luxuriari: citò crescit, sic est in scholari si pinolũ. i. ingeniũ pmittatur defluere virtus superne rõnis & intellectus impediuntur, & corporis paratur infirmitas. Idem dicũt præfati doct. in cle. vbi subdit Car. Flo. q̃ sæpè habuit auditorẽ q̃ notorie obiit ex hoc. & ego cognoui plures qui dicto vitio dediti, malè vitã finierũt, vno cõtextu perdiderũt oẽm virtutẽ: omniũ honorẽ: & omniũ substantiã: & inter cætera vidi quendã scholarẽ diuitẽ & ingeniosum, q̃ fuerat rector cuiusdã studij, captũ mulieris amore (quæ est rete diaboli vt ingt Hiero.) tandẽ pp

*Anima purganda & conscientia.*

*Sap. 3*

*A venere abstinendo scholaribus.*

& tandé carceratum pro mulieris contractu ꝓ nutienda illa diabolica fœmina: iſte idé præ rubore & verecundia ne cognoſcerẽ eũ, prono in terra vultu petiit à me eleemoſynam. ad hoc vide xxxvij. diſt. c. legimus. ver. hinc etiam. & Hier. in epiſt. ad Damaſ. Caueat ab alea, quæ fomes eſt & incendiũ malorum, vt plenè dixi anno ſuperiori opuſculo cõtra luſores, velis omnino videre, quia ipſius lecturã eũ adiutorio dei reformabit te ſi reformatiõe indiges. Caueat à crapula & ebrietate, nã cùm vicina ſint venter & genitalia, ex vicinitate autẽ mẽbrorum reſultat quædã cõfœderatio malorum l. vitiorum. ſecundum Hier. & Grego. in moral. dicit ꝙ dominante gulæ vitio, omne qđ homines ſorte egerint perdũt, & dum venter nõ reſtringit ſimul cũctæ virtutes obruũtur. Hinc eſt ꝙ pinguis venter tenuẽ ſenſum nõ gignit. Ideò ſuadeo vt mutuas comeſſationes fugiatis: nã eſcarum vſus eſt inſatiabilis, & origo vitiorum, & eſt qđ pituitoſum & ſanitati inimicũ: & (quod peius eſt) inutilis cõſumptio temporis, quo nihil carius ſecundũ Theophra. Audi Aug. in lib. ij. de ordine cõtra academic. c. viij. Adoleſcẽtulis ſtudioſis ſapiẽtiæ ita vtendum eſt, vt à venereis rebus, ab illecebris, ventris & gutturis, ab immodeſto corporis cultu & ornatu, ab inanibus negotiis ludorum à torpore ſomni atq; pigritiæ: ab ęmulatiõe, obtrectatiõe, inuidentia, ab honorũ poteſtatúmque ambitionib. ab ipſius etiã laudis immodica cupiditate ſe abſtineat. Amorẽ autẽ pecuniæ totius ſuæ ſpei certiſſimũ venenũ eſſe eredat. Nihil etiã temerè faciant, nihil audacter. Inimicitias vitẽt cautiſſimè, ferãt æquiſſimè, finiãt citiſſimè. In omni verbo, contractu, cõuerſatione quæ hominibus fiunt, ſatis eſt ſeruare hocvnũ vulgare prouerbium. Nemini faciant quod pati nolint adminiſtrare, niſi præfecti. Perficiãt vel intrà ſenatoriã ętatẽ feſtinent: vel certè intrà iuuentutem. Sed quiſquis ſero ad iſta ſe conuertitur, ſi arbitretur ſibi nihil eſſe præceptũ: nã iſta vtique facilius decocta ętate ſeruauit. In omni autẽ vita, loco, tẽpore, amicos aut habeãt, aut habere inſtẽt. Obſequãtur dignis etiã hoc nõ expectantib. Superbos minus curẽt minimè ſint. Aptè cõgruenterque viuãt: Deũ colant, cogitẽt, quærãt ſpe, fide, charitate ſubnixi. Optẽt tranquilitatem atq; certũ curſum ſtudiis ſuis oĩmque ſociorũ, & ſibi q̃ſq; poſcat mentẽ bonã pacatámque virã. Hæc Aug. Optimũ & ſalutare eſt remediũ ad prædicta conſequenda frequẽs oratio ad deum, de qua oratione pleniſſimè loquitur gl. in cl. dominum. de reliq. & vene. ſanc. ſuper ver. orationem. & ſpecialiter hortatur

*Qualiter iuuenib⁹ viuendũ.*

*Quid orãdum.*



tatur quòd quilibet ſtudioſus velit ſingulis diebus dicere officiũ bt̃e Mariæ glorioſæ virginis, quę eſt inuentrix gratię, genitrix vitæ, & mater ſalutis, in qua q ſpẽponit nũquã vacuus abibit. Certũ licet omnis quicũq; adultæ ætatis teneãt credere articulos fidei, vt haberur in ſymbolo. Credo in Deũ, & Athanaſij Quicũque vult ſaluus eſſe. qui xxxviij. diſt. c. j. & ij. & licet laico ſimplici & forte oĩbus etiã literatis ſufficiãt articulos fidei crẽdere implicitẽ. i. credere verũ eſſe quicquid credit eccleſia catholica, vt dicit In. j. c. j. de ſum. tri. & ſequitur magiſter Ber. cõpoſt. ibi, illũ tñ qui ingenioſus eſt hortatur idẽ cõpoſt. vt velit illos arti. fidei ſcire magis diſtinctẽ, & quãuis hoc ex dono ſcientiæ & ingenij ſibi à Deo dato quaſi debito rõnis & ingratitudinis vitãdæ cauſa ſcire debeat, putant tñ ibi quòd d. lãci etiam ingenioſi & literati non peccant mortaliter ſi d. arti. fidei neſciant explicitẽ, vel non ſunt ſolliciti de his ſciẽdis, quia eorum profeſſio de hoc non eſt, quæ verba nota diligenter.

*Quomodo credendum.*

Secundum documentum principale.

Conuenit adoleſcẽti ſtudioſo quiſicut dictum eſt viuere inſtituerit, quærere doctorem ſibi & magiſtrũ cuius auctoritas aperiat ſibi ianuam ſciendi neceſſaria magna & occulta, quam ianuam quiſq; ingreſſus ſine vlla dubitatione vitæ optimè præcepta ſectatur, qui cum docilis factus fuerit: tunc demum diſcet, & quanta ratione prædita, ſint ea ipſa quæ ſecutus eſt ante rationem: & quid ſit ipſa ratio quam poſt autoritatis cunabula firmius & idoneius iam ſequitur atque cõprehendit. hæc Aug. vbi ſuprà. Plin. ſecundus lib. 2. Epiſtol. epiſto. xviij. inter cætera cuidã Mario, qui eum conſuluerat de præceptore eligendo ꝓ fratre, dicit hæc verba: Cùm omnes qui profitentur audiero, quid de quoquã ſentiã: ſcribam. Nec ignoro ſuſcipiẽdas offenſas in eligendo præceptore: ſed oportet menõ modò offenſas: verum etiam ſimultates pro fratris tui liberis tam æquo animo ſubire, quã parentes pro ſuis. illuſt. doct. Mar. de fano in d. epiſt. quã fecit de modo ſtudendi: dicit primò quærendũ eſſe de doct. ſi qualia doceri oportet, doceat: ſi libẽter ad interrogata reſpondeat, ſi reſpondendo dubitationes de pectore quærẽtis euellat: ſi patitur rationabiliter cõtradici, ſi cauſam rationabilem ſuis dictis adiungit, ſi videtur quod aſſerit, de fonte vel ſcripturæ vel æquitatis vbi iuſtitia deficit prouenire. Item quærendum an ſit ſufficiens, an vim habeat impreſſiuam, vt exemplis intelligibilius oſtendit, nec ſit in ſua lectione pompoſus, ſed potius vtilis & fidelis, & plus veritatis

*Doctor eligendus.*

*Qualis eſſe debet doctor.*

quàm truffis & ornamento verborum inhærens dicebat recolẽdæ memoriæ doc.& præce.meus dom.Io. Petrucij de Perusio:q̃ aliqua quæ adulta in ætate ab imperito & inepto præceptore erronce sibi tradita didicerat:vix sexagenarius factus dediscere potuerit,vñ suadebat in electione præceptoris esse p̃ prię vtilitati nõ alieno honori cõsulendum.Hinc Hie.in epist. ad athletã.de instit.paule mõ:& q̃ si discamus in teneris annis quæ didiscẽda forent,quia difficulter eradicatur q̃d rudes anima didicerũt.& subdit:Græca narrat historia Alexandrum potẽtissimũ regẽ orbisq; dominatorẽ & in moribus & incessu Leonidæ pædagogi sui non potuisse carere vitiis quib⁹ adhuc paruulus fuerat infectus.Hinc sumat exẽplũ quisq; vt illum æmulẽtur & cũ illo cõuersẽt cuius mores sunt probati,aliàs informabitur cohærẽtia.Tu intelligis q̃d dicere velim,quorsum tendãt hæc dicta mea:Qui habet aures audiẽdi audiat. Adde q̃ Macedonũ sapientissimũ rex Philip.Alex.filiũ Aristoteli in disciplinam tradidit,extátque illius epistola apud Aul.Gel.lib. 9.noct.attic.his verbis ponit:Diis pol habeo gẽam nõ tam proinde q̃ natus est mihi filius,quàm pro eo quod eũ nasci contigit tẽporibus vitæ tuę:spero em̃ fore vt eductus eruditus abste dignus existat & nobis,& rerũ istarum successione.Hæc refert Leonard.Are.in quadã epist.Itẽ Plutar.de lib.educ. sic ait: Maximum oĩm lógéque primarium dicturus accedo,Inquirẽdi sunt præceptores filiis,quorũ vita nullis obnoxia criminibus irreprehẽsi mores:& optimũ sit experimentũ. Honestatis em̃ forũ simul ac radicẽ esse quod legitimã consequi disciplinam.Paulò post subdit:Illud certẽ stultitiæ extremæ.Sunt q̃dã qui dicet pręceptoris scięti am cognouerint, idq; presenserint, illis tñ suos cõmendant pueros,nõnulli placidis ipsorum victi blãditiis,sunt etiã qui rogãtiũ amicorũ gratiæ tribuant,qui in re simile quippiã factitant,vt si quis ægroto laborans corpore doctum ac salutiferum omittens medicum,vt amici gratiam ineat imperitum hominem deligat,à quo fortassis in pernicié detur.de hoc satis apud Plutarchum.

*Præcepta erronea.*

*Mores magistri*

Tertium documentum principale.

Conuenit adolescenti studioso postquã idoneum præceptorem elegerit,illũ honorare,obseruare,colere,amare: vt genitorẽ & conari habere vt beneuolum. Ipsum interroget,vt ab eo instituatur,non autem vt calumnietur,& per aliquam cauillationem aut fallaciam intercipiat eum.hæc Mart.de san.ibi. & card.Med.in d.proœ.cle. Non supererat ille discipulus cui aliq

*Honor præceptoribus impendẽdus*



aliquando contingerit aliquid scire docto.ignorũ.nam in hoc latissimo prato iuris ciuilis bos herbam,cánis lepotem,ciconiáque lacertam inuenire potest:vt in simili dicit Sen.in epist. c.viij. Præterea omnia intelligere,& omnium habere memoriam diuinitatis est potius q̃ humanitatis, vt l.ij.§.si quod autem.C.de vet.iu.enuc.Capiat vnusquisque exemplum ab Aug. dicẽte, Ego episcopus tot annorũ ab aniculo paratus sum doceri.xxiiij.q.iij.si habes.Conetur præceptoris opiniones defendere quantum potest exemplo Cassij Iurisconsulti videtur habẽ in l.qualẽ.vers.Cassius.ff.de arb.cum si.Quando si non potest ex errore manifesto,veritatẽ præponet & honorabit eam,nam ambobus existentibus amicis,sanctius est honorare veritatẽ, vt inquit Philos.1.Ethic. Quintum docum.principale.

Conuenit vt omnem curam studium & diligentiam adhibeat,Deum & facultatẽ cui indulget,corde gerens,vt inquit idem Mar.de fa.in d.c.epist.Circa quæ quicunque voluerit ad sapientiam videre,legat Plin.lib.1.epist.3.5.6.14.16.18.20.21. Itẽ in lib.2.epist.1.& 3.sed super omnia legat & memoriæ commendet epist.5.d.li.3. ad Marium,quæ incipit,porgitatũ,in qua describit vitam & mores Pli.maioris auunculi sui,quæ litteris aureis essent scribẽda, nõ omisso apice.Incitaret em̃ animum cuiuscunque ad diligentiam:& moueret pectora durissima & saxea,quinimo ex ipsius lectione plerique qui se credunt diligentissimos,cognoscerent manifestè se esse negligẽtes.Imitetur exemplũ Pomponij Iurisconsul.dicẽtis hæc verba:Nã & ego discendi cupiditate(quã solã viuendi rationẽ optimã in.viij.& lxx.ætatis duxi)memor sum eius sententiæ quã dixisse fertur Iulianus:Nã & si alterũ pedẽ in sepulchro haberẽ adhuc tamẽ discere quidẽ vellẽ,vt habetur in l.apud Iulianũ.ff.de fideiu.lib. & subdit Mar.de fa.in d.epist.Nec tantũ studeatis,q̃ tristitia aut pectoris dolor vos affliget anxietatibus,recipite requiẽ,& animum ad gaudia reuocate.Hoc fuerit superfluũ monere tẽporibus nostris.Nã libri scholariũ regulariter sunt pleni puluere quotidie circũeunt plateas vt cũ sine an non,imo luxuriosè induti,vide & si videant. Pessis efficacissima studiosis luxurię vestigiũ.propter quã tẽpus otiosè perditur,& rotæ conuersæ sunt in scabella.Sic intelligis,quid velim monere per hæc verba. Hic Io.And.reprehẽdit scholares vestibus doctoreis ritentes, vt est gl.j.c.ad apostolicã.de priui.lib.vj. Hæc non sunt intelligenda de nobili,& potentibus.Vndẽ car.Medi. in d.proœ. clem.dicit paupertatem esse vnam ex clauibus per quas intra-

*Semper studendũ*

*Quid sapere studens debeat.*

*Paupertas & humilitas.*

mus ianuam sapientiæ: nam paupertas, luxuriam compescit & Sen. dicit, si vis addiscere sis pauper aut similis pauperi: Socratis Thebani recipiens exemplum. xij. q. ij. gloria. versic. eratis. Hoc intellige cum temperamento, dummodo necessaria adsint, vt inquit Philos. x. Ethic. Quintum docum. princip.

*An expediat habere multos libros.*

Non curet scholaris in vsu multos libros habere, nã lectio multorum autorum omnis generis voluminum habet aliquid vagum & instabile. Certis ingeniis immorari oportet si velis aliquid trahere quod animo fideliter sedeat. Nusquam est qui vbique est. In peregrinatione existentibus hoc euenit vt multa habeant hospitia, nullas amicitias. Idem accidit his qui nullius ingenio se familiariter applicant, sed omnia cursim & properanter transmittunt. Nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. Nec prodest cibus sumptus qui statim eiicitur. Non conualescit planta quæ sæpe trãsfertur, distrahit librorum multitudo. Itaque cũ legere nõ possis quãtũ habueris, satis est habere quãtum legas. Sed modo hunc librũ euoluere, modo illum, raro est fructuosum. Fastidientis stomachi est multa degustare, quæ vbi varia sunt & diuersa, inquinãt non alunt. Non refert quàm multos, sed quàm bonos libros habeas. Lectio certa prodest: varia delectat, &c. hæc Se. in epistol. ij. maiori parte. vnde dominus Car. Flo. in d. cle. j. de magistris, dicit q̃ expedit scholari paucis libris vacare, vt possit cõmendare memoriæ quæ fuerint opportuna: vt puta scholari in iure studenti conuenit memoriæ commendare textus & gloss. sine quibus frustra laborat ad subtilitates quas non posset iure probare. Doctor autem indiget multis libris, & si fieri posset, omnium qui scripserunt, vt ex multis possit eligere veriora. Tu si volueris plenius videre an expediat habere multos libros, vide eundem Senec. in lib. de benefic. c. ij. & in lib. de vita & morib. philoso. in iij. par. & Hier. in epist. xl. & Oldr. consil. lxxxvj. Quòd si omnino volueris illos habere, & cum profectus fuerit illis, vti, notum tibi facio quòd primus qui cœpit glossare text. & leges, fuit Guamerius seu Irnerius, dum studuisset legibus ex seipso legit Bono. vnde tunc fuit maximi nominis & merito appellatus lucerna iuris, tanquam primus illuminador nostræ scientiæ, ita di. Odofr. in l. ius. ciuile. ff. de iustit. & iur. Post eum secuti sunt Bulg. Mar. & Placen. Io. Azo Accurs. quorum gloss. qua auctoritate factæ fuerint, non memini legisse, sed circum sepita licentia principis, an impunè licuerit gloss. vide in l. ij. §. hoc autem. C. de ver. iure. enucl. Notabil. tamen circa prædicta aliqua demulcentia aures, auditorum. Tri-

*Doctor multos libros habeant.*

*Guarnerius lucerna iuris.*

*Bulgarus.*

*Mar.*

*Ioan.*

*Azo*



mò no. quòd j. summ. quæ fuit in iure nostro fuit composita à Rug. & dicit Odofred. in rub. ff. ad leg. Iul. repet. Huius discip. *Ruggerij* fuit Rofr. Beneuen. vt colligitur ex dic. Io. Andr. in addit. Spe. *Sum. Rain tit. de frue. & interes. & in tit. de confes.* Sciendum est quòd *fredus.* dominus Placen. præclarus & famosus iurisp. apud Montem Pessul. super C. & instit. sum. laudabiles cõposuit, vt dicit Azo in proœ. suæ Sum. super C. & incipit d. Sum. Placen. cùm essem *Placenti-* Mantuæ: & ista Sunt. Placent. erat tunc melior aliqua alia quæ *ni Sum.* publicata esset vsque ad illa tempora, vt dicit Odofred. in l. j. *Ioan. Ba-* ff. de pac. post hæc Ioan. Basia. Cremonen. fecit vnam Sum. bre- *sianus spe* uissimam super Pan. de quo Odo. in l. j. in princ. ff. de eden. di- *cultum mũ* cit quòd erat ventosa, & q̃ illã fecit vt Placen. reprehenderet. di. & quòd aliquid boni non est illa Sum. Idem Io. fecit quandam lect. super C. Iste Io. fuit præceptor Azo. vt in sum. Azo. super C. in tit. pro soc. de quo in gl. fit sæpe mentio. floruit an. Domi. M. cc. Iste fuit iuris lucerna, & speculum mundi, vt inquit Ang. de Perus. in repe. l. falsus. C. de fur. Eodem tempore fuit Bulgã- *Bulgarus.* rus, vt habetur in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscr. Superuenit Azo qui primò fecit minorem apparatum super C. & ff. *Azo* deinde fecit Sum. quam habemus, & dicitur Azonis, & est, licet quidã dixerint olim illã Sum. quæ attribuitur Azo. fuisse Io. Basiani Cremo. sed malè dixerunt: nam Io. tantũ fecit Sum. super Pand. vt dixi, hoc dicit Odof. in l. legẽ. C. de pac. illius Sum. Azo. Odof. fecit addit. quas in aliquib. sum. incorporatas vidi, post hãc sum. idẽ Azo fecit tria magnos apparatus super ff. vet. optimus fuit, vt dicit Odos. in l. Julian⁹. ff. de cõd. ind. Hunc Azo. Bal. in l. cõtractus. C. de fi. inst. & l. cum alter, C. de fideius. dixit fuisse fontẽ legũ, & vas electionis. Lotharius fuit cõtẽporanẽus *Lotharius* Azo. vt per Bar. in l. sancimus. C. de iudic. Rofre. Beneuen. qui *Rofredus* fecit vtilissimum opus librorũ in iure ciuili & cano. fuit discipulus *Azo.* Roggerii in initio vt prædixi, postea discipulus Azo. vt ipsemet *sius.* attestatur in d. opusc. libell. Succurrit deinde tenebris iuris eiusdem Accursius Florentinus qui glossauit ff. C. Instit. librum authẽticum. Accursius fuit discipulus Azo. vt ipsemet notauit in auth. vt præpositi. nomen Imp. §. si quæ verò, super ver. indictionis, & consequenter à glossat. Accurs. vsque ad præsentẽ annũ currerunt. anni 26. vel circa. Iste Accurs. fuit discipulus Azo. vt ipsemet notauit in *Iacobus* l. fi. super. ver. possum. ff. de condit. can. da. Iacob. Balduini fuit *Balduinus* præceptor Odofred. floruit anno domini M. clxx. de isto sæpe

*Innoc. quartus* Odo in lec. suis facit mentionem Iun. iij. qui fuit Ianuensis de domo de fisco & de comitibus Lanoniæ, fecit apparatū solenne super decretal. fuit magnus legista, floruit an. dñi M.ccliiij. vt per Ioan. And. in addi. Spec. in tit. ne sede vac. dominus Ber.

*Compostellanus Ianus.* Compostellanus scripsit super j. decreta. vsque ad tit. de transl. præl. fuit capellanus Iun. prædc. & edidit illud de mandato Iun.

*Odofr.* Odof. fecit lecturas super C. & ff. floruit ann. domini. M.ccl. colligitur ex dictis eius in l. imperium. ff. de iur. om. Viuebat etiam tempore Ioan. Andr. vt colligitur in addi. Spe. in titu. de

*Host.* Io. Hosti. a dominus Henr. Car. Host. qui fuit de Segusta, secundum Ioan. Andr. in add. Speculat. in tit. de resc. præsenti actione. fuit præceptor Spec. vt dicit Io. And. in add. Spec. in titu. de

*Specul.* off. iud. fecit summam mirabilem, & edidit lect. super decre.

*Iaco. de Belui.* Spec. Guli. durandi fuit prouincialis, vt colligitur in Spe. in tit. de scu. Tempore quo condidit librum speculi, currebant ann.

*Barthol. Brix.* domini M.cc.lxxj. patet in Spec. de instr. edit. §. j. vers. Item hodie. Ia. de Belui, legit supra dictum librum authent. & fecit optimam lecturam super illo lib. & multas disputationes. & Bart. de Brix. qui fecit addi. ad gl. decreti, fecit etiam quæstiones dominicales & venereales, floruit tempore Gregor. ix.

*Garsias.* Garsias Hispanus floruit anno domini M.cc.lxxiij. Guido de Basio. Archi. Bono.

*Dyn.* floruit eodem tempore, commentauit solenniter decretum & sextū decretaliū. Dy. mugalenus claruit an. domini M.ccc.lxvij. tempore Bonifacij viij. ccj. Pont. & Adolfi impe. scripsit subtilissimè super ff. & super tit. instit. de actio. fecit etiam mirabile commentum super tit. de rē. iudi. in vj. huic disputando determinari aliquam quæstionem adesse videbantur tota synodus legali philosophiæ, vt dicit Cyn. in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Reperiuntur etiam consilia eius elegantissima. Ia. de Rau. prouinciæ Lotoringiæ, legum professor in theologia magister, ac Verdunensis ciuitatis in d. prouincia, episcopus, scripsit super ff. & C. & multa simpliciter tradita à maioribus, reduxit ad dialecticū arguendi modum, vt per Cyn. in l.

*Iaco. de Rauen.* quicunq;. C. de ser. fu. q. vj. Pet. de Bel. per. Burgūd. doc. illustris

*Petr. de bella per tica.* scripsit super ff. & C. & iusti. Edidit etiā infinitas disputationes vt quidam nume. centū. Floruit an. dñi. M.ccc. colligit ex dictis Cy. & Bar. in l. vnica. C. de sen. q. pro eo quod int. & fuit cōtemporaneus Dy. Ia. de Are. Parmensis, cuius opiniones vt plurimū

*Iaco. de Aren.* sunt de mēte iuris, vt dicit Bar. in sua disputa. q. incipiēs statuto Lucanæ ciuitatis, scripsit breuiter, sed vtiliter super. C. & ff. fecit

*Mar. de Silima.* multas disputa. Mar. de Silimano fuit cōtēporaneus Dy. iste fuit,





præceptor. Io. in l. vt refert Io. An. ī add. Spe. in ti. de arbi. Bart. de Neap. fuit cōtēporaneus Dy. secūm Io. An. ī add. Spe. in ti. de iur. ca. & in ti. de do. Fran. Accur. fuit etiā cōtemporaneus Dy.

*Bart. de Neapo.* *Francef.* fm. doc. in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo q̄ inter. & Cy. in l. fin. C. de suspec. & Bar. in l. j. §. suspecti. ff. ad Tur. Alber. Odof. fuit

*Ac ar.* *Albert.* *Odofr.* contēporaneus Dy. vidi consi. subscriptū ab vtroq;, de quo patebat publ. instr. in Archi. Sen. Ric. de potro. de Senis Car. vnus

*Ric. de* ex cōpilatoribus vj. decret. fuit de sequacibus Franc. Accur. vt refert Cynus in l. tutori. C. de nego. gest. obiit anno Domini. Mcccxiiij. vt vidi patere publi. instr. Guil. de tyn. do. vltra mon

*Guil. de Tyn.* tanus qui legit longo tēpore in studio Aurelianū. fecit breuem apparatū sup. C. & ff. ve. fuit doctor illustris, Ric. Ma. Cremon.

*Ric.* qui legebat Paduę tēpore Roberti fm Cy. in l. si vina matre. C. Mal. de bo. mat. fuit valētis doc. Italiæ suo tempore, vt dicit Bald. in

*Mal.* l. q cunque. C. de epi. & cle. iste Ric. fuit condēnatus de hæresi, vt in d. l. quōcūque. per Ia. Bu. & Bal. multa scripsit quorū copia

*Lanfer tinus de Rap.* rara. Floruit an. Dñi. M.ccc. Dñs Lāpertinus de Rāponibus, doctor profundissimæ & fundatissimæ scīæ scripsit super ff. & C. suorū scriptorū rara est copia. hūc doctōrē extollit vsque ad ydera Io. An. in c. si pater. de testam. in vj. Nouel. & in add. Spec.

*Bart de Bu.* in ti. de rest. do. Bar. de Bu. extollit à Io. An. in add. Spe. in tit. de

*Ioan. And.* aecu. in iij. par. Io. An. fons & tuba Iuris canonici fecit nouellas super decretalibus, glossauit & sextū & cle. fecit nouellā super sexto, & mercuriales opus dignissimū, & vltimo loco fecit mirabile opus add. Spec. an. Dñi. M.ccc.lxviij. vt colligitur ex his quæ ipse ponit in add. prædicta in tit. sed. vac. & in tit. de fil. presb. Mortuus est an. Domini. M.ccc.lxvij. tēpore magnæ pestis, vt scribit Io. Cal. eius filius ad op. in cap. vestra. de coha. cle. & mul. De qualitate patris. Io. An. & aliis ad notitiā sui pertinentibus vide in d. add. & in tit. de fil. presb. & in tit. de æta. & qua. & in tit. de succes. ab inte. hūc virum tibi propono patre ludi magistro tenuisque fortunę homine natum, qui ista molestissima vtriusque iuris studia & pertulit & didicit pelle vrsina tectus, citra lecti delicias, neque postea vxoris factus solitu diligentiam intermisit huic ad vrbem venienti (vt refert Nic. Euerar. in locis suis regalibus, loco ab auctoritate) dixit pontifex Benedictus. Benedictus. quo lux mundi cognominatus est. Plura alia his similia de iuris doctoribus referuntur in d. l. loco, ab auctoritate. Cyn. Sanctibal. de Pistorio florebat anno Domini. M.ccc.xij. quo anno iu die Sanct. Barnabæ apostoli finiuit lecturam super C. quam inchoauerat anno præcedenti. ista lectura perfecit in-

genium Bar. vt inquit Bal. in c. vnic. §. si vasallus. in tit. si de feu. fuit. contro. inter dñm & vasal. Scripsit plane super j. par. ff. vet. vsque ad tit. si ex noxa. cau. addatur inclusiuè, & super titul. de reb. cre. in ij. par. super reliquis paruã additionem scripsit, fuit iste Cy. amicus Io. An. vt attestatur Io. An. in add. Spe. in titu. de loca. Fuit discipulus Dy. quẽ præceptorẽ suũ reuerendissimum fuisse profitetur in mile locis. Old. de laude fuit contemporaneus Ioan. Andr. & Cyn. & fuit discipulus Dyn. fuit aduocatus consistorialis. Edidit super iure ciuili plures lec. quarum rara copia reperitur: solenne opus consiliorum fecit. floruit anno. M. cccxx. Vixit imperante Lud. iiij. Vidi eius compendiosam & vtilem lect. super feudis, circumfertur hodie eius tractatus de legitimatione cũ aliis qui sunt multum vtiles. Nic. de Matere. terel. doct. Mutinensis fuit contemporaneus Ioan. An. vt colligitur in addit. ad Speculat. in tit. de confes. §. sequitur. Edidit pulchras lect. super ff. & C. illarum copia rara. Ioan. Cald. Bono. adoptiuus Ioan. And. doct. magnæ scientiæ & vitæ sanctæ, floruit tempore Ioan. An. & post commutauit decretales, & fecit pulchrum opus consiliorum. Gaspar. de Cal. floruit paulò post Ioan. Fab. doct. Vltramon. qui fuit Aquitanicus. scrip. super C & insti. Ferè per eadem tempora. Ia. de Bu. scrip. super. ff. veter. & super C. fecit duas lec. veterẽ & nouam. Item commentauit tit. Inst. de act. Edidit etiam infinitas disputationes, fuit vnus ex præceptoribus Bar. floruit ann. Domini. M. cccxx. Reine. de Forliuio alius præceptor Bartol. qui commentauit etiam ius nostrum, obiit an. Domini. M. cclxviij. vt refert Nel. lus de sancto Gemi. in par. vl. bannitorũ. q. xij. Fede. Petrucius de Senis fuit contemporaneus Io. An. Cyn. Old. Nic. de Mater. & aliorũ de quibus paulò suprà. Floruit an. Domini. M. cccxv. Edidit notabile opus consiliorum. Recuperius de sancto Miniate, & Ioan. Pagliarensis de Senis fuere contemporanei Fede. & virt singulares. Lapus de Castellione contemporaneus prædictorum, fecit inter cætera opus notabile allegationum suarũ. Bar. de Saxofer. Picenus speculũ, pater, & lucerna iuris ciuilis. natus an. Domini. M. cccix. incœpit studere iure ciuili an. Domini. M. cccxxiij. idem publicè de iure respondit anno Domini. M. cccxxx. obiit an. Domini M. cccl x. ætatis suæ an. xlvj. fuit discipulus Cyn. Inc. de Bu. & Reinerij, vt colligitur ex dictis eius in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. & in l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig. ibi comittere potes quibus parentibus natus sit Barto. & in l. j. C. de Sum. Trin. & ex rep. dom. Nic.

Old.

Nic. de Matere.

Io. Cal.

Gasp. de Cald.

Io. Fab.

Remerius de Forlimo.

Nellus de sancto ge.

Fede.

Petr. Recupe. de sancto Mi ni.

Pagl.

Lapus de castillione.

Bart. de Saxofer.

Nicc. Alex.



Nic. Alex. eius generi. in l. & si filium. ff. de nume. & ho. Edidit mirabilia commenta in iure nostro, quæ propter eorum celebritatem notoria sunt: Franc. Tiguri de Pisis floruit tempore Bart. fuit doctissimus & sanctæ vitæ. Franc. de Alberg. de Aretio solidus doc. vt plurimum imitatur Bar. floruit per eadem tempora Alb. de Rosa. Bergomensis eximius cõmentator, floruit an. Domini. M. cccl. fuit contemporaneus Barto. non vidit ipsius commentarios qui continẽt super ff. & C. multa volumina quorum copia frequens est in Lombardia. Alber. tamen vidit Bart. nam allegauit eum in suo tract. statutorum. par. ij. q. ccxix. & pluribus sequentibus. Signorellus de Homedeis de Mediolano, fuit contemporaneus Alb. vt colligitur ex dictis Alber. Martaganus de Aroguidiis de Bononia, floruit tempore iuuentutis Bar. obiit ætatis suæ. an. xxv. fecit multas dispositiones quas vidi & illarum copia rara, de illo mentionem facit Bald. in l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. Pe. & Angel. magistri Fran. de Vbal. de seru. germani fratres, vtriusque iuris excellentissimi docto. discipuli Bar. Franc. Tigrini & do. Ioan. Papiarien. in iure ciuili floruerunt longo tempore, obiit Bal. ann. Domini. M. cccl xxiij. in Aprili Papiæ iacet sepultus in ecclesia fratrum minorum, hinc aiunt scioli quidam & iuris eiusque sententiæ studiosos odio vatiniano prosequentes, inscalatum fuisse, quòd nescio quid in archetypo Pisano immutasset. Alciat. in para. denegat eos libros archetypos: insipientérque agere qui ab eorum inspectionem seria amittunt. Inter alia eadémque innumerá ingenij sui monumenta scripsit Bald. diuinum consil. de schismate in fauorem põtificis Vrbani sexti, & præiudicium Clementis xij. pseudopontificis à Gallis creati ea spe, vt Ro. curia in Gallia persisteret, & Vrbani causam defendit etiam Ioannes Ligna. Contra ædis vedacti abbas, idem à consil. Regis Franciæ monumenti literarum Vrbanum damnat. Angel. decessit Florentiæ eodem anno. Ambo isti, videlicet Bald. & Angel. illustrauerunt ius ciuile, Petr. illuminauit ius canonicum. de Bald. & eius doctoratu mentionem facit Bartol. in l. quidam in suo. ff. de con. insti. in fin. Ric. de Salicer. floruit tempore Baldi, Bartholomæus de Salicet. floruit eo. tempore & ambo commentauerunt ius ciuile. Pet. Anch. Bonon. fuit discipulus Baldi, floruit tempore Salic. scripsit plenè super decre. sexto & clo. Edidit pulcherrima cõmenta super reg. iur. in sexto & Clemẽtinis & pulchrũ opus eõsiliorũ. Scripsit etiã super ff. veteri & nouo, hũc Ponraneus in suis consi

Nic. Alex.

Fran. Tigu.

Fran. de Alber.

Alber. de Rosa.

Signor. de hom. Mar tag. Bald.

Pet. Arg. de Vbal.

Ric. de Sali. Bar.

Petr. de Anch.

Anto. But. cōsiliis extollit vsq; ad sydera. Ant. de But. & de Bononia vir ex-
cellens & sanctæ vitæ cōmētauit Decre. & Clem. & fuit cōte-
porānens Pet. de Anch. doc. omni veneratione dignus. Edide-
runt etiā opus cōsiliorū, & duo pulchra repertoria, vnū de iure
Franci de Zabarel. canonico, & aliud in iure ciuili. Franc. de Zab. de Padua. Card.
Floren. floruit an. Do. M. cccc. cōmentauit dec. & cle. soleniter,
Chri. de Castel. Christ. de Castel. de Mediol. floruit e. tpe, multa tētauit contra
eōem doctrinā quæ licet ingenia excitauerit, cōfusionē tñ se-
Raph. Fulg. cerūt scholaribus hebetis ingenij. Rap. Fulg. de placētia. Rap.
Cu. (vel melius diceret cōmēsis) cōtēporanei & subtiles doc.
Raph. Cum. in iure ciuili claruerunt Paduæ M. cccc xx. imitati sunt mores
do. Christ. eorū præceptoris. Pet. Mauroc. Card. Venetiis floruit
Petr. Mxu. an. Do. M. cccc xxiij. scripsit super sexto decr. solenniter. Io. de
Imo. Imo. claruit e. tpe cōmētauit primū, secūdū & tertiū decre. itē
Io. de Imo. sextū & clemen. præterea in for. & obiit an. Do. M. cccc xxxv. f.
xvij. Feb. Pau. de Ca. clarus & vtilis doct. scripsit sup ff. & C. edi
Paul. de Castro. dit et pulchrū opus cōsiliorū, obiit paulò post. Io. de Imo, cui
fuerat cōtēporaneus. Legit Florētiæ, Senis & Paduę. Dñic. de S.
Ge. floruit per eadē tpa. cōmētauit egregiè sexti, decre. Lud.
Dominicus de sancto gemmi. Pōtn. origine, sed incolatu Ro. doc. memoriæ singularis & qua
si stupēdus, scripsit super aliquibus partibus florū. & C. copio-
sissime. Edidit cōsi. solēnia & repet. aliquas fecit iter quos obti
net principatum repetitio aut. h. similiter, C. ad l. Falc. & ibi oīa
Lud. Penta. spālia piæ causæ collegit. floruit an. Dñi. M. cccc xxx. fuit discī-
pulus do. Io. Petrucij de quo infrā tāta fuit huius Pōtani auc-
Nic. Abb. rimas olim eximiā doctrinā in cōci. Basil. & Eugenij nō dānatus,
rit, dānatū rursus patribus recōciliauerit. Nic. quondā Mona-
Pan. chus abbas, postea archiepiscopus Pan. origine de Cathania
Pet de Math. insula Siciliæ iuxta mōtē Ethnā floruit eodē tepore cum Lud.
Pōtano ambo clarissimi facti sunt in almo studio Sen. & in cō
Iaco. Alua. ci. Bas. cōmētauit iste do. Abb. mod. decre. solennibus claris &
ordinatis, incœpit cōmētare decretū. Edidit multas disputatio
Io. de Ana. nes, repetitiones, & cōsilia. Eius fama (vt opinor) quotidie cres
cit, Pet. de Matheſi. de Bon. floruit eo. tempore. Ia. Alua. de Pa-
Tho. doct. dua floruit per eadem tempora, commentauit egregium li-
brum feud. Io. de Ana. tandem Arch. Bon. floruit Bon. longo tē
Io Petrucij de Peru. Ang. de Perig. de Peru. pore, cōmentauit decre. Obiit an. D. M. cccc lv. vel circa. Tho.
doctius Senen. doc. verus & clarus iuris interpres obiit an. D.
M. cccc lv. Io. Petrucij de Peru. & Ang. de Perig. de Petru præce-
And. de Ysernia. ptores mei primus de mane, alius de foro, florebant an. D. M.
cccc lxj. quo anno incœpi studere in iure ciuili. obiit d. An. an.

M.



M. cccc lx. A. d. verò Io. obiit an. M. cccc lxij. quorum animæ re-
quiescānt in pace, fuerunt illustres doc. vt notum est. Multi a
lij fuerunt viri solennes in iure ciuili, vt And. de Yser. com-
mentator feudorum & constitutionum regni. Albe. Galeotij
Parmen. qui fecit opusculum quod dicitur margarita. An. de
Pisis qui scripsit super ff. Arg. do. Reine. de Forli. Bñd. de Plōb.
qui commentauit aliquos tit. in j. parte. ff. noui incip. à titū. de
manu. ff. fecit etiam solēnes rep. & dif. Bartolucius de Pressby.
de Bon. Barth. de Cap. comites de Peru. Franc. de Rāp. de bon.
Fed. de Sca. de Bon. Flor. de S. Pet. de Bon. Gand. i. Alber. de
Gand. de Crem. Guid. de Suza. Vgoli. de Fontana Parmensis.
Homo bonus Cremo. Onosi. Barto. de Peru. Ia. de Archizo de
Vero. commentato. seu. Inc. de Ysolanis olim cardinalis Lanf.
de Luca. Mart. de Carami. de regno. gl. constitutionum regni.
Marsil. de Mantigelis de Bon. illustris doc. cuius multæ dispu-
tationes inueniuntur. Mar. de Matthe. de Bon. cuius reperiun-
tur notabilia dicta quædam & clara opuscula. Nic. Cremo.
Nic. Furiosi qui glossauit librum feudorum. Nic. de Neap. ma
ximus rextualis. Nellus de S. Gemi. qui edidit illustre opus
bannitorum. Hospertus de Cremo. qui fuit primus doc. qui in
cœpit legere Perusij. Pet. de Cer. qui scripsit super li. feud. Pet.
de Boacte. de Bon. Pet. Boemus. Tanc. de Corne. cuius reperi-
tur opusculum quod dicitur compendiosa. Vber. de Bonacur.
se. Vber. de Bobio, & alij plures. Item in iure cano. prænotatus
Abbas antiquus. Bern. glo. Permensis. Bonagnit Areti. Bert. His
panus qui scripsit super cle. Basianus Berengarius olim cardi-
nalis qui inter cætera fecit pulchrum repertorium super Spe-
culo. Æ. gid. Bon. Franc. Vercellensis. Gos. Beneuentanus cu-
ius reperitur vtilis summa. Gratia. Areti. Gui. de Monte Laud.
Vltra. monta. Gui. Naso. Gandu. Gulielm. de Bonis consiliis de
Bon Henric. Boic. Ioan. glossator decre. Io. de Deo Hispanus,
Laurent. antiquus doc. Laur. de Pinu. qui scripsit super clem.
Lauren. de Rodul. de Florentia, cuius reperitur egregium cō-
mentum super vsuris inter cætera Matth. Roma. qui scripsit su
per cle. Nepos de monte Albano. Pau. de Leaz. Pet. de Saxo.
Pet. Manducator. Prosodocimus de Padua. Simon. de Barsia-
no Card. Mediol. qui scripsit super clemen. Steph. prouinciali,
qui similiter scripsit super cle. Steph. Troches & Pet. de Sta-
gno qui similiter scripserunt super cle. legentes apud montem
Pessulanum. Tancr. glo. Luc. de Pen. doct. Gallicus. Tho. de Pi-
perata. Raymum. de Penna. Torti. Vincentius antiquus doctor

Vgusio

Alber. Gale. And. de pi. in ar. Bē. d pl. Bart. Dion. Fran. de ram. Fe. d. Scal. Flor. Gui. de Su. Vg. d pont: hon. bonus Ono. In. de Yso. Lanf. d Luca. Mari. de Ga. Mat. de Mannalis thig. Matt. de Matthe. Cremo. Furios. Nic. de Ne. Nell. de S. Gem. Hos. Petr. de Ser. Tancr.

Vgusio Vercellensis. Zenzelinus Vltramo. Io. de Blamasco Burgundus. Io. Floren. Io. de sancto Geor. de Bono. Ioan. de Mario de Floren. Ioan. de Fantusis de Bon. Ias. de Mayno doctor celeberrimus, & profectò admirabilis est suus in primis docendi modus eruditio noua omnino atque incredibilis politiorum, inaudita & lacteo fonte exuberans facundia, scripsit super ff. & C. Edidit insuper concessa solennia. Item fecit additiones ad Christoforum Porcum in inst. Phil. Dec. doct. memoriæ singularis scripsit egregiè in iure cano. Iodocus Lauueri. vtriusque censuræ, & doc. valde subtilis almæ vniuersi. Tho. edidit multas repetitiones super l. stipulationes, non diuidunt. ff. de verb. oblig. & super l. rem maioris pretij, de resci. ven. C. & alij infiniti, quorum tempora, patrias, celebritatem & opera tu ipse prosequaris.

*Abb. Bern. Ias. de May.* *Phil. Dec. Iodo. Flamigus.*

Duorum solidissima ingenia in quorum dictis rarius inuenitur error tibi propono, vt illos eligas tanquam principatum tenentes inter commentatores iuris, scilicet Ioann. And. in iure ca. & Barto. in iure ciuili. Illi sunt tibi colendi vltra ceteros Ioan. An. in iure cano. cæteris præferendum esse ordine & emolumento exclamat Car. Flor. in procem. cle. dicit enim: quod sapientiam canonicam adeò locupletauit suis commentis, vt à centum annis simul omnes commentatores reliqua non æqua commentauerint & merito datur ei principatus vt eius commenta textui sint apposita sexti, & clementinarum. Recolo etiam quod ipse idem Ioan. And. in addi. Spec. in titul. de fil. presby. dicit sibi puero fuisse reuelatum à quodam religioso viro ipsum illuminaturum ius canoni. Barto. etiam in iure ciuili fuisse principem quis negabit? Huius dictis semper ferè ineſse causam veritatis reipsa patet, vt Pontanus exclamat. consi. cccxvij. Propterea in Hispania & Lusitania decretorum & communi illarum partium est sanctum constitutione publica (vt aliàs audiui à quibusdam auditoribus meis illarum partium) quòd in casibus in quibus reperitur contradictio doctorum, opinio Bar. præualeat tanquam principalior, & secundum illam iudicetur. Si Hispani tantum deferunt Barto. nos Italici quid faciemus? Intrepidi sua scripta curemus habere scire, imitari, quia Bartolista optimus, Iurista censendus est.

*Bart.*

Sextum documentum principale.

Congruit vtilitati scholaris, vt doctorem & præceptorem



rem sine intermissione audiat. Vnde Laur. antiquus doct. in d. clem. j. de magi. & Gul. de monte laud. & do. Car. Flo. & do. Go. Porretanus exclamant contra scholares capitosos non intrantes scholas, qui quadam capitositate credunt plus addiscere, quàm si à docto, doceantur, quid dicunt in vanum, cùm sensus auditus aptior sit ad percipiendum & memoriæ tradendum quod verbali voce traditur quàm in scriptis, vel sit nunquam visus vel alius sensus. xliij. dist. sit recto. Zenzelinus etiã dicit ibidem quod requiritur instructio à voce magistra. Primò est tempus tacendi, postea loquendi. Eccles. 3. & veritas prius addiscitur à magistris postea docetur. xxxvj. dist. §. ecce. versi. hinc etiam Salo. vnde Hie. ad rusticum monachum dicit: Non ingrediaris absque doctore viam quam nunquam ingressus es. xvj. q. j. cap. si. clericatus. Nec sufficit scholarem moram trahere in studio, nisi studeat. xvj. q. j. capit. generaliter. & in c. cum ex literis. de in integ. rest. notatur. Hinc dicit Host. in c. fi. de magi. & Io. de Lig. in procem. cle. quod scholares habitu & non actu non sunt appellandi scholares, quinimò fortius, dicit do. de S. Ge. in procem. sexti. & do. Abb. in ca. j. in fin. de iud. quòd tales scholares solo habitu possunt puniri tanquam mendaces, bene facit glos. xxxvij. q. v. cauere, & quod doc. notant in l. qui sub prætex. C. de sacros. eccles. vide circa hæc quæ dixi, & quæ no. l. j. scriniarios. C. de test. mili. dominus Pau. de Cast. etiam exclamat contra scholares non intrantes continuè, in l. frater à fratre. ff. de cond. ind. Viua enim vox multum imprimit, quia habet nescio quid latentis energiæ, vt inquit Hie. in procem. Bibl. Plin. etiam in quadam epist. Plinium nepotem exhortatur, vt audiat vocem magistri. Ab istis excipiendi sunt scholares proiecti & proximi cingi, quia aliquando ruminãt in studio camerario quæ didicerunt aut per se studendo, quę non leguntur in scholis.

*Audire docto.* *Moram trahere in studio.* *Scholares habitu.*

Quisquis sibi proficiat prout sibi nouerit esse consultius. Caueat tamen ne decipiatur à pigritia, vel alia causa.

*Diligẽter audire.*

Septimum documentum principale.

Scholaris diligens & intrans, institutus seruet hunc modum, vt cum audit doctorem non numeret regulas, non faciat castra in mari, vt dicit glos. in l. vnic. C. de stu. lib. vrbis Romæ. deinde, secundum Mart. de fa. in d. epistola, hoc seruet: vt casum ad totã & ad quã licet partẽ literæ cõcordet, & non credat

credat se intelligere, si aliquam particulam non intelligat ad plenum, & videat si lex pertinet ad rubricam, deinde ipsius causas; & quare sic statuta fuerit consideret rationem, & soluere contrarias causas solutionis diligenter attendens, de quo fonte procedant. Curet sibi ex se inuenire similia, ex generalibus non inhæreat multitudini, nam vel duas leges de generalibus quæ melius id exprimant, memoriæ commendando, & illas quasi vnicas gemmas teneat & amplectatur. Tempus non perdat in litera commendando memoriæ, sed intellectui, & vbi & quare sub tali sint positæ contemplando studeat. Deinde in corde suo concipiat, si aliquem casum audiuisset vel sensisset cui decisio illius legis posset applicari, & illum casum auditum, quasi præfigurationem illius legis habeat. Cæterum dū vigilat in lecto, ruminet in corde dicēs tot leges, & sic incipiētes habui mus, ex quibus in effectu illud reportauim⁹: aduertat etiā dū legit legem, an super illa possit formare aliquam quæstionem, per quam possit legem ad inconueniens reuocare. Tandem quærat veritatem, & æquitatis & iustitiæ sit semper amator: hæc Mar. in epist. præalleg. Sed in præmissis aliquando clarius loquar cum inoleuerit iste mos dandi in scriptis, & multiplicati sunt infiniti commentatores variè loquentes, quid fiendū? Dicet intra se diligēs auditor, si recollectis institero, ego confundor, si non iustandum in illis, vt quid perdimus illud tempus? malo domi studere cum vno commentatore præcipuo, puta Bart. vel cum intrauero nolo scribere, respondeo. Super omnia consultius est intrare propter impressionem vocis magistri, vt sic dixi in texto consil. Item si stas in scholis consultius est scribere relictos §§. nullus enim liber tam malus, quin aliquid boni habeat, vt dicit Plin. lib. iij. epistolarum, epist. v. ipsa etiam scriptura facit te olfacere omne minimum verbum. Præterea multo magis (vt vulgò dicitur) viua vox afficit, non licet acriora sint, quæ legis altius, tamen in animo sedent quæ pronuntiatio, vultus, habitus, gestus etiam dicentis afficit, vt dicit Plin. secundus in epist. iij. secundi libri. Cùm autem domum redieris, & volueris studere lectionem, nimis textus legas & lectites vt imprimas: magis enim firmum & stabile est quod repetita probauit lectio, vt dicit text. in constit. cordi. C. de emend. Iust. Cod. Casum figurabis literæ & intellectui doctorum congruentem, deinde iterum resumatur tex. & notando singula verba & partes postquam adaptaueris ad rubric. & quæsieris rationem dubitandi & decidendi colliges sextualiā & notab

*Cuncta eō sibi ex se similia quærere.*

*Omne omnia memoriæ imponenda.*

*Quæstiones formandæ.*

*Quomodo studendū sit domi.*



& notabilia q̄ do. inde eliciūt, & coneris etiā tu scire euellere aliquod ex illa litera. Et hoc potissimū & primariū in nouitio. Et cū hoc feceris, surgas cū intellectu, & calcules tecū dicēs, ex ista lege in effectu habeo hoc no. dignū, & illud cōmenda memoriæ, nō de verbo ad verbū, sed sufficit in effectu, & hoc sufficeret nouitio, nec vltra, ne si pergat sentiat stomachū oneratum, quia fragillis hominū memoria sæpè aliud nouū quærit, aliud iam quæsitū amittit, vt dicere solebat Seneca: Quod si intellectus tuus & memoria sit capax vlterioris inquisitionis, capias gl. illas & explica opponendo vel quærendo secū dum modū quē dat Bar. in l. petens. C. de pac. & ibi dixi, & tā dē calcula gl. si aliquid habeat no. dignum, & illud assigna memoriæ, & semper habeas ante oculos monitiones Senecæ quas vidisti suprà in v. consilio tibi dato. Circa recollectarum tuarum vsum do tibi hoc consilium, vt recollectis qui nō versantur circa legem tuam, & intellectum & notabilia, & necessariam declarationem legis & glossæ, licèt extrauagantur cū floribus variis singularium dictorum aliquando recollectorum, & principaliter extra rem, non inhæreas dum es scholaris, quouis modo ista sint varia quæ licèt delectent, tamen inquinant. Et doctor. qui ista tradunt cōsultius facerent si omitterent. vnde bellissimè exclamat Sal. in repe. l. quod te. ff. si cert. pet. & l. quid Nerua. ff. depos. contra illos qui negligunt regulas scire, & implent caput suum casibus singularibus & peregrinis, quæ doctrina est fallax & periculosa.

*Gloss. quomodo studendū.*

*Recollectarum vsus.*

*Regulas scire expedit.*

Quādo verò doctor tuus ordinaret tibi recollectas claras pro intellectu legis, in primis illud videat omnino nouitius & super textuali intellectu vigiliam premat, omnia pertenter, reliquū quod doctor subdit additiuè, vel cumulando quæstiones & dicta reseruet in aliud tēpus postquā erit solidatus in regulis & terminis iuris, & hoc modo recollectæ prosunt & non obsunt: si clarè traduntur & non impertinenter, quando verò impertinenter absint omnino à te tanquam venenum.

Quod si diceres, nonne melius esset studere cum Bart. tm? Confiteor quòd Bar. omni tēpore omni personæ vtilis & necessarius est, sed aliquando breuis, aliquando obscurus, aliquando non legit legē, aliquado nō habetur. Itaque impleas stomachū tuū bonis cibis & nutritiuis. i. bonis legib. & regul. & bonis doctri. cōmunib. secundum capacitatem ingenij tui.

Laudo q̄ tu qui es iam solidatus in reg. iur. & reali cognitione terminorum, & audisti partes quæ ordinatiè legun-

tur videas totũ corpus iuris cũ Bar.& toties facias,vt Bar.doctrinas pro viribus aſſequi coneris,& tenere illũ in ſtudiis æmulaberis licèt illius ingenij aſſequi arduitatem èt ſperare nimiũ eſt,quod dari niſi à deo nõ põt,ſicut in ſimili de Cic.dicit Plin.lib.iij.epiſtolarum epiſt.viij.cius tamen Bartoli veſtigia ſemper adorabis,vt de Virg.dicit Statius in fine lib.Thebaid. ibi:Nec tu diuinam Aeneida tenta,ſed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.Dixi quòd æmuleris Bart. nam ſtultiſſimũ eſt ad imitandũ nõ optima quæq; præponere,vt inquit Plin. lib.j.epiſtolarum epiſt.v.& lib.vij.epiſt.ix.Cùm Bart.bene videris,legas alios dignos auctores ex his quos ſupra memorauí,& ſemper notes & excerpas quæ digna inueneris,vt facere conſueuerũt omnes illuſtres viri,& tuæ memoriæ debilitatem artificio ſtyli & pugillarũ iuuabis.Ad id te inuitat epiſtola Plin.v.in lib.iij.quæ incipit pergratum.lõ dico quòd videas alios,quia quanto plures reſpicies,tãto magis proficies, quia non eſt vnus quamuis præſtet imitãdus præcipuus & ſolus,quia nũquam par ſit imitator authori.hæc rei natura eſt, ſemper enim veritate ſimilitudo minor eſt:vt dicit Seneca in prologo declamationum ſuarum.Præterea ſicut terræ variis mutatiſque ſeminibus,ita ingenia noſtra nũc hac nunc illac meditatione recolũtur,vt inquit Plin.lib.xij.epiſtolarũ epiſt. ix,quæ incipit,quæris.Laudarem quòd nouitius memoriç cõmendaret titulum de verb.ſign.& tit.de reg.iur. ff.& regulas iuris de quibus in ſexto,ſingulis dieb⁹ aliquas:nã & animũ recreant ipſarũ varietate & plurimum conferunt.Sunt eñ principales claues iuris quibus eſt inhærendum tanquã Bonon. carocio,vt dicit gl.in l.omnis definitio.ff.de reg.iur.quinimò illas ignorare lata culpa eſt.Deinde prouectus cũ ruſticatur aut peregrinatur, poteſt ſecum ferre Dyn. de reg.iuris, quod non puto eſſe vtilius opuſculum.ij.magis varium conſulat ſi ipſi,illum videat authorem ad cuius cognitionem ingeniũ ardentius excitatur,& per cuius æmulationem credat melius legitimos aſſequi theſauros.Tempore vacationũ repetat quç audierit,legerit,&commendet memoriæ ea quæ fuerint notatu digna.Fœlix ille cuius memoria fuerit bonæ fidei,quæ in promptu reddit ſibi credita,vt inquit Sene.in prologo declamationum ſuarũ. Quod ſi memoria tua fuerit infidelis cuſtos,commitas excerpta filo & pugillaribus vt prædixi, & quicquid dixeris,audieris,egeris in die,veſperi commemorabis,vt inquit Cicero in lib.de ſenectute,& ad hoc ſtudium in ſe

*Excerpere.*

*Regulæ iur.*

*Dy. de reg.iuris.*

*Vacationum tempora.*



ſeceſſu habendum videat epiſtolam Plinij ix. libro vij. quæ eſt elegans ad hoc.

Octauum documentum principale.

Conſulo nouitio donec nouus Iuſti.appelatur,id eſt, durã te primo,vt nunquam curet ad oſtentationem arguere,curet ſcire potius quàm apparere:diſcet non videri doctus ſed eſſe quærat,iuxta conſilium moralis viri Arb.cauſidici brixienſis. pars enim ſcientiæ eſt ſcire quod neſcias.De omnibus ſibi ignotis diligenter interroget,quorum poſſit eſſe capax. Nam ſi non purgauerit aliquid erroneum quod ipſum faciebat mu ſare,illud inde continuò tranſiret in habitum & faceret apoſtema.i.eſſet cauſa multorum errorum.vnde Martial.Diſcendi modus eſt,dum te neſcire videbis.Diſce ſed aſſiduè, diſce vt ſapias.Sumpta parum prodeſt quæmox emittitur eſca.Bos quib⁹ eſt paſt⁹ ruminat hæc cadẽ.Quinimò fortaſſe melius faceret ſi ſecundo anno quo edictalis vocatur,ab argumentatione oſtentandi cauſa abſtineat: Illæ ſolent eſſe fructuoſæ contentiones quæ ſecretò fiunt inter collegiatos in collegiis ordinis literarij,vt in domo ſapientiæ Seneñſis & ſimilibus,quo ſecreto genere diſputandi nihil ſyncerius aut ſimplicius aut melius.Aul.Gel. lib.ij. c.ix.quòd cùm quis explo ratus à Pythagora idoneus fuerat recipi in diſciplinam ſtatim iubebat certum tempus tacere.ſi omnes idem,ſed aliũ aliud tempus pro eſtimato captu ſolertiæ,ſed non minus quiſque tacuit quã biennium.Reperi etiam quod Hippoc cum diſcipulos ſuos ſuſcipiebat,antequam doceret,iuramentũ ab eis extorquebat,inter cætera vt ſilentium;ſermonẽ inceſſam mãſuetudinem habituum morũque ſeruaret. Tertio anno quo Papinianiſta vocabitur,audacter incipiat diſputationis genus ad vtili.frequẽter,non ad pompã.Diſputationis eñ multiplex & mira vtilitas,vt luculentiſſimè oſtendit eloquentiſſimus vir Leon.Aretin.in opuſculo quod edidit de vtilitate diſputationis.Quarto anno quo græco vocabulo ab antiquitate vocabatur hircos(repone lyra)in prooem.ff.§.ſed quia ſolitum, quod gl.ibi exponit,quaſi ſubtiliter videns:quod opinor dictũ,quia hircus eſt oculorum angulus,ſecundũ ſeruiũ grammaticũ: hinc apud Virg.Trãſuerſa tuẽtib⁹ hircis.i.oculis i hircos hoc eſt in angulos retortis. Vnde ſcholaris q ſtuduit tribus annis,&inchoauit ſtudere quarto,fortaſſe ideo hirc⁹ dr, qa ſit cõueniẽs vt oculos habeat fixos & ſpeculatiõi diu intẽtos,&eũdẽ i locũ directos,hoc eñ facere tolẽt cogitabũdi,vt

*Nouus Iuſtinia. Edictalis.*

*Papinianiſta. Quando diſputandum.*

suprà, in domo recolẽdæ memoriæ domini Ang. do. pig. glos. de Perus. de quo suprà, vel hircus, quia sanguis hirci frangit adamentem lapidem durissimum, sic scholaris qui iam tres annos studuit, omnem duram & perdifficilem materiam iam tractare potest. Est enim tẽpus speculandi & pensitandi. Sic igitur in continuatione & colluctatione legali vt cũ opus fuerit in corona, denique hominum acri magnoq; iudicio ab origine causisque primis repetat, discernat, expendat, ponderet, colligat, cõcludat, & omnem hęsitationem dubitationemque redundantem resoluat, & in audientium animis aculeũ relinquat: quo fiet vt in disputãdo per vsum qui est magister egregius fiat incõprehensibilis & lubricus, & ianuam famę patefaciat per illas actiones. Radices disciplinæ sunt amaræ, fructus dulces secundum Philosophũ. Patienter igitur seruat omnem laborẽ, quia labor improbus omnia vincit. Quinto anno co-
*Coloritæ.* loritæ (repone prolytæ) vocãtur, vt in d. proœm. Digest. de his omnibus habetur. Iam enim sciunt colorare verba cognitis legitimis arcanis eis reseratis, sciũt vti legum inductionibus, cõgruenter, quod est potissimum, vt l. non solùm. §. qui primi pilum. ff. de excu. tut. ibi rectè adaptans omnibus similibus. Et iste inducẽdi modus imitatione amarũ potissimè habetur, & disputationis vsu coalescit. Audi Leonardũ in præall. opusculo de vtilitate disputationis, dum dicit: Nã quid est per Deũ immortalem, quod ad res subtiles cognoscendas atque discu-
*Disputationis vtilitas.* tiendas plus valere possit q̃ disputatio? vbi rem in medio positam velut oculi plures vndiq; speculentur, vt in ea nihil sit, quod subterfugere, nihil quod latere, nihil quod valeat omnium frustrari intuitum? Quid est quod animum fessum atq; labefactatum ex nimia longitudine otij, assiduitate lectionis, plerunq; fastidiẽte, magis reperiet atq; redintegret, quàm sermones in corona cœtuq; agitati? Vel gloria si alios superaueris; vel pudore si superatus fueris, ad legendũ atque perdiscendũ vehementer incẽderis. Quid est quod ingenium magis acuat, quod illud callidius versutiúsq; reddat, quã disputatio? cùm ibi necesse sit momẽto temporis ad rem se applicet, viq; verborum se reflectat, colligat, concludat, vt faciliter intelligi possit hac exercitatione exercitatum ad cætera discernenda fieri velocior, paulò post subdit: Itaque ego qui vestræ vtilitatis sum auidus, quique vos quammaxime florentes in studiis vestris videre cupiam non iniuria vobis irascor, siquidem hunc disputãdi vsum ex quo tot emanant vtilitates negligitis.



gligitis. Etenim absurdum est, intra parietes atque in solitudine secum loqui, multáque agitare: si in oculis hominum atque cœtu veluti nihil sapias obmutescis. Et quæ vnam aliquam vtilitatẽ in se habeant ea magno labore prosequi, disputationem verò ex qua permultæ vtilitates proficiscũtur summa cum iocunditate, nolle attingere. Nam velut is agricola improbandus est, qui cum liceret ei fundũ vniuersum excolere saltus quosdam steriles arat, partem verò quampiam eius fundi pinguissimam atque vberrimam relinquit incultam: sic reprehendẽdus est, isqui cũ omnia studiorum numera adimplere possit: cætera quamuis leuiora acuratissimè obit, disputandi verò exercitationem aspernatur & negligit, ex qua tot fructus colligũtur vberrimi, vt per eum ibi latius. Et hoc est quod dicere voluit Iurisc̃ons. in l. munerum. §. mixta. ff. de mu. & ho. ibi Herẽnius Modestinus ex notando & disputando bene & optima ratione decreuit.

## Nonum documentum principale.

Tibi consulo vt si disputaturus in corona fueris, nunquam temeratiè illud onus suscipias respondẽdi de singulis de quibus fueris interrogatus. Licet enim Valerius lib. viij. c. antep. commẽdet Gorgiam Leontinum studiis literarum ætatis suę cunctos præstãtem; eo quod primus in cõuentu ausus sit posce re qua de re quisque audire vellet: & ideò (vt idem dicit) vniuersa Græcia in tẽplo delphici Appollinis solido ex auro statuam posuit, cum cęterorum ad id tẽpus auratas collocasset. beatus tamen Hieron. in opusculo cõtra Ioannem episcopum Hierosolymitanum. Orig. assertorem, sic inquit, Gorgiã Leontinum cuncti philosophi & oratores laterẽt: quòd ausus sit publicè sella posita polliceri responsurum se de qua quisq; re interrogare voluisset. Sed de nouissimis agamus. Tempore quo illustris Bald. de Perusio legebat Papiæ, quidã Philip. de Rhegio qui fuerat doctor omnium ferè illorum doctorũ Parisiensium, & apud eos erat maximæ auctoritatis cum multis annis postea legisset Paduæ rediens Papiam in principio sui aduentus publicè pollicitus est se velle respondere de quolibet in materia vltimarum voluntatum. Bal. ibi præsens interrogauit eum dicẽs, Vbi habemus nos substitutio vulgaris facta in legato non comprehendat nisi casum si voluerit, & facta in hereditate comprehendit casum si noluerit vel non

*Disputare de quolibet. Gorgias Leontinus*

*Bald. reprehendit quendam legulc.*

potuerit vti. l.cũ proponas.C.de here.insti.Breuiter ille Philippus obmutuit,& Bal.tunc aperuit librum,& legit text.l.pater Seuerinam.ff.de cond.& demonst.vbi erat casus secundum vnam lect vnde illi cathedranti resultauit magna confusio. Hoc refert Paul.de Cas.in dicta.l.pater Seuerinam, Caueat à talibus actibus præsumptuosis,quia solus Deus nouit omnia.

Decimum documentum principale.

*Text. Alexandri. Argumentã di modus*

Consulo scholari quod in disputãdo solis textuum allegationibus inhæreat,non vt quidam inexperti faciunt, aut qui arguendo gloss.allegãt & doctores absque iurium allegatione.illo enim nihil apud doctos ineptius,cõtra istos exclamat gloss.in l.sed licet.ff.de offic.præsid.si volueris aptè arguére in forma l.egistis congruente,vtaris argumẽtãdi modis quos edidit subtilis doct.Iac.de But.vel illis quos edidit Alberic. de Rosa.vel illis quos Bald.inseruit in l.cõuenticulã.C.de epi scop.& cle.Si verò fueris responsaliis,tunc vt facilè declines omnia argumenta tibi facta,videas Odoffred.in procœ.Digest. in prin.& ibi Bald.mira quadam dexteritate instruit omnem argumentandi vim altero de tribus modis posse repelli & declinari, scilicet per aliter & aliter,per aliud & aliud,& per secundum quid non simpliciter: quod qualiter intelligatur & practicè adaptandum sit.bellissimè explicat ibi Bald.quem omnino videas.Hæc si seruaueris,optimus quoque iudiciorum tã athlera quàm gubernator euades in omni æuo locó que felix,vt dicit text.in d.procœ.dig.§. discipule. faciliúsque continget,si propriam patriam fuetis egressus gratia studiorum,nam in propria patria multa diuertunt,vt dicit Simõ de Bulsiano Card.Mediol.ĩ procœ.cle.& si egredi decreueris, eligas locum vbi sint celebres doctores,& vbi numerosa multitudo scholarium,prout erat Bononiæ tẽpore domini Azon. quo rempore ibi erant decem millia scholarium , vt refert Odoffr.in authentic.habita.C.ne fil.pro pa.refert quòd semel propter multitudinem magnam orta cõtentione inter scholares Lombardos & Tuschos ciuitas illa fuit in magno periculo,nemo enim poterat coërcere illos , & vt facilius coërceri possent in futurum de concordia,tunc renunciarunt privilegio iudicum,de quibus est d.authentic. & in criminalibus se submiserunt iurisd.potestatis,Facio igitur finem.Quo præmisso licet prædicta parua sint& talia quæ auribus &ingeniis vestris cultissimis tãquam puerilia(nõ dubito)& diminuta vi debun

*Solutionis argumentorum cautela.*

*Stude extra patriam.*

*Bono.tempore Azonis erant x. millia scolarium*



debuntur;aut fortasse non carentia rubore, cum & ego ipse aterius consilio in prædictis & aliis indubitanter indigeam, sed tamen sincerè locutus sum quasi mecum loquens.vos diligentiam vestram omnem sinceritatem & ineptitudinẽ emendabitis & in melius reformabitis,potissimè cùm omnia prædicata absque diligenti præmeditatione ediderim.

Compilatio iuris ciuilis.

*Discipuli præceptores.*

Verùm quia suprà in iij.consilio dato dictum fuit quòd discipuli debent amare præceptores,vt habetur etiã apud Quintil.li.ij.Institutionis oratoriæ,vbi dicit, Discipulos moneo vt præceptores suos non minus quàm ipsa studia amẽt, eósque parentes existiment,non quidem corporum,sed mẽtium,plurimum hæc pietas discipulis proderit,nam ita & libenter audient & dictis credent,& similes fieri concupiscent:sicut læti & alacres in conuentu aliorum emendati,non irascantur,laudati gaudeant:nam vt illorum officium est docere: sic horum præbere se dociles.Doctrina enim coalescere nequit, nisi sociata tradentis atque accipientis concordia.Cum sim vtilitatis vestræ auidus,&optem quòd per vos facta sint bona fundamẽta,& ab origine causisque primis intelligatis,vt dicitur in l.j.ff.de iusti.& iur.visum est in signum mei in vos animi, aliqua præmittere acuentia ingenium quæ non reperietis alibi tradita,& paucis sunt nota,& quæ ignorare est lata culpa, scire plurimum affert decoris,ne illotis manibus templum sacratissimum iustitiæ opus.C.& ff. ingrediamini.vt in l.j. ff.de orig.iur.iuncta l.j.§.has itaque.C.de vet.iur.enuc. Videamus ergo quæ sit causa efficiens,materialis,& finalis libri.C. & ff. in hac scientia legali.Quidam(vt Azo)dixêre quòd causa efficiens libri.C.cum Iustin.est Imperator. Alij dixerunt quòd fuit ipse Deus,cuius minister fuit Iusti.& hoc no. in auth.de her.& falci.in rub.hoc probari videtur ex eo,quia est inuẽtio & donum Dei.l.ij.ff.de legib.Itẽ leges fuêre per ora principũ diuinitus promulgatæ,vt l.ij.C.de vet.iur.enuc. & l.fina.C.de præscrip.longi temp.& hoc tenebat antiquus doct.Iac.de Ranignei Lothoringus glossator vester.Accur.breuiter se expediit,dicens vna cum Azone q; causa efficiens fuit Imperator Iusti.vt no.in rub.ff.de iureiur.Tertij quidam nituntur conciliare,dicentes q; causa efficiens potest considerari tripliciter. f.prima,remota,magis remota.Causa efficiens proxima pri-

*Causa efficiens iuris*

*Triplex causa efficiens.*

*Decem compilatores Codicis.*

mi voluminis, C. Iustin. fuerunt illi decem illustres compilatores qui numerantur in j. & ij. consti. Cod. s. Ioannes, Leontius, Phocas, Basilides, Thomas, Tribunianus, Constantinus, Theophilus, Dioscorus & Præsentinus. Isti commissione domini Iustiniani compilauerunt primum C. Iustin. commissio eis data patet in prima constitutione Cod. Confirmatio verò d. Cod. ab illis compilati patet in ij constitu. illius voluminis.

*Iustinianus.*

Causa verò efficiens proxima Cod. emendati, id est Codicis repetitæ prælectionis, quem hodie habemus, fuerunt quinq; illustres viri ab eodem Iustiniano electi, scilicet Tribunianus Dorotheus, Mema, Constantinus, & Ioannes, vt patet in constitutione quæ incipit cordi. C. de emend. Iust. Cod. Causa efficiens remota fuit Iustinianus Imperator, cuius autoritate compilatio facta fuit, & qui post compilationem confirmauit, vt patet in d. prima constitut. & secunda & tertia, & in d. ij. const. omnia enim. C. de vet. iur. enu. Iste Iustinianus Imperator fuit xiiij. in Oriente. Cucurrerunt ab vrbe condita vsque ad tempora sui imperij, secundum computationem quã puto veriorẽ mille & quadringenti penè anni, vt exprimitur in l. j. §. cumque hæc materia, &. ij. in prin. versic. erat enim mirabile. C. de vet. iur. enuc. Ab vrbe verò condita vsque ad aduentum Christi currerunt anni septingenti quinquaginta, vt patet in chronicis quas veriores puto. Ab aduentu verò Christi vsque ad tempora imperij Iustin. prædicti cucurrerũt an. sexcenti quadraginta septem vel circa, assumpsit Imperiũ præfatus Iust. die Aprilis, an. Domini nostri Iesu Christi. de vij. indict. o. v. probatur in auth. vt præpo. nomen Imp. §. si qua verò. & ibi not. iuncta data de qua in ij. & iij. constit. C. & l. ij. de vet. iur. enu. si rectè inspiciantur. Imperauit autem annis xxxix. fuit iste Iustin. positus in catologo sanctorũ, vt refert Bar. in j. rub. C. & in procœ. ff. vet. super prima rub. Ceterùm insignis doct. dominus Io. Fabri Aquitanicus super rub. procœ. instit. dicit se vidisse nomen Iusti. scriptum in catalogo sanctorum Calendis Aug. Gennadinus etiam qui prosecutus fuit libellum Hier. de viris illustribus ecclesiasticis, ponit Iustin. inter illos. Quod ad sacras leges attinet, notandum quod Iustin. Imperator in primordio sui imperij commisit præfatis x.

*Iustinianus impe rium assumpsit.*

*Iustinianus.*

*Decem compilatores Codicis.*

illustribus viris, vt visis antiquis Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, multis constitutionibus extrauagantibus à Theodosio imperatore & successoribus factis, nouum Cod. Iust. ederent: & hoc patet in j. consti. C. sub rub. de



deuo no co. facien. & colligitur ex cõstitutione 3. quæ incipit cordi ibi, primordio nostro. Supradicti x. illustres compilatores Cod. Iusti. ediderunt illum anno iij. imperij domini Iusti. tempore consulatus Decij, an. Dñi nostri Iesu Christi delxix. indictio. vij. Et eo an. v. idus April. id est, ix. die April. dominº Iusti. illum Codicem confirmauit, vt probatur in ti. C. de iust. Cod. confir. in fin. constitutionis ibi positæ, iunctis his quæ præmissa sunt. Post hæc Iustin. imperator vertens animum ad enucleanda infinita & immensa prudentiæ veteris voluminа, commisit sex illustribus viris, videlicet Tribuniano, Constantino, Theophilo, Dorotheo, Anatolio & Cratino, vt vna cum aliis xj. doctissimis viris excellentissimis causarum patronis apud partes Orientales, videlicet Stephano, Menna, Prodocio, Entalino, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino & Ioanne legerent immensa prudentiæve teris volumina, & sub compendio redigerent in vnum Codicem distinguendum in quinquaginta libros, communem Romanam sanctionem continentes, quæ ab vrbe condita & ab Romuleis descendit tẽporibus, iam confusam per tanti temporis lapsum, & tot ventorum dispersa volumina, vno Codice indita ostenderent, fuitque his data à Iustiniano amplissima auctoritas corrigendi ac diminuendi, vt probatur in l. j. C. de iu. au. Tandem iste Tribunianus magister huius operis legitimi vna cum aliis sexdecim prænominatis compilarunt, enucleârunt ex immensis patrum voluminibus Pandectas, seu digesta, videlicet quinquaginta libros digest. quos habemus, quod opus velut sacratissimum templum consecratum dominus Iustin. approbauit & confirmauit anno viij. sui imperij, & iij. consulatus sui anno domini dcliiij. indict. xij. iij. cal. Ianua. id est, penul. die decembris, vt ipse Iustin. attestatur in l. per. C. de vet. iur. enuc. §. leges autem. Hic notandum quod ideò semper Tribunianus præfuit, vt magister legitimo operi prædicto, tum quia vltra legum peritiam, experientia rerum decoratus erat, tum quia antiquæ sapiẽtiæ librorum copiam ipse maximè præbuit, in quibus multi fuerunt etiam ipsis eruditissimis hominibus incogniti, vt dicit tex. in d. §. iij. præsenti autem. Estque hic singulariter aduertendum ad vnum quòd dicta antiquitas commentatorum iuris nostri ignorauit quòd cõtinebãt dicta veterum immẽsa volumina pene tricies centena millia versuum, & duo millia librorũ, vt d. l. ij. & in procœ. instit. & ff. vet. Digesta noua quæ hodie habemus iuris enu-

*Quo tempore C. cõpilatus est. Libri ff. compilatio nomina cõpilatorũ ff.*

*Numerus legum.*

leati cõtinent penè cl.millia versuum.& 50.libros,vt d.l.ij. & in aliis locis præal.Vellent scire quidam hoc dictũ. Accursius glossator qui omne verbum digest.glossauit,illud exponit versuum,id est legum seu paragraphorum aut responsorũ,quasi senserit quod hodie digest.quæ habemus contineãt cl.millia legum vel paragraphorum vel responsorum.Aduerte quia Accur noster qui affirmauit se succurrisse tenebris iuris ciuilis vt dicit in l.facta.§.si in danda.ff.ad Trebel.in hoc passu adduxit tenebras,hoc tibi demonstrabo ad oculum,volui aliàs numerare omnes leges dig.quæ habemus,videlicet ff.veteris,infortiati,& ff.noui.Comperiq́ue. in ff. veteri sunt duo millia noningentæ decẽ & octo.In Infortiato sunt duo millia ducentę triginta quatuor.In ff.nouo duo millia noningentæ octoginta tres.Et in summa leges digest.videlicet omnium quinquaginta librorum sunt viij.M.cxxxv.Vnde patet manifestissimè quod Accur.noster in hoc dormitauit, puto non aduertens,&incautè glossam super hoc faciens.Cogitabam aliàs quod exponi debuisset versuum,id est linearum, feci periculum& numerũ literarum.ff.veteris,infortiati, & ff.noui:reperi hoc esse verissimum:nam secundum computũ meorum textuum reperi ff.vetus constare ex quinquaginta millibus versuum,id est linearũ:infortiatũ cõstare ex xxxix. millibus & quingentis viginti lineis.ff.verò nouum ex xliiij. millibus linearum.Vnde ipsum omnesquinquaginta digestorũ lib.constan.secundum volumina mea ex cxxxix. millibus versuum,id est linearum & quingentis viginti.Opinor quod si quis computaret numerum linearum pandectarũ quę sunt Florentiæ quòd facile fieret per numerationem quinternorũ & numerum chartarum,& per lineas vnius lateris inueniret illas cõstare ex cl.penè millibus versuum, id est linearum:ad hoc neminem reperi ante hac aduertisse.Sed accuratius inuestigando quæro à te quid vult dicere tex. dum dicit ꝙ olim erant tricies centena millia versuum,hodie verò cẽtum quinquaginta?Diceres fortasse quod olim erant trecentena.i.trecenta millia versuum,hodie verò cl.Cogita quid dicas, nam cùm olim essent duo millia librorum,hodievero quinquaginta libri,& sic sit quadragesima pars respectiuè ad computum librorũ,ergo respectiuè ad numerũ versuũ erit dimidia pars & ideo expone tricies.i.triginties,sicut vicies.i. viginties: nã sciendum quod omnia quæ sunt suprà cum centum syncopãtur,vt terceni.i.tercentum,duceni,id est ducenti,quadrigeni,

*Triciescentena millia vers.*

id est,



id est,quadrigenti,intra centum verò non syncopantur, vt quinquies decies septies,decies, centies,ducenties,trecenties,millies,vicies millies, & ita deinceps. Cæterũ ita reperi exposita illa verba tricies & vicies à Prisciano in opusculo de numeris.Similiter exponit eloquentissimus vir Lauren.Valen.Romanus in lib.iij.de eleg.linguæ Latinæ,sub rub.de numeris.Olim ergo erant tricies centena millia versuum, hodie centum quinquaginta millia,& consequenter ex xx.partibus vnà est compendium fforum,quæ habemus quo ad linearum numerum quod singulariter notabis, quia non repeti hoc expositum,ab aliquo iurista,de quo plurimum miror.

*Institutiones.*

His incidenter intermixtis quę non sunt extra rem,sed ex re,vt no.in l.j super verbo bene.ff si cer.pet. Respõdeo ad rẽ &dico quod Iustinianus cum edidisset codicem sui nominis & deinde Digesta,vt prædixi,cõponi fecit Institutiones quas habemus à Tribuniano,Theophilo,& Dorotheo, ex institutionibus veterum,& commisit inseri in illo libro Institutionum ea quæ per constitutiones Iustiniani emendata esset. & ita factum est.Fuit autem consummata dicta ordinatio Romani iuris tribus annis,vt d.l.ij.§.omnia igitur.Post hæc advnum aduertens Iustinia.quod anno iij.sui imperij ediderat codicem,& demum Digesta & institutiones anno viij.sui imperij,vt prædictum est,eũdẽ codicẽ quẽ fecerat primo cõponi à decem illustribus viris prænominatis,fecit relegi,&iterũ edidit propter aliquas constitutiones de nouo factas super quinquaginta decisiones quas iussit inseri. Et hanc secũdam editionẽ.C.quę dicitur repetita prælectio,cõmisit quinque illustrib⁹ viris:videlicet Tribuniano,Dorotheo,Mẽne,Cõstantino,& Ioãni,& facta fuit dicta secũda editio.i.codex emẽdatus domini Iusti.repetitæ prælectionis quem habemus, item confirmatus à Iust.prædictio imperij sui,an.x.&tempore sui quarti cõsulatus,& etiã Paulini,anno Domini ccccclvj.indictione xiiij.iiij.Cal.Ianua.i.xxviij.die Decẽb.vt probatur C. de emendando iust.cod.in constitutione cordi,iũctis præmissis.Et hunc C.iussit appellari C.domini Iustiniani. repetitæ prælectionis,vt in d.constitutione.cordi.Et ita dicta est prima rubri C.Ideo autem dicitur codex repetitæ prælectionis, nam apud veteres quando post primam editionem fiebat secunda editio,appellabatur à veteribus repetita prælectio, vt colligitur ex libris Vlpia. ad Sabinum, & exprimitur in d. cõstitutione cordi.ver.in antiquis etenim. Et ideò dicitur repetitæ

*Codex emẽdatus.*

*Codex repetitæ prælectionis.*

peritæ prælectionis,id est secundæ editionis,quia præcedens lectio,id est prima editio fuit repetita.Protestatus etiam fuit Iustinianus quòd si postea nouas cõstitutiones ipsum facere contingeret,illas congregabit in librosqui appellabitur liber nouellarum constitutionum,vt patet in eadem constitutione ver.hoc etenim.Suadente postea varia rerum natura Iustinianus multas constitutiones nouas fecit.numero centũ vel circa,quas hodie inserras habemus in lib.auth.quę factę fuerũt ab eo(vt opinor)anno xj.sui imperij,anno Do.ccccclvij.ind. xv.vt colligit ex tex.in auth.vt præpo.nomẽ Impera.§.si quæ verò,iunctis aliis præmissis.Hoc,notandũ quòd ex eo quod Imperator(vt paulò ante dicebatur) dixerat quòd appellaret librũ nouellarum constitu.scilicet quem postea ederet,quòd Irnerius dicebat librum authen.quem habemus non fuisse Iusti.quia non appellatur nouellarum,sed auth.adducebat Irnerius rationes quas ponit gl.in d.cõstitutione cordi.super verbo,cõgregationes,& idem dicebat Placẽtinus,vt refert Bald. in l.humanum C.de leg.Io. verò antiquus glossator dicebat contrarium per tex.in d.constitutione cordi, scilicet quòd libet authenticorum fuit Iustiniani,& cum hoc trãsitevidetur gl.ibi.& in d.l humanum.C.de legi.& Bal.in fi.l.Cor.& Cynus &Bal.in d l.humanum.Et ita renẽdo proculdubio,patet ex suprascriptionibus cuiusque tit.&ex data in multis titulis &nomina ipsum in tit.vt prẽponatur nomen Imperatoris,& in ti.vt iudices sine quoquo suffragio & in titu.iusiurandum quod præstatur ab his,& miror quòd de hoc aliquisvnquam dubitauerit.Ratio tamen dubitãdi potuit oriti ex eo,quia fertur reperiri quendam librũ qui dicitur liber nouellarũ, quẽ dicunt cõtinere easdem constitutiones quas continet lib.authen.licet in aliquibus sitvarians de quo lib.nouellarum mẽtionem facit gl.in auth.hoc amplius.C.de fidei.doct.in auth. res quæ.C.commu.de leg.vnde egregius commenta.Albe.de Rosa.Bergomensis quem refert do.Rapha.Fulg.in auth. hoc amplius.C.de fideicom.dicit quod liber auth. quem habem⁹ excerptus sit ex libro nouellarum,vt compẽdiosior fieret.Vnde dicit,quod liber nouellarũ erat multũ prolixus,dicit do. Raph.se nunquam vidisse dictũ librum nouellarum. do.Paul. de Ca.in d.auth.hoc amplius, dicit, quod liber nouellarum fuit extractus de lib.auth.per breuiora verba & magis apta. Item do.Pan.in d.auth.res quæ,dicit nõ esse stãdum illi tex. nouellarum quando textui auth.contradicit, quia de fide illius

*Liber auth.*

*Nouellæ constitutiones.*

*Albe.*



lius opetis dubitatur.Bal. etiam in d.auth.hoc amplius,dicit quod præualet tit.auth.eo quòd ille liber nouellarum non legitur in scholis.Sed ibi reliquit nos incertos,quis liber corrigat alium vel liber nouel.vel liber auth. Ego semper credidi & semper credam(donec constet de contrario)quod liber nouel.tanquam de cuius fide dubitatur,& qui per studia vniuersalia non versatur,sit respuendus, & quòd lib. auth. sit liber cõstitutionũ à Iustiniano editus,&ideo illũ glossauit Accur. & etiam super illo fecit summam Io.Basianus Cremonen. & Azo.& illum studia receperunt,& plerique illustres commẽtatores cõmentauerũt,vt Ia.de Beluis.Bar.& Ang. nec obst. l.humanum.C.de leg.nam illa l.fuit Imperatoris Valẽtini,nõ Iustiniani,vt patet ex suprascriptione,ideo gl.ibi. somniauit. Nec curandum de varietate styli:quod non ipse, sed illi quibus committebat componebant,qui erãt alij ab ipsis præmissis cõpositoribus codicis.Adde prædictis quod egregi⁹ doct. Odofr.in auth cassa.C.de sacrosan.eccle.sic ait:Vnum sciatis quod authenticum quod fuit compositum à Iustiniano , habet nouem collationes.Postea quãdo venit Federi.minor,misit has cõstitutiones ad ciuitatem istam,scilicet Bon. vt doc. legum adaptarent eas singulis legibus sub congruentibusti. Doct.cõuenerũt in sancto Petro,& adaptauerũt.Postea quid fecerunt?do.Ygo.post nonam collationem posuitlibrum feudorum,&omnes consti.Fede.antiqui &minoris,& aliquas leges Conradi Imperatoris,& vocat decima collatio, licet pauci sunt qui habeãt ita ordinatũ in librisſuis.Odo.hæc refert, & eum sequitur Bal.in præludiis feu.inverſ porrò aduertant ignorantes , & moderent sibi labia reprehensores veritatis, quia ego vidi Odo.ita dicentem. Aduertat etiam nouitius, quod ante authenticas quæ sunt insertæ C.solet esse scriptũ cõstit.no.i.cõstitutio noua.Patet ergo ex prædictis quo tempore fuerit fact⁹ lib.auth.&qualiter fuerit fact⁹ à Iustiniano. Itẽ auth.quæ sunt in C.fuerũt insertę de mãdato Fede. secũdi qui regnabat anno Do.M.ccxv.tẽpore Honorij tertij, itẽ & tẽpore Gregorij noni,qui Greg.ix.decessit an.Do.M ccxij. de mense Iulij,&deinde regnauit ipse Inn iiij.qui fuit assumptus an.Do.M.ccxliij.die j.mensis Iulij,vt attestatur Ros.in libellis iuris cano.in ti.ne sede.vac.& Io.An.co.ti.in add.Iste Inn.iiij.Fede.ecclesiam persequentẽ deposuit & imperiali dignitate priuauit an.Do.M.ccxlinj.in cõcilio Lugdunensi, de qua dispositione habetur in c.ad apostolicæ.de re iud.lib. vj.

*Decima collatio.Cõsti.noua. Fede. secũdus Greg. nonus Inn. iij.*

*De pace Constantiæ facta*

Est

*De pace Constantie facta.*

Est etiam notandum, quòd cùm multa bella fuissent inter imperium & quasdam ciuitates Lombardiæ tempore Henrici sexti, & deinde Federici secundi minoris. Iste Federicus secũdus fecit pacem cum dictis Lombardis in ciuitate Constantiæ, quæ pacis capitula habentur pro lege, & allegantur à docto. in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud. & alibi Bald. super dicta pace, in versic. volumus, dicit ipsam per legem allegari, & consueuit allegari hoc modo, vt in extrauaganti de pace Cõstantiæ, quam glossauit & commentauit Odof. deinde Bald. etiam solenniter commentauit, reperto in archiuo Bononiensi apparere dictam pacem registratam, & dicitur conclusam anno Domini M. cclxxiiij. indict. anno xxij. d. sui imperij, regni verò anno xxxij. vij. Calend Iulij. Hæc ideò feci te scribere, quia Bald. in fine dicti commenti dicit istam pacem fuisse factam post depositionem Federici, & tamen concludit pro lege debere seruari, vt ibi videndum. Ista pax deberet esse situata in fine libr. seu post alias constitutiones eiusdem Federici secundi, in illo libro insertas. Vidisti quòd liber authent. est diuisus magistraliter in nouem collationes, & postea superuenit liber feud. quem decimam collationem vocamus, vt suprà dicebat Odofred. & Barto. ponit Barto. super rubr. extrauagantis ad reprimendum. Deinde factæ fuerunt constitutiones ad reprimendum, & constitutiones, quoniam nuper ab Imperatore Henrico septimo, anno Domini M. cccviij. quas Barto. super rubr. appellat vndecimam collat. & glossauit illas tempore Caroli quarti, seu Ludouici, cum fuisset donatus pluribus insignibus & priuilegiis à præfato Henrico, & dicta Bartol. super dictis extrauagantibus, puto maioris authoritatis aliquibus aliis dictis eiusdem alibi: quia magis digestæ edidit tanquam glos. Sed dicet aliquis quomodo tibi constat de tempore approbationis C. florum, Iustitionum, & compilationis authenticorum, & aliorum prædictorum, quo anno Domini, quo anno Imperij domini Iustiniani hæc acta sunt, quo Consulatu, & qua indictione? Respondeo quòd hęc collegi ex numeratione annorum ab vrbe condita, ad tempora imperij Iustiniani Item ab vrb. cond. ad aduentum Christi. Item ab aduentu Christi ad tempora Iustiniani. Item ex data quæ ponitur in secunda consti. & in tertia const. voluminis C. & in l. ij. de vete. iu. enucl. & ex tẽpore apperte posito in auth. vt præponatur, & ex cõputatione chronicarũ. Itẽ dicet aliquis. Tu notas tẽpora consulatus Iustiniani Impe

*Constitutio ad reprimendum.*



Imperatoris. Si Imperator quomodo cõsul, Si consul quomodo Imperator? Respondeo q̃ Imperator aliquãdo assumebat sibi cõsulatũ vt quidã extraneus, & hoc erat quãdo sibi placebat, vt est tex. in auth. de consulib. §. fi. ibi, aduenit autẽ cũ ip se annuerit, & no. gl. in proœ. florũ, in fi. gl. Iterũ dicet aliquis, tu dicis q̃ Romana sanctio fuit triẽnio cõsummata vt d. §. omni imò videt q̃ v. anni sunt lapsi, nã codex prim⁹ fuit tertio anno imperij Iusti. liber verò florũ, ann 8. vt suprà est dictũ. Gl. aduertẽs ad hæc in secũda cõsti. C. §. fi. super verbo optimè. dicit q̃ aliqui opinãtur q̃ duo anni fuerũt interpositi post compositionẽ primi codicis ante inchoationẽ florũ. Alij verò opinãtur quod immediata post cõpositionẽ C. fuerit inchoata cõpositio florũ, & cũ triẽnio cõsumata esset, biennio fuit superfessum antequã publicaret. Hui⁹ rei habet certitudo. Credo ergo q̃ voluminis causa magis remota fuit ipse Deus à quo lex & omnis scientia, vt suprà dicebat. Sequeretur videre quæ fuerit causa materialis legalis sapiẽtiæ: Azo, super hoc in Sũ. C. in prin. multa verba dicit satis obscurè loquẽs, ad cui⁹ dicta in hoc omnes refugiũt, verũ quia aliqui mordẽt dicta Azo. si volueritis ista videre, videte, q̃ Bar. in proœ. ff. præsertim in lect. antiq. quæ dicũtur lect. Padua. Videte etiã Bal. ibid. & in l. j ff. de iusti. & iu. & per Io. Fab. in proœ. Insti. Tertiò videndũ esset quæ sit causa formalis librorũ iuris ciui. Doct. cõsueuerũt dicere q̃ duplex est causa formalis: nã ex parte tractat⁹ est diuisio operis in libros librorũ in titulos titulorũ, leges legũ. in §§. §orum, in vers. opus enim constitutionum imperialium, de quibus suprà dictum est in duodecim libros digestum est & conclusum vt dicit textus, in l. ij. versiculo omnia. C. de veteri iu. enucleando. Horum duodecim librorum noue sunt inserto in volumine codicis quem habemus: tres verò reliqui sunt inserti in libro qui appellatur volumen. Constat autem totum ius constitutionum & decisionum imperialium esse distinctum in dictos duodecim libros in rubricas ccclviij. leges quatuor millia quinquagentas sexaginta duas. Codex verò quem habemus, habet rubricas cccxxxj. leges verò tria millia & sexcentas octo. Illi verò tres libri codicis de quibus in volumine habent cccxij. rubricas, leges verò nõgentas liij. ff. vetus habet rubricas. clxj. leges verò duo millia nongentas xxviij Infortiatum habet rubr. cj. leges verò duo millia ducẽtas triginta quatuor. Digestum nouũ habet rubr. clxxij leges verò duo millia nõgentas octoginta tres. Sũma rub.

*Causa materialis legum.*

*Causa formalis.*

*Leges codicis & rubri. ff. vetus. in. & ll. Infor. ru. & ll. ff. nouum. in. Infor. ru. & ll. ff. nouum. & ll. Inst. auth. feud.*

rub. dccccxxxiij. leges. ff. octo millia centum triginta quinque. rub. Inst. xcix. non computato procœmio. rub. auth. xcix. rub. feud. lxxxij. §. c. feudorum, quæ habentur cxxxij. Summa legum ff. octo millia centum quinquaginta quinque, legum verò C. xij. librorum quatuor millia quingentas sexaginta duas.

*Summa omnium librorum legum.*

Summa omnium legum. ff. C. & voluminis ponendo quemlibet titulum institutionum & auth. pro vna lege. xiij. millia xxvij. & istud est mare per quod nauigas. Causa formalis ex parte tractandi idem est quod modus agendi, qui multiplex est, diuisionis, ordinis, & exemplorum positionis, & regularum traditionis, vt per Azonem loco prælleg. Quarto loco esset videndum quæ sit causa finalis, & super hoc dicas vt per Azonem loco prælegato, & Doct. in dicto procœmio. ff. veter Quinto loco essetvidendum cui parti philosophiæ sup ponatur iuris scientia, & dicendum est quòd ethicæ, idem morali philosophiæ. Tractat enim de moribus, vt dicit tex. in l. j. ff. de iusti. & iur. Reliqua considerate per vos, & studio inuigiletis, vt tandem consequamini quod communiter optamus, quod vobis concedat Altissimus Deus.

*Causa finalis.*

*Cui parti Philosophiæ subiiciatur iuris scientia.*

Amen.

FINIS.

## Series Chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.
A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T V X Y.

Universidad de Deusto
Biblioteca